Paolino

Digitized by Google

CATALOGI TRES
EPISCOPORUM,
REFORMATORUM,
E T
VIRORUM SANCTITATE
ILLUSTRIUM
E' CONGREGATIONE CASINENSI

ALIAS

S. JUSTINÆ PATAVINÆ,

AUTHORE

R.MO P. D. MARIANO ARMELLINI
ejuſdem congregationis S. Petri de Aſſiſio abbate.

ASSISII, & iterum ROMÆ MDCCLV.
Ex typographia S. Michaelis ad Ripam, per Octavium Puccinelli.

SUPERIORUM PERMISSU.

Attendite vobis , & univerſo gregi , in quo vos Spiritus Sanctus poſuit EPISCOPOS *regere Eccleſiam Dei , quam acquiſivit Sanguine ſuo .*
Act. 20. v. 28.

Digitized by Google

PRINCIPI PASTORUM,
ET EPISCOPO ANIMARUM NOSTRARUM
JESU CHRISTO
FILIO DEI VIVI.

D. MARIANUS ARMELLINI S. PETRI DE ASSISIO ORD. S. BENEDICTI CONGREGATIONIS CASINENSIS VOCATUS ABBAS.

Omnem honorem, & gloriam.

DE *Epiſcopis*, *Reformatoribus*, *Viriſque ſanctitate conſpicuis congregationis noſtræ in præſent dicturus*, *à Te*, *qui* Æterni Patris Coæternus es Filius, & Sacerdos, & Pon- * Pſal. 100. V. 4.
tifex in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, *quique* in Splendoribus Sanctorum Genitus, *humanæ ſubſtantiæ dignitatem mirabiliter condidiſti*, *&* *mirabilius reformaſti*, *auxilium*, *&* *vires rectè*, *ac digne ea omnia narrandi*, *ſupplex imploro*: *Cum enim divinum Sacerdotium*, *quod in Eccleſiâ Catholicâ à Te inſtitutâ manet*, *&* *viget*, *Te ſolum Authorem*, *&* *Magiſtrum agnoſcat*, Qui feciſti nos Deo noſtro Regnum, & * Apoc. 5. V. 10.
Sacerdotes in Sanguine tuo, *Nec illud rite adminiſtrare*, *nec de eo vere*, *apteque diſſerere quis umquam poterit*, *niſi gratia tua fretus*, *Te ipſum ejuſdem Sacerdotii*, *&* *exemplar*, *&* *præmium ſemper aſpiciat*: *Qui autem relictis*, *aut poſthabitis immortalis vitæ paſcuis*, *ideſt ſanâ Catholicæ Eccleſiæ Doctrinâ*,

Digitized by Google

Attendite vobis , & univerſo gregi , in quo vos Spiritus Sanctus poſuit EPISCOPOS *regere Eccleſiam Dei , quam acquiſivit Sanguine ſuo .*
Act. 20. v. 28.

Digitized by Google

PRINCIPI PASTORUM,
ET EPISCOPO ANIMARUM NOSTRARUM
JESU CHRISTO
FILIO DEI VIVI.

D. MARIANUS ARMELLINI S. PETRI DE ASSISIO ORD. S. BENEDICTI CONGREGATIONIS CASINENSIS VOCATUS ABBAS.

Omnem honorem, & gloriam.

DE *Epiſcopis*, *Reformatoribus*, *Viriſque ſanctitate conſpicuis congregationis noſtræ in præſens dicturus*, *à Te*, *qui* Æterni Patris Coæternus es Filius, & Sacerdos, & Pontifex in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, *qui-que* in Splendoribus Sanctorum Genitus, *humanæ ſubſtantiæ dignitatem mirabiliter condidiſti*, *& mirabilius reformaſti*, *auxilium*, *& vires recte*, *ac digne ea omnia narrandi*, *ſupplex imploro*: *Cum enim divinum Sacerdotium*, *quod in Eccleſiâ Catholicâ à Te inſtitutâ manet*, *& viget*, *Te ſolum Authorem*, *& Magiſtrum agnoſcat*, Qui fecisti nos Deo noſtro Regnum, & Sacerdotes in Sanguine tuo, *Nec illud rite adminiſtrare*, *nec de eo vere*, *apteque diſſerere quis umquam poterit*, *niſi gratia tua fretus*, *Te ipſum ejuſdem Sacerdotii*, *& exemplar*, *& præmium ſemper aſpiciat*: *Qui autem relictis*, *aut poſthabitis immortalis vitæ paſcuis*, *ideſt ſanâ Catholicæ Eccleſiæ Doctrinâ*,

* *Pſal.* 100. *V.* 4.

* Apoc. 5. V. 10.

 Oves

Digitized by Google

Oves tuas doctrinis variis, & peregrinis à Principe tenebrarum, & Patre mendacii traditis imbuunt, & erudiunt, non equidem gregem paſcunt, ſed inficiunt potius, & enecant; ii nimirum, qui non intrant per oſtium, Sanctam videlicet Eccleſiam, ſed aliunde, per illegisimam nimirum, profanamque authoritatem; errantes ab utero Orthodoxæ doctrinæ, & loquentes falſa, fures ſunt, & latrones, qui ſemetipſos, non gregem paſcunt, imo gregem pernicioſis, & adulterinis dogmatibus, per ſummum nefas mactant, & perdunt.

At vero Ordo Monaſticus, qui D. Benedicto duce à tot jam ſæculis tibi fideliſſime famulatur, innumeros Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopos, Cæloque Sanctos dedit, qui Apoſtolicam doctrinam, id eſt tuam, non ſolum tectam, ſartam ſervarunt, ſed longe etiam, lateque per totum terrarum Orbem verbo, ac ſanctiſſimis exemplis diffuderunt: veluti fluvius ille ampliſſimus, ac limpidiſſimus, qui de medio Paradiſi egrediebatur ad irrigandam univerſam terram. Tunc ſane, & Romana Sedes à Te ſupra firmam petram, ut Arx inexpugnabilis veritatis fundata, complures Tui Vicarios ex hoc Ordine accepit; Quorum primus Gregorius ille Magnus tamquam Sol fulgidiſſimus omnem propemodum Mundi plagam ſapientiâ, & ſanctitate illuſtravit; cæteri verò ejus veſtigiis inſiſtentes, tamquam validiſſimum murum, contra ſæculi poteſtates oppoſuerunt ſeſe pro domo Iſrael, Catholica nempe tuenda Religione, & errorum phalanges, earumque impetus, & inſultus, virtutis ſuæ robore eliſerunt, repreſſerunt, confregerunt; & aliæ fere omnes per Europam Cathedrales Eccleſiæ, Angliæ præſertim, & Germaniæ, totiuſque Arctici Poli (ut nihil de Italia, Hiſpania, Galliaque nunc memorem) innumeros Antiſtites, eoſque Sanctiſſimos obtinuerunt, qui depulſis Idololatriæ tenebris, ingeniorum feritate, & nobiliorum artium inſcitiâ, Evangelii lucem, morum humanitatem, & Scientiarum decus quaquaverſum invexerunt. Hæc antiquiora, & à clariſſimis ſcriptoribus enarrata. At ego è Caſinenſi congregatione hiſce poſtremis ſæculis ad regendam Eccleſiam tuam aſſumptos tot egregios Epiſcopos, ad inſtaurandos Regulares cætus tot ſtudioſiſſimos Reformatores, & ad ædificandos fideles tuos perfectioris vitæ actibùs tot eximios Aſcetas hic recenſendos ſuſcepi, ut cunctis profectò liqueat, & gratiam tuam erga Monaſticum Ordinem (cujus equidem fons, & Origo Caſinum fuit) hactenus minime defeciſſe, & zelum Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſervandæ, ſtudiumque Orthodoxæ fidei amplificandæ apud D. Benedicti ſeros licet Nepotes adhuc vigere. Dum igitur Divinæ Majeſtati tuæ pro tot collatis beneficiis humillimas gratias agimus, id potiſſimum enixiſſime deprecamur, ut dilectiſſimi tui, atque Sanctiſſimi Benedicti Spiritum in hoc eodem Ordine vividum ſemper conſerves, aut ubi opus fuerit redivivum reſtituas, ut ſi quando æternæ tuæ Providentiæ videbitur, alios ad Eccleſiæ tuæ Regimen Monachos noſtros eligere, eos Monaſticæ perfectionis Virtutibus, à Te utique conceſſis, exornatos inveniat, quatenus cum demum veneris Princeps Paſtorum *rationem in noviſſimo die cum grege non minus, quam cum Paſtoribus poſiturus, ita comparati omnes ante tuum Tribunal appareant, ut omnes à tua miſericordia accipiant immarceſcibilem gloriæ coronam.*

* Gen. Cap. 2. V. 10.

IN

Digitized by Google

IN CATALOGUM EPISCOPORUM E' CONGREGATIONE CASINENSI.

PRÆFATIO.

INNUMERI quidem floruerunt antiquitus, ex Ordine D. P. Benedicti aſſumpti Epiſcopi cunctis Æræ Chriſtianæ Sæculis, à quibus idem Ordo extat, qui ſanctitate, & doctrina Catholicum Orbem mirificè illuſtrarunt; Nam præter illos, qui ubivis gentium identidem eligebantur, plures etiam erant Cathedrales Eccleſiæ, quæ non alios, quam Benedictinæ familiæ Alumnos Præſules accipiebant, quod longo ſatis tempore obtinuit. Inter eas celebrantur Eccleſia Syracuſana, Catanenſis, & Monregalenſis in Sicilia, Vabrenſis, & Sarlatenſis in Aquitania, Winthonienſis, & Wingornienſis, aliæque in Anglia, Othomenſis in Scotia, & fere omnes in Aragonia: In Germania quoque à tempore Caroli Magni omnes potiſſimum Epiſcopi per plura Sæcula monachi tantum creabantur, qui non in palatiis, ſed in cœnobiis monachi habitu, monaſticam vitam agebant; Itaque ex probatiſſimis Authoribus liquido conſtat, ut nihil de prima, ac ſumma Petri Cathedra dicamus, *Quæ longa, & continuata multorum ſæculorum ſerie nullos alios, quam Benedictinæ familiæ ſodales, Summos Pontifices habuit*, teſte inter alios Gregorio XIII. in eadem Petri Cathedra reſidente. Ex quibus tamen Epiſcopia, vel temporum iniquitate, vel hominum malitia, odio monachorum laborantium, vel ſcriptorum negligentia, valde paucorum memoria, ac nomen * permanet. Certe in Romano Martyrologio plurimi Epiſcopi recenſentur, ut Helladius, & Ildephonſus Toletani, Eligius Noviomenſis, Bonifacius Moguntinus, Auguſtinus Patria Romanus, Laurentius, Lanfrancus, & Anſelmus omnes Cantuarienſes, Mellitus Londinenſis, Juſtus Roffenſis, cæterique à B. Gregorio Magno in Angliam miſſi, Leander, & Iſidorus Hiſpalenſes, Chilianus Erbipolenſis, Gerardus Hungarorum, Suitbertus Friſonum, & Hollandorum, Anſgarius Gothorum, & Danorum Adalbertus Boemorum, Ruthenorum, & Polonorum. Maurus Ceſenas; aliique permulti, qui dubio procul D. Benedicti, (vel eorum nonnulli, ut aliis placet, D. Auguſtini) Regulam profeſſi ſunt, quod nihilominus ibidem minime indicatur, vel quia cum per id temporia fere omnes Epiſcopi ex Ordine D. Benedicti aſſumerentur, ſupervacaneum videbatur Benedictini Monachi notam illis adjicere, vel quia eorum temporum Scriptores non adeo diligentes, & accurati erant, ut id præſtare vellent, quemadmodum in recentioribus Regularium Ordinibus, qui longe paucioribus Epiſcopis gaudent, nunc uſu evenit.

* Arnold. Wion. Lign. Vit. p. 1. c. 2. pag. 387. & ſeq.

* In faſtis Benedictinis

Ne igitur eorum quoque, qui ex noſtra Caſinenſi congregatione, his poſterioribus Sæculis fuerunt electi, iiſdem de cauſa memoria intercidat, ac omnino depereat, hunc Epiſcoporum catalogum, majori qua potui diligentia, contexui, haud exiguo quidem labore, ſed libentiſſime a me ſuſcepto, cum inter eos plures animadverterim ſanctimonia, ac eruditione conſpicuos, quorum præclara geſta, doctaſque lucubrationes Chriſtianæ Reipublicæ multum intereſſe ab oblivione vindicari. Veritatem ubique ſartam tectam me cuſtodire profiteor, rem in omnibus, maxime vero in rebus hiſtoricis neceſſariam, ſed ſi alicubi eam aſſequutus minime fuero, id humani intellectus imbecillitati, meæque in primis ignorationi, non voluntati tribuendum eſt; Cui tamen incommodo perſpicaciorum, ac doctiorum virorum, quibus adeo noſtra ætas abundat, & poſterorum magis, magiſque abundabit, eruditio, & criterium facile occurret. Omnia autem S. R. E. veritatis magiſtræ, judicio; ac cenſuræ ſubmitto, præſertim quæ de nonnullorum ſanctitate in hoc Epiſcoporum catalogo ediſſero, tamquam humana dumtaxat fide, ad SS. URBANI VIII. decretum, fulta, à me narrata profiteor.

Digitized by Google

APPROBATIONES, ET FACULTATES.

INgenti animi voluptate, & qua potui diligentia *Catalogos tres Epiſcoporum*, videlicet, *Reformatorum*, *&* *Virorum Sanctitate Illuſtrium è noſtra Caſinenſi Congregatione*, a Reverendiſſimo P. D. *Mariano Armellini* S. Petri de Aſiſio Abbate exaratos perluſtravi, quo & Reverendiſſimi Patris D. Bonaventuræ Finardi Sanctæ Eutemiæ Brixiæ Abbatis, & ejuſdem Congregationis noſtræ Præſidis, qui hanc mihi Provinciam impoſuit, juſſionibus morem geſſi, & ſpem magnam concepi, plurima, quæ in eis exhibentur Sanctitatis exempla, tum Monachis noſtris, tum cunctis etiam Chriſtifidelibus ad meliorem vitam capeſſendam ſtimulos additura; eoque magis quo omnia in eis contenta Catholicæ Fidei, piiſque moribus apprimè conſentanea conſpiciantur. In quorum fidem &c.

Datum ASSISII in Monaſterio S. Petri die 28. Novembris 1730.

D. Franciſcus Maria ab Urbe Decanus Caſinenſis Philoſophiæ, Sacræque Theologiæ Lector.

REverendiſſimi P. D. Bonaventuræ Finardi congregationis noſtræ Caſinenſis Præſidis juſſis, ea qua par eſt obedientia obtemperans, attentè, accurateque perlegi *Catalogos tres Epiſcoporum* nempè, *Reformatorum*, *ac Virorum Sanctitate Illuſtrium è noſtra Congregatione*, à Reverendiſſimo P. D. *Mariano Armellini* S. Petri de Aſiſio abbate compoſitos, cumque in eis nil Catholicæ Fidei, ac bonis moribus diſſonum deprehenderim, imo cum plurima virtutum, ac Sanctioris vitæ exempla luculenter deſcripta ibidem Lectoribus proponantur, dignos exiſtimo, qui ad Dei, Sanctorumque ejus gloriam, & præſentium, ac poſterorum utilitatem, publica per typos luce donentur.

Datum ASSISII in monaſterio S. Petri IV. Kalendas Decembris 1730.

D. Maurus Franciſcus Luca à Papia Monachus Caſinenſis S. Petri de Aſiſio Vicarius, Sacræ Theologiæ Scolaſticæ Profeſſor, & Moralis Lector.

NOs D. Bonaventura à Bergamo abbas ac Præſes congregationis Caſinenſis. Cum Catalogos tres: *Epiſcoporum* ſcilicèt *Reformatorum*, *ac Virorum Sanctitate Illuſtrium e noſtra Congregatione &c.* Authore Reverendiſſimo P. D. *Mariano ab Urbe* Abbate Monaſterii Aſiſienſis Divi Petri accurate legerint duo ex noſtris theologis, quibus id demandavimus, atque edi poſſe, ſcripto probaverint, ut typis illi committantur, ad Nos quod attinet, litteris hiſce concedimus.

Brixiæ in monaſterio Divæ Euphemiæ VIII. Kalendas Februarii 1731.

D. Bonaventura à Bergamo Abbas, ac Præſes.

Locus ✠ Sigilli.

Reg. fol. 38.

D. Liberius à Bergamo Prior pro-Cancellarius.

Juſſu

JUſſu Reverendiſſimi Patris Magiſtri Fr. Joannis Nicolai Selleri Inquiſitoris Generalis Peruſiæ, & Umbriæ, opus inſcriptum *Catalogi tres 1. Epiſcoporum, 2. Reformatorum: 3. Virorum Sanctitate Illuſtrium* Congregationis Caſinenſis, aliàs S. Juſtinæ Patavinæ, a Reverendiſſimo Patre *D. Mariano Armellino* ejuſdem Congregationis Caſinenſis S. Petri de Aſſiſio abbate, Bibliothecæ Benedictino-Caſinenſis editione de Republica literaria jam optimè merito, viro abſolutæ doctrinæ, & monaſticæ vitæ obſervantia incomparabile compoſitum, & eleganti, ac expolita oratione apprime elaboratum, in quo nobiliſſimæ prolis tot inſignium præſulum, ac Heroum inclytæ ipſiuſmet Congregationis ſeries, ac geſta meritiſſimè recoluntur, eorumque egregia opera, & præclara nomina ab interitus, & oblivionis faucibus erepta, in perennem lucem vindicantur, ſedulo, ac jucundo ſtudio perlegi, in eo autem cum nihil repererim, quod Orthodoxæ Fidei, boniſque moribus adverſetur, ideo prælo, typiſque, ut tradatur, valde laudabile, & digniſſimum cenſeo.

Peruſiæ Duodecimo Kalendas Decembris 1732.

Petrus Paulus Chriſtiani Auguſtæ Bibliothecæ Præfectus, & pro Sancta Inquiſitione Librorum Cenſor.

IMPRIMATUR.

Fr. Jo: Nicolaus Selleri Inquiſitor Generalis Peruſiæ.

PRæſentatos Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Domino meo D. Joanni [illegible] Aſſiſinatum præſuli *Tres Catalogos Epiſcoporum, Reformatorum, [illegible] ctitate Illuſtrium Congregationis Caſinenſis*, Auctore Rmo P. D. *Mar*[illegible] jus monaſterii S. Petri abbate, mihi ille (qui [illegible] Paſtoralis officii curis numquam parcit) tradidit revidendos, atque adeo pro[illegible] mihi demandavit ſane perjucundam. Eos namque lectitans, non modò oculus nihil ab Orthodoxa Fide, pliſque moribus difforme invenit, ſed etiam animus [illegible] exinde eruditionis ſe arbitratur adeptum. Ea propter typis jure merito dandos eſſe cenſeo, ac pro præfato Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Domino concedo.

Datum Aſſiſii IX. Kalendas Martias MDCCXXXIII.

Joannes Franciſcus Palmerius Vicarius Generalis.

REIM-

REIMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

F. M. De Rubeis Patriarcha Conſtantinop. Viceſg.

JUſſu Rm̃i Patris Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri Joſephi Auguſtini Orſi attente perlegi Librum, Cui titulus -- *Catalogi tres Epiſcoporum Reformatorum, & Virorum Sanctitate Illuſtrium è Congregatione Caſinenſi, alias S. Juſtinæ Patavinæ, Authore Rm̃o P. D. Mariano Armellini ejuſdem Congregationis S. Petri de Aſſiſio Abbate.* Non modo nihil in eo inveni, per quod excluderetur a typis; ſed plane opus dignum arbitror, quod ſubeat novum prælum: Quippe quod & ampliori futurum ſit gloriæ Congregationi Caſinenſi, & majori Chriſtifidelibus omnibus utilitati. Datum Romæ ex Collegio Calaſanctio Nono Kal. Auguſti 1755.

Fauſtus Maronus Scholarum Piarum
Congreg. Sac. Rit. Conſultor.

REIMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Elena Reverendiſſimi Patris Magiſtri Sacri Palatii Apoſtolici Socius.

CA-

Digitized by Google

CATALOGUS EPISCOPORUM

CONGREGATIONIS CASINENSIS

ALIAS

SANCTÆ JUSTINÆ PATAVINÆ.

A

AEGIDIUS ROMANUS in ſæculo Carolus Marſorum Dux, e Columnenſium ſtemmate, Philippi Comeſtabilis Regni Neapolitani, & Lucretiæ Thomacellæ filius, & Hæres, natus eſt anno 1606. die 2. Decembris; Primum militarem vitam ſequutus, Hiſpanicam Legionem in Belgio duxit, mox in Italiam reverſus, pompam, faſtumque ſæculi noſtro commutavit cucullo in Monaſterio Sublacenſi D. Scholaſticæ ſacro Anno 1638. die 8. Novembris. Cum enim fortuito duello conflixiſſet cum Gregorio ex Cajetanâ familia inter Romanas item conſpicua; in quo idem Gregorius occiſus fuit; ſive facti pœnitentiâ, ſive inimicitiæ cum demortui conſanguineis declinandæ gratia, ſive aliis de cauſis, Monachi profeſſione ea omnia, aut abolere, aut vitare ſtatuit. Haud multis poſt Monachatum tranſactis annis, ab Urbano VIII. Pont. Max. cujus fratris filius Taddæus Barberinus Annam Ægidii ſororem uxorem duxerat, Abbas primum *S. Mariæ in Valle Joſaphat*, Archiepiſcopus deinde Amaſeæ creatur: demum à Clemente X. Patriarcha Hieroſolymorum renunciatur anno 1672. quibus dignitatibus, & honoribus cumulatus, primævi in Ordinem noſtrum amoris, & obſequii intermiſit nihil, quin potius in dies plurimum auxit. Habitum namque, ac tonſuram ad præſcriptum Congregationis, quantum ejus ſtatus permittebat, deferens, tanti ea ſe facere ſemper oſtendit, ut nullo alio titulo magis, quam Monachi Benedictini gloriaretur, eoque tantummodo ab aliis internoſci vellet. Solemnioribus etiam infra annum feſtis diebus ad Sancti Pauli Cœnobium extra Urbem accedens, divinæ in Choro Pſalmodiæ, & Synaxi, & communi Monachorum Menſæ religioſe intererat. Tandem octogeſimum annum agens, A

Digitized by Google

A

ſenectute ipſa reſolutus, obiit Romæ an. 1686. die 10. Octobris, illique ex ſuprema ejus voluntate in noſtra Tranſtyberina D. Caliſti Eccleſia ſolemniter parentatum eſt, hactenus ejus cadaver ibi jacet, cum ipſe alioquin teſtamento juſſiſſet, ut corpus ſuum ad Monaſterium Sublacenſe juxta Monachos tumulandum deferretur, cui etiam Sublacenſi Cœnobio ſacras veſtes, calices, cæteraque omnia, quibus in adorando Sacrificio utebatur, legavit, gratiſſimum animum ſuum extrema hac ſignificatione teſtatus, Qua tamen minime contentus, Monaſterio etiam ſacri Specus quingentos vel eo amplius paſſus à Cœnobio S. Scholaſticæ in ſuperiori Montis latere diſtanti, in quo olim S. Pater Benedictus adhuc puer pœnitentiæ cauſa triennio delituit, quodque propterea Sanctitate loci præcipuam ſemper à Fidelibus venerationem obtinuit, ſummam octo millium Scutorum Romanæ monetæ legavit, ut ex eorum fructibus quatuor inſuper Monachi in eodem Monaſterio ſacri Specus ad divini cultus, & regularis obſervantiæ augmentum ali deberent, qua de re mentionem facit SS D. N. CLEMENS XII. in ſuo Brevi dato Romæ anno 1732. die 7. Februarii Pontificatus ſui ſecundo, cui titulus eſt, *Diverſæ Ordinationes* pro reſtituendo antiquo cultu in Monaſterio Sac: Specus prope Sublacum Congregationis Caſinenſis Ord. S. Benedicti. Laurentius, Magnus Comeſtabilis ejus Fratris filius ſupra illius temporarium Sepulchrum in prædicta D. Caliſti Eccleſia, ſtrato lapide, inſcriptionem hanc incidendam curavit.

D. O. M.

ÆGIDII COLUMNÆ Amaſiæ primum Archiepiſcopi, Hieroſolymitani deinde Patriarchæ, Octogenarii, æternitatis metam attingentis Oſſibus, & Cineribus, hoc non ex Pario marmore, ſed nudo lapide, non laudis ſcripturæque ornamento, ſed ſimplici inſcriptione exciſum ſepulchrum uti ille teſtamento rigoroſe mandaverat, ita opere religioſe, ut beneficentiſſimi ſimul, & clariſſimi Patrui moderationi ſua ipſius obedientia parentaret, Laurentius Onuphrius Columna Magnus Comeſtabilis, Regnorum Aragoniæ, & Neapolis Prorex &c. Ex fratre Nepos, & Heres Poſuit. Obiit Anno Domini 1686. XIV. Calend. Novembris.

In noſtris Regeſtis manuſcript. pagin. 282. in margine, de eo, *In ſæculo D. Carolus Dux Marſorum, Abbas Benedictus,* * *& Archiepiſcopus Amaſienſis.* Ejus meminit Felix Egger Monachus Petruſianus *In Idea Ordinis Hierarchico – Benedict. l. 2. p. 2. diſſert. 3. pag.* 242. qui tamen errat in Sede Archiepiſcopatus, vocans eum *Archiepiſcopum de Carbognano*, pro *Amaſienſi*, Carbonianum vero Caſtrum eſt vel Oppidum haud longe ab Urbe, Ducatus titulo inſignitum, Gentis, quidem Columnenſium, ſed alterius familiæ, vulgo, *di Sciarra Colonna* appellatæ.

* *Ideſt Abbatia aliqua extra Congregationem donatus.*

ÆGIDIUS AB ALEMANNIA Alumnus S. Juſtinæ Patavinæ factus anno 1430. die 1. Novembris in Regeſto generali pag. 6. à tergo dicitur, *Cubicularius Eugenii Papæ IV. deinde Epiſcopus Torcellanus*, obiiſſe autem in Monaſterio S. Georgii. Sed apud Ughellum tam primæ quam ſecundæ editionis in Epiſcopis Torcellanis nuſpiam invenitur.

ALEXANDER PALLAVICINUS Nobilis Parmenſis natus eſt ann. 1613. & in Cœnobio S. Joannis Evangeliſtæ in Patria anno 1629. die 21. Decembris clauſtralem vitam inchoavit, & natalium ſplendore, doctrinæ præſtantia, morum probitate, ac in rebus agendis prudentia, juſtitiæ, ac pietati conjuncta admodum celebris evaſit; Quas animi dotes tunc maximè patefecit, cum Prior conſtitutus, itemque in Romana Curia Generalis Procura-

Digitized by Google

A

curator, Congregationis negotia, ſedulo, ac fideliter, ingentique omnium utilitate pertractavit, quo tempore ab Alexandro VII. creatus fuit Epiſcopus Burgi S. Domnini, media inter Placentiam, ac Parmam via, conſecratuſque Romæ ab Antonio Cardinali Barberino die 8. Septembris anno 1659. in Baſilica Sanctæ Mariæ Majoris. Epiſcopatum annos XV. rexit, Synodumque perutilem habuit: Deceſſit Anno 1675. die 20. Menſis Maji.

De eo Nicolaus Coleti in nova Ughelli Editione nuper Venetiis facta apud Sebaſtianum Coleti anno 1717. in Epiſcopis Sancti Domnini, ubi aſſerit eum natum fuiſſe anno 1613. die 14. Decembris, Tabiani in Territorio Parmenſi Parentibus Franciſco Pallavicino, & Catharina Cerata, eique mortuo tale Epitaphium à Fratre poſitum.

D. O. M.

ALEXANDRO MARCHIONI PALLAVICINO Burgi S. Domnini Epiſcopo, Inter Univerſi populi lacrymas Federicus Frater dilectiſſimus hunc lapidem ſui amoris in argumentum erexit. Anno ſui obitus MDCLXXV.

Meminit ejus Felix Egger Petruſianus *in Idea Ordinis Hierarchico-Benedictini* l. 2. par. 2. diſſert. 4. Decade 4. pag. 283.

ALPHONSUS MARICONDA nobili genere Neapoli in Campania ortus, ibidem apud S. Severinum Monaſticum amplexus eſt inſtitutum anno 1687. die 19. Octobr. Optimo præditus ingenio, in Scholaſticis æque, ac in humanis literis inſigniter profecit; Romæ in noſtro D. Anſelmi Collegio Theologiæ, ac Juri Canonico ſtrenuam operam dedit. Florentiam deinde miſſus, Scholaſticas diſciplinas juxta recentiorum placita, & methodum eruditis omnibus, Antonio præſertim Magliabechio, mire plaudentibus, & approbantibus, aliquandiu docuit, doctrinæque, ac inſtitutionis ſuæ eam gloriam retulit, ut inter egregios diſcipulos duos præſtantiſſimos ſortitus ſit, qui viri clariſſimi ac celeberrimi evaſerunt, Virginium nempe Valſechium publicum in Piſana Univerſitate divinæ Scripturæ interpretem, & Angelum Mariam Quirinum, plurium Romæ, earumque nobiliorum Sacrarum Congregationum, Indicis nempe, ac Sacrorum Rituum *Conſultorem*, & S. Univerſalis Inquiſitionis Qualificatorem, & poſtmodum ab Innoc.XIII. Archiepiſc. Corcyrenſem creatum an. ſcilicet 1723. demumque à Bened.XIII. ad Brixienſem Eccleſiam tranſlatum, & Fortunato Mauroceno demortuo, noſtræ itidem Congregationis Monacho, ſtatim ſuffectum anno 1727. eodemq. anno die 26. Nov. in S.R.E. Cardinalium ampliſſimum cœtum ab ipſomet Pontifice Max. cooptatum. At Alphonſus Florentiâ Neapolim accerſitus, eodem docendi munere pari cum laude perfunctus, publicam Theologiæ Cathedram in Neapolitana Univerſitate obtinuit, quam plures annos honorifice aſcendit. Anno autem 1717. à Clemente XI. Pontifice Maximo, Carolo VI. Romanorum Imperatore, ac Neapolis Rege expoſcente, Epiſcopus Triventinus in Samnio creatus fuit die 12. Julii, & in Eccleſia D. Andreæ Apoſtoli in Monte Quirinali, ubi Patres Soc. Jeſu Tyrocinium ponunt, conſecrationem à Fabricio Cardinali Paulutio die 12. ejuſdem menſis accepit. Ad quam utique electionem eo libentius devenit Pontifex, quo ex Ughello Ital. Sacr. tom. 2. col. 1080. cognovit Julium Cæſarem Maricondam Alphonſi Gentilem eidem Triventinæ Eccleſiæ à Gregorio XIII. anno 1582. præpoſitum eam vigintiquatuor annorum ſpatio ſumma, cum in temporalibus, tum in ſpiritualibus, utilitate, ac profectu adminiſtraſſe, ſperans proinde Alphonſum, & propria virtute, & hujus, aliorumque Anteceſſorum exemplo, ſimilia

A

milia jugiter præſtiturum. Ejus legimus paſtoralem Epiſtolam ad Clerum, populumque Triventinum, impreſſam Romæ anno 1717. Typis Cajetani Zenobii, quæ ſicuti nova forma, novaque methodo concepta eſt, ita Sacræ paginæ, & Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ luminibus mirum in modum exornata conſpicitur, incipit. „ Inter myſtica Judaicæ religionis inſignia, talaris illa Pontificis tunica altiorem omnium contemplationem implebat. „ An. D. 1721. die 26. Julii celebravit primam Synodum Diœceſanam, impreſſam Beneventi anno 1723. ex Typographia Archiepiſcopali. Et in Concilio Romano, ſeu Lateranenſi a laudato Benedicto XIII. Anno 1725. habito, Alphonſus Mariconda Epiſcopus Triventinus conſtitutus fuit, *Promotor Concilii*, Anno demum 1730. tranſlatus fuit ad Sedem Archiepiſcopalem Mateolanam, (vulgo Matera) in Calabria à Clemente XII.

De eo in noſtra etiam Bibliotheca par. 1. pag. 10. ubi ejus opuſculum Meditationum, aliæque lucubrationes recenſentur.

AMBROSIUS CROCE patria Mediolanenſis, inter S. Petri in Glaſſiate Alumnos admiſſus anno 1660. die 12. Decembris, morum gravitate, prudentia, ac ſedulitate in muneribus ſibi impoſitis obeundis, ſollicitudine, & zelo in Eccleſiaſticis dignitatibus, tam intra, quam extra Congregationem obtentis adminiſtrandis invicta conſtantia ſemper enituit; Nam primo in Romana Curia *Comprocurator*, ut dicimus, rem Caſinenſem pro virili parte juvare, & augere ſtuduit. Prior deinde, mox Abbas creatus, plura Monaſteria, inter quæ Mediolanenſe prælaudati S. Petri in Glaſſiate, Bononienſe, Farſenſe laudabiliter rexit; Denique cum Bobienſe Cœnobium in Cotiis Alpibus gubernaret, ab Innocentio XII. ejuſdem Bobienſis Civitatis Epiſcopus eligitur anno 1694. eique Eccleſiæ cum annos duodeviginti præfuiſſet, naturæ tandem debitum ſolvit ibidem anno 1713. die 20. Aprilis, ætatis ſuæ anno circiter LXXII. De eo Nicolaus Coleti in Ital. Sacr. Ughell. Venetiis impreſſa an. 1717. tom. 5. col. 950. „ Ambroſius Cruce Mediolanenſis Con„ gregationis Caſinenſis Theologus, & Monaſterii Bobienſis Abbas hanc
* 1694. „ Sedem aſſecutus eſt 15. Septemb. * 1698. quam deinde vacuam dereliquit defunctus an. 1713.

ANASTASIUS UBERTI Cæſenas nobili Familia ortus, Hieronymi Cardinalis Dandini Imolenſis Epiſcopi Sororis Filius, apud Sanctam Mariam de Monte Monaſticis votis ſeſe obſtrinxit anno 1533. die 9. Martii; Floruit inſigni pietate, ac præſtanti doctrina; Quamobrem cum ejuſdem Monaſterii Œconomum, ſeu, ut ajunt, *Cellerarium* ageret, à Julio III. Epiſcopus Imolenſis in Flaminia renunciatus fuit anno 1552. die 11. menſis Maji, ſucceſſitque laudato Cardinali Dandino Avunculo ſuo; vixit in Epiſcopatu annos dumtaxat ſex, quibus expletis, laborum præmia in Cœlis percepturus ex hac vita migravit anno 1558. juxta Ferdinandum Ughellum. In Ital. Sacr. tom. 2. pag. 693. ubi eum valuiſſe dicit literatura, & religione, non autem, *Subdit Ughellus*, „ anno 1500. ut Arnoldus dicit, quo quidem anno forſitan non„ dum lucem aſpexerat Anaſtaſius „ At Arnoldus Lign. Vitæ par. 1. lib. 2. cap. 45. pag. 323. ubi de eo agit, tantummodo affirmat eum obiiſſe *Sua ætate*; Cum autem Arnoldus opus ſuum in lucem emiſerit anno 1595. ejus ætas optimè congruit cum Anaſtaſii obitu, qui anno 1558. contigit. Cæterum Arnoldus Anaſtaſium his verbis laudat. „ Vir doctus, & pius, qui ad ovi„ le Domini cuſtodiendum electus, verbo, & opere inſigniter illud defen„ dit, & nonnullis lucubrationibus ſuis, qualis, & quantus fuerit oſtendit „ &c. Obiit hac noſtra ætate; ex Epiſtola D. Angeli à Carpendulo Decano

„ Cæ-

,, Cæſenatico ad me tranſmiſſa.,, Præterea mentionem de eo faciunt Gabriel Bucellinus *In Benedicto Redivivo*, nbi tamen aſſerit eum obiiſſe anno 1592. quod falſum omnino eſſe, inde potiſſimum conſtat, quod ex præallegato Ughello ei in Epiſcopatu ſucceſſerit Vitellotius Vitellius Typhernas an. 1560. Felix Egger Monachus Petruſianus in Idea Ordinis Hierarchico-Benedictini l. 2. par. 2. diſſert. 4. decade 4. pag. 271. ubi Bucellinum ſequutus dicit, eum floruiſſe anno 1592. cæterum innocentiæ inſignia, & monilia doctrinæ ad Pontificatum Imolenſium in Flaminia eum pertraxiſſe affirmat. In Regeſt. mss. Monachorum noſtræ Congregationis pag. 164. à tergo, dicitur in margine, *Epiſcopus Imolenſis, Vir pius, & doctus*: Nos etiam in Bibliotheca p. 1. pag. 15. A

ANDREAS ADEODATI à Neapoli quidem dictus, ſed revera Monopoli in Apulia natus, in Caſinenſi Monaſterio noſtram Regulam profeſſus eſt anno 1647. die 2. Junii. Primo ſcholaſticas diſciplinas Neapoli docuit, deinde Abbas creatus, inſigniora Cœnobia, Sublacenſe, Romanum, Caſinenſe, Neapolitanum adminiſtravit; cumque in rebus agendis ſingulari prudentia, ſolertiâ, ac dexteritate polleret, præcipua Congregationis munia, Viſitatoris nempe, Definitoris, Generalis in Romana Curia Procuratoris, Præſidentis denique, multa zeli, induſtriæ, ac juſtitiæ laude obivit. Romæ Abbas cum eſſet Tyrocinium ad Novitios pietate, ac litteris imbuendos aperuit, meque omnium primum valde juvenem recipiens, Monaſtico induvio donavit. Hinc ad Caſinatis Cœnobii regimen tranſiens, haud ita multo poſt Procurator Generalis conſtitutus, Romam rediit, quo munere ampliſſimo in primis, graviſſimoque, ea diligentia, reique publicæ utilitate eſt perſunctus, ut virtutis ſuæ, & propenſiſſimi in commune commodum ſtudii immortalem famam reliquerit; Cum enim haud modico ære alieno gravatam Congregationem reperiſſet, ut notabili ejus parte levaretur, ab Apoſtolica Sede primus obtinuit; quod ut clarius intelligatur, altius repetendum eſt. Sanctus etenim Pius V. ut ingentem claſſem contra Turcas, cervicibus Chriſtiani populi jam imminentes, inſtrueret, maximam pecuniæ vim Monaſticis per Italiam Congregationibus iteratis vicibus imperavit, præcipue anno 1570. quod ipſum alii quoque Pontifices tum antea, tum poſtea, præſertim Paulus III. annis 1543. 1545. 1551. & Alexander VII. anno 1661. & 1663. variis Eccleſiæ neceſſitatibus urgentibus, potiſſimum verò Hungarico Bello adverſus Infideles, & Gallico, Germanicoque contra Acatholicos identidem effecerunt: Cujus quidem pecuniæ ſolvendæ major portio Congregationi noſtræ impoſita fuit; cum vero noſtra, aliæque Congregationes tantam numeratæ pecuniæ vim in promptu minime haberent, nec habere facile poſſent, ab ipſamet Apoſtolica Sede, quæ ad eandem, aliaſque ſummas cogendas, plurima Montium loca, ut vocant, erigens, graviſſimum æs alienum contraxit, fœnebrem acceperunt, magno utique interuſurio, octo nimirum pro quolibet centenario, quemadmodum per id temporis communi uſu fiebat; quod ſane fœnus longo adeo temporis ſpatio florentiſſimam, copioſiſſimamque noſtrorum reddituum partem ſingulis annis hactenus abſumpſit, & tantam adhuc abſumit; quam ob cauſam antiquum Monachorum numerum, templorum, divinique cultus magnificum illum ſplendorem, ac decus imminuere oportuit. At Andreas his ipſis, aliiſque incommodis ſanctiſſimo, æquiſſimoque Pontifici Innocentio XI. opportune demoſtratis, ut ſexaginta millia ſcutatorum argenteorum, Apoſtolicæ Cameræ, eorum proinde interuſurio ceſſante, reſtituerentur, feliciter obtinuit, quod ſane haud difficulter præſtare potuit Andreas, eandem pecuniæ ſummam a privatis quibuſdam longe minori interuſurio pariter fænebrem

acci-

A accipiens; lucrum itaque ex leviori interuſurio proveniens, Andreæ opera partim in cujuslibet Monaſterii qualecumque levamen pro rata portione diſtributum fuit; partim vero S. Anſelmi Collegio Romæ in ædibus D. Caliſti erigendo aſſignatum, ut ibi ſelecti ex tota Congregatione duodecim egregiæ ſpei juvenes, ſacræ Theologiæ, jurique Eccleſiaſtico ſub præſtantiſſimis Magiſtris operam darent, ex quo non minor fructus, quam gloria prodiit, inde enim complures doctrinâ inſignes Viros nobiliora Monaſteria receperunt, qui meliorum literarum amorem, ſtudiorumque probatiſſimam rationem in eiſdem reſtituerunt. Hoc tam præclaro, memorabilique facinore Procuratorium munus cum Andreas abſolviſſet, ad Caſinenſe Monaſterium denuo adminiſtrandum receſſit anno 1687., integroque decennio, quo illud bis gubernavit, in ejuſdem juribus tutandis, imo & proferendis, in novis, pro Hoſpitibus, & Ægrotis, quos omni charitatis effectu complectebatur, ædificiis excitandis, in ſacræ ſupellectilis, vaſorumque ex argento numero augendo, in Templo, alioquin ſatis pulchro, pulchriore nihilominus reddendo totus fuit. Anno 1690. Præſidens renunciatus Congregationi univerſæ conſueta prudentia, & ſolicitudine præfuit; inde ad Neapolitanum S. Severini Cœnobium regendum translatus anno 1693. cum majora in dies optimi Præſulis exempla præberet, ab Innoc. XII. Pontifice Maximo Archiepiſ. Roſſanenſis in Calabria citeriori conſtituitur anno 1697., quamvis multo antea Andrienſem in Apulia Epiſcopatum ab Innoc. XI. ſibi oblatum conſtanter recuſaſſet. Hæc autem in Roſſanenſem Archipræſulem electio, adeo fœlix, fauſtaque fuit, ut difficile dictu ſit, quot illi Eccleſiæ, quantaque beneficia, quot ſpiritualia æque, ac temporalia emolumenta ex eadem acceſſerint. Sexdecim namque annorum ſpatio, quibus in ea Cathedra ſedit, nihil antiquius habuit, quam flagrantiſſimum in ſuam Sponſam amorem verbo, & factis oſtendere; eam marmoreis, argenteis, aureis, aliiſve omnigenis ornamentis, tribus inſuper ſacellis elegantis ſtructuræ à fundamentis erectis (quorum primum Sanctiſſimo Crucifixo 2. D. Andreæ Apoſtolo, 3. D. P. Benedicto poſuit) munificentiſſime decoravit: annuos redditus auxit, Canonicorum Collegium, eorum, de quibus teſtari poterat, hæredem, inſtituit, torque alia præſtitit, ut Eccleſiæ illius alter veluti Reædificator dici meruerit. Ex quibus liceat arguere, quanto mærore, ac luctu amantiſſimi Paſtoris deceſſum tulerint Roſſanenſes anno 1717. die 7. Auguſti, quo Andreas ad bonorum operum, ac invictæ in extrema ægritudine acerbiſſimorum cruciatuum, patientiæ præmia percipienda evocatus fuit in Cælum, ætatis ſuæ annum octogeſimum quartum jam ſupergreſſus; tumulatus eſt in Sacello D. Benedicto Sacro, uno ex tribus ab eo ædificatis, ubi adhuc vivens marmoreum loculum ſibi paraverat, ſupraque eum ſui ipſius effigiem ex Pario lapide cingulo tenus ad altare paululum inclinatam collocandam juſſerat, in religionis pietatiſque argumentum, his tantummodo inferius verbis appoſitis.

ANDREAS ADEODATUS NEAPOLITANUS
ARCHIEPISCOPUS ROSSANENSIS XXV.

De eo magna cum laude Julius Ambroſius Lucenti, [imo D. Eraſmus Gattola; qui Lucenti notitias, & documenta pro Caſinenſi Epiſcopatu ſubminiſtravit] *In Italia Sac. reſtrict. auct. &c.* 1075. Jo: Mabill. *in Muſæo Italico* ubi de ſuo in Urbem adventu. Regeſt. Ms. p. 236. à tergo in margine „ Abbas, Procurator Generalis, & Archiepiſcopus Roſſani ab Innocentio „ XII. obiit ibidem anno 1717. „ Benedictus Bacchinius in Vita ſua à ſemetipſo breviter ſcripta, impreſſa poſt ejus obitum Venetiis anno 1723. in tomo

tomo 34. Ephemeridum Liter. Ital. pag. 313. art. XI. num. XIX: „ circa „ medium Januarii menſem Neapolim venit, ubi tunc temporis Abbas P. „ D. Andreas Deodatus S. Severini Cœnobium moderabatur, vir doctrina, „ pietate, prudentia, & muneribus Procuratoris, & Præſidis Generalis „ celeberrimus, qui poſtmodum ad Roſſanenſis Archiepiſcopatus infulas „ translatus eſt. Is mirum in modum Bacchinium advenientem gratiis cu- „ mulavit, voluitque ut apud ſe per integrum menſem maneret. „ Item Nicolaus Coleti in Appen. Ital. Sacræ. Ughell. col. 328. plurima in laudem Andreæ Adeodati refert, inter quæ Synodum celebraſſe valde ſalutarem: pretioſis marmoribus, ac lapillis, auro, picturis, argenteis vaſis diverſi generis pondo 400. multiplici ſupellectile Sacrarium, & templum ditaſſe. Hiſce in operibus XL. aureorum millia erogaſſe, Caſinenſi Monaſterio VIII. aureorum millia, 4. Candelabra, aliaque argentea vaſa ſupremis tabulis legaſſe, Capitulo vero ſuæ Cathedralis XIV. millia: ſeptem pro animæ ſuæ remedio ſacerdotia vulgo *Cappellanias* cum Anniverſario, feſtoque die Sanctiſſimi Patris Benedicti ſolemniter quotannis celebrando attributâ dote inſtituiſſe: denique Pauperum Patrem beneficentiſſimum fuiſſe.

ANGELUS DE NUCE A MASSA Lubrenſi prope Surrentum Neapoli tamen oriundus, quapropter Neapolitanus dictus fuit, natus eſt an. 1600. & anno 1622. apud Caſinum in D. Benedicti familiam cooptatus die 2. Julii, bonis utique avibus, meliorique Cœnobii ejuſdem fortuna. Ingenio ſiquidem, doctrinaque præſtanti inſtructus, Philoſophiæ, ac Thelogiæ Scholaſticæ ſtudia ad ejus temporis uſum non tam reſtituiſſe, quam ex integro Caſini inſtituiſſe viſus eſt, eo ſane mirabilius, quo ſcientias etiam ſeveriores, ut ipſe de ſe teſtatur, ſine Magiſtro didicit, pluresque inſignes diſcipulos non Caſino tantum, ſed nobilioribus etiam Congregationis Cœnobii Magiſtros dederit. Accedebant Poeticæ, & Oratoriæ artis, multiplicisque eruditionis tum ſacræ, tum profanæ, morumque honeſtiſſimorum pulcherrima ornamenta, quæ illum ſpectabilem cunctis, amabilemque reddebant. Virtutum itaque, ac doctrinæ merito Abbatis infulas conſequutus, nervos omnes intendit, ut in Cœnobiis, quæ illi moderanda obtigerunt, bonarum literarum Amor, & monaſticæ diſciplinæ cultus eflorereſcerent: duodecim annorum periodo, iterato regimine, quo Caſino præfuit, habita Diœceſana Synodo, Zelum, & Sapientiam regulari Antiſtite digniſſimam in ſuis Sanctionibus oſtendit, Monaſterium, & Eccleſiam Statutis, & inſcriptionibus exornavit; Criminalem Juriſdictionem in ſubditos San-germanenſes poſtliminio recepit, pluraque alia præſtitit, ob quæ inter illuſtriores, ac beneficentiſſimos Sacri Caſini Præſules recenſeri merito debeat; ejus eruditio cum ex aliis, tum vero maxime ex notis ad Chronicon Caſinenſe Leonis Cardinalis Oſtienſis inclaruit, quæ reconditæ, ac ſelectæ doctrinæ famam apud Literatos ei pepererunt. Romam poſtea ſe contulit, ibique à Clemente IX. Pont. Max. cui opus illud dicaverat. *Examinator Epiſcoporum* extra ordinem, & Sacri Indicis Conſultor, à Franciſco vero Cardinali Barberino primarius Theologus electus, cum Callienſem in Umbria Epiſcopatum ab eodem Clemente IX. ſibi oblatum reſpuiſſet, ab ejus ſucceſſore Clemente X. Archiepiſcopus Roſſanenſis renunciatus fuit an. 1671. die 18. Januar. tenuitque eam Sedem annis dumtaxat quatuor; poſt quos laudati Cardinalis Barberini ſuaſione Epiſcopatu dimiſſo, Romam rurſus conceſſit, ubi quamvis doctrinæ excellentia, & erudita, ſuavique conſuetudine omnium venerationem, & amorem ſibi conciliaſſet, haud tamen æquam fortunam expertus men-

A

eſt; nam cum Penſiones, quas ſibi, cum Epiſcopatum reliquit, reſervaverat, *à Reſignatarii*, ut vocant, ſucceſſore minime perſolverentur, ſubſequuta inſuper pro infortunii cumulo, ejuſdem Cardinalis Barberini Mecænatis ſui morte, cum paupertate ad extremum uſque ſenium illi obluctandum fuit; Ut vel hinc potiſſimum Regulares homines diſcant, non ita facile ex Clauſtris egrediendum ad Eccleſiaſticas dignitates etiam oblatas recipiendas, aut ſi ſemel coacti ſuſceperint, non levi de cauſa eas eſſe dimittendas, ſed potius in propria vocatione conſtanter permanendum, ſuoque, in gradu conſiſtendum. At Angelus, quamvis his, aliiſque incommodis conflictatus, à virtutis tamen ſemita non aberravit, ut enim Joannes Marius Creſcimbenius narrat, in ejus Vita, eo ſemper charitatis ardore in pauperes ferebatur, ut etiam quæ maxime opus erant, ſibi ipſi denegatis, ea in egenos libentius erogaret: Haud igitur incongrue ſperandum, Angelum tam illuſtris miſericordiæ, aliorumque bonorum operum merito, obitus tempore à Patre miſericordiarum miſericordiam, conſequutum fuiſſe. Contigit Angelo ex hac vita migratio plane nonagenario anno *1691*. die 8. Julii, Sepulchrum vero inter Canonicos S. Laurentii in Damaſo, nam in contiguis ædibus *Cancellariæ* Apoſtolicæ domicilium ei conceſſerat ſupralaudatus Cardinalis Barberinus S. R. E. Vicecancellarius.

Ejus Vitam literis conſignavit Italicè prænarratus Marius Creſcimbenius, atque inter illuſtrium Arcadum Vitas edidit Romæ anno 1708. cum nonnullis tamen falſis narrationibus ei ab aliis traſmiſſis, quas poſtea in nova impreſſione 2. voluminis Hiſtoriæ ſuæ Vulgaris Poeſeos par. 2. pag. 321. ingenue correxit; At ejuſdem Vitæ Synopſim adornavit item Italicè Thomas Perronus Aletinus, * & inter notitias Arcadum Defunctorum imprimendam curavit Romæ apud Antonium de Rubeis anno 1720. Felix Egger Petruſianus in Idea Ordinis Hierarch. - Benedictini lib. 2. par. 2. diſſert. 3. n. 5. pag. 242. „ Suos etiam Italia provehit, non minus illuſtris; & glorioſa in „ Angelo denique de Nuce Profeſſo, & Abbate Sacri Montis Caſini. Inter „ alia Angelici ejus ingenii glorioſa monumenta cenſeri præcipue debent *Vita* „ S. *P. N. Benedicti* à Magno Eccleſiæ Doctore Gregorio ſcripta, *& Chronicon Caſinenſe* Leonis Oſtienſis, quod utrumque opus doctiſſimis illuſtratum „ notis, Clementi IX. dedicatum voluit. Atque hic eſt ille Angelus de quo „ nobilis quidam Author teſtatur: ***Eum unum doctum ſe Romæ vidiſſe*** * Ut „ famam denique præmium æquaret ad Soronum primum, inde Roſſanenſem „ in Calabria Archiepiſcopatum evectus eſt: Vixit ann. *1664*. „ imo vixit uſque ad annum *1691*. Nos quoque de eo fuſius in noſtra Bibliotheca pag. 37. & ſeqq. ubi ejus opera, Authoreſque omnes, qui honorificam de eo mentionem faciunt, diligenter recenſemus. Noviſſime Nicolaus Coleti in Ital. Sacr. Ughell. in Appendice Venet. impreſſa 1722. col. 325. multis de eo agit; teſtaturque, Acta ejus Viſitationis Diœceſis Roſſanenſis aſſervari in Tabulario Curiæ Archiepiſcopalis.

** De Lecce in Calabria.*

** Apud Baccl. in Len. rediv. ad an. 1664.*

ANGELUS MARIA QUIRINI patritius Venetus; dum Brixiæ in Collegio PP. Societatis Jeſu bonis literis operam daret, in ipſo juventutis flore, ſpretis mundi illecebris, Patriam, Parenteſque deſeruit, & Florentiam contendens, ibidem in Cœnobio * S. Mariæ, ſub regularis diſciplinæ jugo Deo ſe mancipavit anno *1698*. die 1. Januarii; nec ita multo poſt, cognita ingenii ejus, doctrinæque præſtantia, Scholaſticas diſciplinas ibidem docere juſſus, injuncto ſibi muneri egregie ſatisfecit; Nobilioribus deinde Europæ Regionibus haud ſine magna Sapientiæ acceſſione peragratis, Romam venit, ubi

** Vulgo Badia*

A

ubi à Clemente XI. Pont.Max. cujus illico benevolentiam nactus fuit,Sacri Indicis *Conſultor*, mox Sanctæ Inquiſitionis *Qualificator*, demumque Sacrorum Rituum *Conſultor* eſt renunciatus, viriſque illis Græcæ linguæ peritiſſimis adnumeratus, * qui ab eodem Pontifice Sacris Orientalium Chriſtianorum Codicibus expurgandis præpoſiti fuerunt. Ad dignitates vero noſtræ Congregationis quod attinet, idem Pontifex Abbatem extra Ordinem, ſeu ut dicimus Supranumerarium Quirinum dixit, ea tamen lege, ut in alterutrius ex „ Abbatibus Florentinis (erant tunc numero duo) primo morituri locum, „ Abbatiamque ſuccederet, quod brevi evenit, nam D. Hugone Berzighellio „ à Piſis Abbate, & Alumno S. Mariæ de Florentia paulo poſt defuncto, Quirinus ejuſdem Monaſterii Abbas ſtatim evaſit; nec dubium, quin ab eodem Pontifice, ſi is diutius vixiſſet, amplioribus dignitatum titulis cohoneſtatus foret; quod nihilo ſecius Innocentius XIII. ejus ſucceſſor præſtitit anno 1723., quo illum Archiepiſcopum Corcyrenſem in mari Jonio creavit; optimo ſane conſilio, quò nimirum facilius linguæ Grecæ ſubſidio, Græcarumque Controverſiarum notitia, ſchiſmaticos quoſque ad Catholicæ Eccleſiæ Orthodoxiam Deo propitio poſſet reducere, ſed anno 1727. à Benedicto XIII.; cui maxime erat acceptus, ad Brixienſem Eccleſiam, ut ſupra in Alphonſo Mariconda diximus, tranſlatus fuit: demumque eodem anno die 26. Novembris S. R. E. Cardinalis creatus. De eo, ejuſque lucubrationibus fuſius in noſtra Bibliotheca Benedictino-Caſinenſi egimus lit. A. pag. 44. & ſeqq.

* *Majella ſcilicet Vaticanæ Bibliothecæ Cuſtodi de Simeonibus a Secretis hujuſce Congr. & P. Benedict. Soc. I.*

ARSENIUS à MONELIA in Liguria Monaſtic. inſtit. in Cœnob. Sylvarienſi, vulgo Cervaria dicto quindecim fere millia paſſuum à Genua diſtanti profeſſus eſt an.1450. die 2. Aprilis. Scripſit *Acta Cœnobii ſui*, cujus etiam fuit Abbas, eiſque titulum fecit, *Theſaurus Cervariæ*. In quodam Regeſto Monachorum noſtræ Congregationis Genuæ in Monaſtero S. Benigni exiſtente, invenitur Arſenium à Monelia Epiſcopum fuiſſe, ſed cujus Sedis non indicatur, imo ſubdit * Joannes Stephanus Marenchus Abbas olim ejuſdem Monaſterii, qui illam adnotationem in eodem Regeſto conſcripſit, *cujus autem loci fuerit Epiſcopus ad meam nondum cognitionem pervenit* „ Cæterum nèc in Ughello, nec in ejus *Continuatore* Nicolao Coleti Arſenius à Monelia invenitur, ut Indices legenti patet.

* *De eo in Noſtra Bibl. L. 2. pag. 690.*

AUGUSTINUS GRIMALDUS Abbas Lirinenſis, & Epiſcopus Graſſenſis, quæ eſt Urbs Galliæ Narbonenſis * in Provincia, apud * Antipolim olim Grinnicum dicta, zelo divini honoris, & religionis ſtudio plurimum enituit circa annum 1505. Inter præclara, quæ geſſit opera, illud ſummis laudibus extollendum, quod Monaſterium Lirinenſe magna cura, ac diligentia reformarit, & in antiquam Regulæ obſervantiam, ſplendoremque reſtituerit, quod ut felicius auſpicaretur, idem Cœnobium Leone X Pontifice ſummo annuente, Caſinenſi Congregationi in perpetuum univit; atque ſubjecit an. 1515. Itaque Auguſtinus Abbatis, & Epiſcopi munere egregiè perſunctus, ad præmia evolavit in Cœlum anno 1532.

* *Provence.*
* *Antibo.*

De eo Vincentius Barralis Salerna Monachus Lirinenſis in Chronico ejuſdem Lirinenſis Cœnobii par. 2. pag. 183. & Gabriel Bucellinus in Benedicto Redivivo ad an. 1515. pag. 36. col. 2.

AUGUSTINUS ISIMBARDI Marchionum ejuſdem cognominis proles, Ticini Regii * vivere cœpit anno 1629. & ab ineunte ætate divino afflatus numine, paternæ domus divitias, ac dignitatem nihili ducens, abjectis ſæcularibus veſtibus, atra Benedictinæ familiæ tunica, veluti pretioſiori trabea indutus prodiit in Monaſterio S. Salvatoris prope eandem Urbem anno 1645.

* *Pavia.*

A

die 18. Octobris: Sed cum ad altiora quæque indolem præſeferret, ſub privatæ Cellæ modio virtus ejus latere non potuit, ſed ſupra candelabrum poſita publicæ ſaluti præluxit; idcirco poſt D. capi, & Prioris munera, maturè Abbas electus, eidem S. Salvatoris Cœnobio, S. Columbani Bobienſis, S. Petri in Glaſſiate Mediolanenſis optimo regimine præfuit. Sed hæc ſphera adhunc nimis anguſta, nec jam Clauſtra regularia tantæ virtutis vim diutius continere poterant. Idcirco Clementis X. juſſu ex eiſdem eductus, in Cremonenſis Eccleſiæ Cathedra collocatur; ut ex ſublimiori ſpecula veræ pietatis, veræque Sapientiæ radios circumquaque diffunderet. Quod dum egregie præſtat, accuratiſſime Diœceſim perluſtrans, prudentiſſimè Synodum celebrans, Synodaleſque Sanctiones typis conſignatas amantiſſime populo exhibens, aliaſque omnes boni Paſtoris partes abſolutiſſime adimplens, importuna mors eum Cremonenſibus, poſt annum quintum invidit; Æſtivo ſiquidem tempore ferventiſſimo continuis aliquot diebus, nulla ſui habita ratione, Sacrum Chriſma frequentiſſimæ ex tota Diœceſi utriuſque ſexus confluenti plebi impartientem, laboris gravitas, caloriſque exceſſus in morbum primum, ac deinde in tumulum impulit, anno 1680. atque ita pro Grege mortuus, inter electas oves, ut pie ſperandum, locum obtinuit in æternum victurus.

De eo Nicolaus Coleti in Additionibus ad Italiam Sacr. Ferd. Ughel. tom. 4. pag. ſeu column. 622. Impreſſ. Venetæ anni 1719. „ Auguſtinus Iſimbardus, Caſinenſis inſtituti Abbas, & Petri Superioris germanus frater, ab eodem Clemente X. huic Eccleſiæ præfectus eſt. Hic cum ſibi ſubditas Parochias, quas frater letho intercedente viſitandas relinquerat, inviſiſſet Synodum Diœceſanam habuit, ad morum regulam, Eccleſiaſticamque diſciplinam ſartam tectam ſervandam, ſalutaribus editis decretis. Quinquennio & ipſe hanc Eccleſiam rexerat, cum die 2. Junii an. 1681. ſupremum Spiritum exhalavit.

De eo etiam in noſtra Bibl. par. 1. pag. 61. In Regeſt. Ms. pag. 154. à tergo ubi in marg. *Abbas, Epiſcopus Cremonæ*.

AUGUSTINUS ODOARDI Neapoli, ex nobili familia natus, ibidem apud S. Severinum Sæculo nuncium remiſit ann. 1691. die 15. Aprilis. Romæ in noſtro D. Anſelmi Collegio Sacræ Theologiæ, Sacriſque Canonibus operam dedit; poſtea admodum juvenis, & antequam *Decanatu* inſigniretur (quod apud nos perrarum eſt) Tyronum Magiſter in Sublacenſi Monaſterio fuit conſtitutus; Inde Neapolim, mox Romam rediit, unde Ameriam primum, mox * Tudertum miſſus, Monialium Ordinis noſtri Confeſſiones utrobique excepit; expletoque tempore, Romam revocatus, idem officium apud Moniales noſtras S. Ambroſii de Maxima laudabiliter ſuſtinuit. Denique ab Innocentio XII. Pontefice Max. creatus fuit Epiſcopus Capacii in Regno Neapolitano an. 1724. conſecratuſque in noſtra D. Caliſti Eccleſia à Cardinali Georgio Spinula tit. S. Agnetis nuncupato die 25. Februarii, paucis nimirum antequam ipſe Pontifex fatis concederet diebus.

* *Todi.*

* *Olim Caput Aquæum in Lucania, quæ nunc Baſilicata.*

* *Obiit enim idem Pontifex die 8. Martii 1724.*

B

BASILIUS GRADI Raguſi, ex præclaro genere, natale ſolum obtinuit, & in Monaſterio Melitenſi in Mari Adriatico non longe à Patria, quod modicæ Congregat. caput eſt, D. Benedicti placitis ſeſe ſubdidit. Inde in noſtram Congreg. commigrans S. Mariæ *de la Croma*, prope idem Raguſium Alumnus evaſit anno 1530. die 8. Octobris. Floruit ſcientiarum non minus, quam Chriſtianæ pietatis eximio cultu, ut ejus opera in noſtra Biblio-

* *Meleda.*

Digitized by Google

bliotheca recenſita perſpicue teſtantur, tum Gregorius XII. Pont. Max. tamquam lucernam, virtute, doctrinaque fulgentem, ſuper Candelabrum Stagnenſis in Dalmatia Eccleſiæ collocavit an. 1585. Sed non diu licuit eidem Eccleſiæ adeo egregio Paſtore perfrui; nam biennio tantum cum in ea Cathedra ſediſſet, optimi Præſulis ideam exhibens, morte præoccupatus, magnum ſui deſiderium ovibus, & amicis reliquit anno 1587. Fuit Diſcipulus Chryſoſtomi à S. Gemiliano, de quo infra: Meminit ejus Felix Egger in Idea ordin. Hierarch. - Bened. lib. 2. diſſert. 4. pag. 269. Ubi *Virum multæ eruditionis cum vocat*; & part. 3. diſſert. 8. n. 2. pag. 524. ubi *Criticum Sacrum* eum appellat.

BERNARDUS MARIA, olim Innocentius, e Ducibus de Comitibus *, flore videlicet Romanæ Nobilitatis, progenitus, admodum adoleſcens, anno nempe ætatis decimotertio Monaſticum inſtitutum apud S. Paulum de Urbe amplexus eſt, anno 1678. Ut autem D. Benedicti regulam ſolemniter profiteretur, ex præſcripto Tridentini Concilii, uſque ad annum ſextum decimum expectandum fuit, qui incidit in annum Domini 1680. die 21. Martii. Exacto tyrocinio, Parmam, indeque Bononiam miſſus, Benedicto Riccino Mutinenſi S. Proculi Priore Clauſtrali, qui poſtea Abbas fuit, Præceptore, viro morum pietate, ac doctrina præſtanti; Philoſophiam, & Jus Canonicum, aliaſque Scientias edoctus, uberem frugem, natalibus, ſuſceptoque inſtituto reſpondentem reddidit. Itaque mature conſuetos Congregationis gradus Decani, ac Prioris tranſiliens, ad Abbatis, ac *Viſitatoris* dignitatem pervenit, & Farfenſis Monaſterii regimen ſortitus, ea prudentia, humanitate, ac paterna in omnes charitate ſe geſſit, ut ſpes cunctis affulſerit, Congregationem noſtram egregio in primis, numeriſque omnibus abſoluto Præſule fruituram. At Clemens XI. Pont. Max. nobiliſſimæ familiæ decori proſpiciens, duorumque ex eadem Stirpe Germanorum fratrum virtutes, ac merita perpendens, alterum, Michaelem Angelum Apoſtolicum in Luſitania Nuncium, S. R. E. Purpura donavit, alterum Bernardum Mariam, Terracinenſis Eccleſiæ infulis ornatum voluit an. 1710. eumque quarto nonas Januarii inſequentis anni 1711. idem Frater Cardinalis in noſtro D. Caliſti Tranſtyberino Templo in Epiſcopum conſecravit; Præfuit illi Eccleſiæ decem omnino annis, plurima, eaque ingentia commoda, & beneficia, eidem impartiens, nam Cathedralem Eccleſiam, proximumque Epiſcopi palatium pro viribus inſtauravit; prædia, jura, & juriſdictiones Menſæ, & Eccleſiæ ſuæ recuperavit, Diœceſim, frequentibus viſitationibus luſtravit. Clericorum Seminarium ob æs alienum olim clauſum, quod ipſe diſſolvendum curavit, denuo aperuit, attributis eidem, ac unitis in perpetuum Apoſtolica authoritate, ſimplicibus, ut vocant, beneficiis tunc vacantibus, & in poſterum per totam Diœceſim vacaturis, pluraque alia præſtitit, quæ ab integerrimo, divinique honoris zelo ſuccenſo Epiſcopo merito ſperari poterant. Hæc non ſolum fama vulgante percepi, ſed meis etiam ipſe oculis perſpexi anno 1714. quo antiqui amoris, & diuturnæ amicitiæ gratia in Terracinenſi Cathedrali ipſo coram Quadrageſimales Conciones libentiſſime habui. Anno autem 1720. Epiſcopatum, ob aeris inſalubritatem ſibi valde noxiam dimiſit, non ſine tam Diœceſanorum omnium dolore, & luctu, qui decem annorum ſpatio, pium, ac ſuave ejus regimen experti fuerant, egregiaſque virtutes jugiter demirati; At in ſequenti anno 1721. die 16. Junii ab Innoc. XIII. ejus fratre Germano, qui non ita pridem die videlicet 8. Maji ejuſdem anni Pontifex Max. renunciatus fuerat, in ampliſſimum S. R. E. Cardinalium Collegium fuit cooptatus, mira-

* Conti.

B mira Sacri Senatus gratulatione, effuſa totius Urbis lætitia, inexplicabili Monaſt. noſtri, ac univerſæ Congregationis gaudio, quod non ſolum Romæ apud S. Caliſtum, ſed in omnibus etiam aliis Cœnobiis, pluribus feſtivorum ignium, luminum, tubarum, aliorumque muſicorum inſtrumentorum, quodque præſtantius eſt, profuſarum in pauperes eleemoſinarum ſignificationibus publice oſtendit; Nec adeo multo poſt ab eodem Pontifice Fratre ſuo Major Pœnitentiarius, & Caſinenſis Congreg. apud Sanctam Sedem Protector fuit conſtitutus, cui utinam licuiſſet, ut cœperat, diutius præeſſe, ac prodeſſe.

De eo Nicolaus Coleti in nova Ughelli editione Venetiis facta, in Epiſcopis Terracinenſibus, quamvis in nomine erret *Bernardinum* illum pro *Bernardo Maria* perperam appellando. Cum autem in univerſis noſtræ Cong. Monaſteriis publice ob Cardinalatus dignitatem noſtro Bernardo Mariæ collatam lætitiæ argumenta ederentur, plurima elogia expoſita fuere, plurimæque poeticæ lucubrationes typis conſignatæ; ſed paucula hæc tantum afferam, quæ mihi nunc ſunt obvia. Bononiæ in S. Proculi Cœnobio ſequens inſcriptio poſita fuit ſupra majorem Templi januam.

D. O. M.

Ob cooptatum inter S. R. E. Cardinales à SS. Dom. Noſtro Innocentio XIII. Pont. Max. Fratre ſuo Bernardum Mariam de Comitibus olim in noſtra Benedictina Congregatione Monachum, Abbatem, Viſitatorem, inde Epiſcopum Terracin. quod noſtro Ordini, Sanctæque Eccleſiæ Catholicæ ampliſſimæ dignitatis decor collatus Et patroni demandata Provincia benevertat, Preces, & Gratiarum actio.

E vivis exceſſit anno 1730. die Dominica, quæ fuit 23. Aprilis in Conclavi Vaticano, quò ſe cum aliis Cardinalibus novi Pontificis creandi gratiâ poſt Benedicti XIII. mortem incluſerat, ictus acerrima apoplexiâ, paulo poſtquam eodem mane Sacramentali peracta confeſſione Sacroſanctum Chriſti Corpus ſumpſiſſet: morbus adeo violentus fuit, ut intra duarum horarum ſpatium, ſenſuum uſu ſtatim privatum, illum extinxerit; communi non ſolum Sacri Senatus, ſed etiam Urbis, imo Chriſtiani Orbis mærore; tactus quidem olim fuerat, octo fere antea annis, alio apoplexiæ ictu non ita quidem vehementi, à quo proinde utcumque convaluerat; at ſecundæ, eidemque validiori percuſſioni ſuccubuit, eo nimirum tempore, quo omnium votis, ac vocibus ad Summi Pontificatus apicem expoſcebatur, à quo ſane haud longe diſtabat, nam ut conſtans fama fert, jam deſignatus Pontifex erat, prope diem renunciandus. Deo aliter viſum. Sit Nomen Domini benedictum; cecidit corona capitis noſtri.

C

C CAROLUS CAMILLUS MOLZA Mutinæ nobili genere natus, ibidem apud S. Petri Cœnobium noſtræ Regulæ jugum ſubiit anno 1630. die 2. Decembris, expletoque naviter ſtudiorum curriculo, Scholaſticas diſciplinas plures annos tradidit; poſtea Abbas, celebriora Congregationis Monaſteria viginti annorum ſpatio adminiſtravit. Ravennæ in Cœnobio Sancti Vitalis perpulchram, & aſcenſu facillimam ſcalam marmoreis columnis ex Græcia olim adductis ornatam, excitandam curavit. Anno autem 1679. die 27. Novembris Abbas cum eſſet S. Simpliciani Mediolanenſis ab Innocentio XI. Pont. Max. è Monaſticis ſeptis, in quibus annis propemodum quinquaginta liben-

C

libentiſſime degerat, extractus, in Mutinenſis Eccleſiæ Cathedra, ubi paulo ante Paulus Molza ejus Frater ſederat, collocatus fuit agens ætatis an. 64. unde annis ferme undecim ſapientiæ, ac pietatis radios circumquaque diffundens, ad perpetuam electorum lucem migravit anno 1690. die 25. Sept. ætatis ſuæ 75. à D. Joanne Stephano Agoſti Bononienſi tunc Monacho, poſtea Abbate, in extremo agone, opportune, ac peramanter adjutus.

De eo Julius Ambroſius Lucenti in Italia Sacr. reſtricta aucta &c. ac etiam totidem fere verbis Nicolaus Coleti in nova Italiæ Sacræ Ughell. edit. Venet. 1717. cum additionibus tom. 2. col. 140. 11. 78. in Regeſt. Ms. pag. 73. à tergo.

CRYSOSTOMUS FAMILIA *CALVINI*, natione Calaber à S. Gemiliano D. Benedicti inſtitutum in Monaſterio Caſinenſi amplexus eſt anno 1530. die 26. Junii, quod præſtanti eruditione, morumque Sanctimonia haud modicum illuſtravit. Linguarum ſiquidem Latinæ, Græcæ, atque Hebraicæ, aliarumque Scientiarum fama cum apprimè floreret, ad Concilium Tridentinum una cum aliis Congregationis noſtræ Theologis, ac eruditiſſimis Viris, Iſidoro Clario, & Luciano Mantuano, directus eſt, eique uſque ad finem Seſſionis Septimæ interfuit, poſtquam ob varia incommoda, & peſtis metum Bononiam, annuente Paulo III. Pontifice, tranſlatum fuit, uti conſtat ex Indice Libri Venetiis impreſſi in quarto an. 1552. *Sub ſigno Spei* cum hac Epigraphe, *Generale Concilium Tridentinum, continens omnia, quæ ab initio uſque ad finem*, (ſeptimæ videlicet Seſſionis) *in eo geſta ſunt*; ubi inter Abbates Congregat. Caſinen. recenſetur Chryſoſtomus Neapolit. ex Neapolitano videlicet Regno, cum cæteroqui eidem Concilio poſtmodum Tridenti reſtituto, plures alios noſtræ Congregat. Abbates, & Theologos interfuiſſe, minime vocari poſſit in dubium, Innocentium nempe à Novaria, Stephanum Cataneum itidem Novarienſem, Eutycium Cordes Belgam, Auguſtinum Loſchum Hiſpanum, Marcum à Brixia S. Vitalis Ravennæ Abbatem, alioſque, ut ex Actis, & Judicibus ejuſdem Concilii perſpicue apparet. At Chryſoſtomum laudatus Paulus III., virtutum ejus odore percepto, ad reformandum, imo ad inſtituendam Caſinenſis inſtar, Congregationem Melitenſem * in Mari Adriatico prope Raguſium deſtinavit. Præſtitit id fideliter, ac ſtrenue Chryſoſtomus, eaque de cauſa plures nobiles Raguſienſes Monaſtico induit cucullo, & optimis litteris æque, ac eximia pietate erudivit, (quos inter maximè enituit Baſilius Gradi,) qui omnes Viri probatiſſimi, & egregii evaſerunt, omneſque variis in locis Epiſcopi fuerunt creati, quam potiſſimum ob rem ipſemet Chryſoſtomus à Pio IV. Pont. Max. Archiep. Raguſienſis Senatu expoſcente, qui Chryſoſtomi virtutes, ac ſingulares animi dotas ſatis perſpectas habebat, præſertim quod Gentis ejus linguam optimè calleret, longaque, ac diuturna rerum omnium ad regimen illius Eccleſiæ pertinentium experientia eſſet præditus, nam Prædeceſſores Archiepiſcopi omnibus fere in negotiis ejus conſilio, ac opera ſemper uſi fuerant. Contigit hoc anno 1560., Auctore Arnoldo Wione lign. vit. par. 1. lib. 2. cap. 29. pagin. 258. at ſecundum Jo. Baptiſt. Marum in Annotationibus ad Placidi Rom. ſupplementum de Vir. Illuſtr. Caſinen., anno 1564., idque ex Actis *Conſiſtorialibus*. Vixit in Archiepiſcopatu, majori in dies virtutum omnium incremento, & exemplo, annos plane quatuordecim, ſi Wionis calculum ſequamur, ſi vero Mari, annos dumtaxat decem, nam anno 1574. die 16. Febr. juſtitiæ bravium percepturus; ad ſuperos evolavit, natus ipſe annos 80., eique in Archiepiſcopali Eccleſia ſolemniter parentatum fuit, habita etiam in ejus laudem fune-

* *Meleda Inſula.*

* *De eo ſupra Pag. 10.*

Digitized by Google

B

mira Sacri Senatus gratulatione, effuſa totius Urbis lætitia, inexplicabili Monaſt, noſtri, ac univerſæ Congregationis gaudio, quod non ſolum Romæ apud S. Caliſtum, ſed in omnibus etiam aliis Cœnobiis, pluribus feſtivorum ignium, luminum, tubarum, aliorumque muſicorum inſtrumentorum, quodque præſtantius eſt, profuſarum in pauperes eleemoſinarum ſignificationibus publice oſtendit; Nec adeo multo poſt ab eodem Pontifice Fratre ſuo Major Pœnitentiarius, & Caſinenſis Congreg. apud Sanctam Sedem Protector fuit conſtitutus, cui utinam licuiſſet, ut cœperat, diutius præeſſe, ac prodeſſe.

De eo Nicolaus Coleti in nova Ughelli editione Venetiis facta, in Epiſcopis Terracinenſibus, quamvis in nomine erret *Bernardinum* illum pro *Bernardo Maria* perperam appellando. Cum autem in univerſis noſtræ Cong. Monaſteriis publice ob Cardinalatus dignitatem noſtro Bernardo Mariæ collatam lætitiæ argumenta ederentur, plurima elogia expoſita fuere, plurimæque poeticæ lucubrationes typis conſignatæ; ſed paucula hæc tantum afferam, quæ mihi nunc ſunt obvia. Bononiæ in S. Proculi Cœnobio ſequens inſcriptio poſita fuit ſupra majorem Templi januam.

D. O. M.

Ob cooptatum inter S. R. E. Cardinales à SS. Dom. Noſtro Innocentio XIII. Pont. Max. Fratre ſuo Bernardum Mariam de Comitibus olim in noſtra Benedictina Congregatione Monachum, Abbatem, Viſitatorem, Inde Epiſcopum Terracin. quod noſtro Ordini, Sanctæque Eccleſiæ Catholicæ ampliſſimæ dignitatis decor collatus Et patroni demandata Provincia benevertat, Preces, & Gratiarum actio.

E vivis exceſſit anno 1730. die Dominica, quæ fuit 23. Aprilis in Conclavi Vaticano, quò ſe cum aliis Cardinalibus novi Pontificis creandi gratiâ poſt Benedicti XIII. mortem incluſerat, ictus acerrima apoplexiâ, paulo poſtquam eodem mane Sacramentali peracta confeſſione Sacroſanctum Chriſti Corpus ſumpſiſſet: morbus adeo violentus fuit, ut intra duarum horarum ſpatium, ſenſuum uſu ſtatim privatum, illum extinxerit; communi non ſolum Sacri Senatus, ſed etiam Urbis, imo Chriſtiani Orbis mærore; tactus quidem olim fuerat, octo fere antea annis, alio apoplexiæ ictu non ita quidem vehementi, à quo proinde utcumque convaluerat; at ſecundæ, eidemque validiori percuſſioni ſuccubuit, eo nimirum tempore, quo omnium votis, ac vocibus ad Summi Pontificatus apicem expoſcebatur, à quo ſane haud longe diſtabat, nam ut coſtans fama fert, jam deſignatus Pontifex erat, prope diem renunciandus. Deo aliter viſum. Sit Nomen Domini benedictum; cecidit corona capitis noſtri.

C

C

CAROLUS CAMILLUS MOLZA Mutinæ nobili genere natus, ibidem apud S. Petri Cœnobium noſtræ Regulæ jugum ſubiit anno 1630. die 2. Decembris, expletoque naviter ſtudiorum curriculo, Scholaſticas diſciplinas plures annos tradidit; poſtea Abbas, celebriora Congregationis Monaſteria viginti annorum ſpatio adminiſtravit. Ravennæ in Cœnobio Sancti Vitalis perpulchram, & aſcenſu facillimam ſcalam marmoreis columnis ex Græcia olim adductis ornatam, excitandam curavit. Anno autem 1679. die 27. Novembris Abbas cum eſſet S. Simpliciani Mediolanenſis ab Innocentio XI. Pont. Max. è Monaſticis ſeptis, in quibus annis propemodum quinquaginta liben-

libentiſſime degerat, extractus, in Mutinenſis Eccleſiæ Cathedra, ubi paulo ante Paulus Molza ejus Frater ſederat, collocatus fuit agens ætatis an. 64. unde annis ferme undecim ſapientiæ, ac pietatis radios circumquaque diffundens, ad perpetuam electorum lucem migravit anno 1690. die 25. Sept. ætatis ſuæ 75. à D. Joanne Stephano Agoſti Bononienſi tunc Monacho, poſtea Abbate, in extremo agone, opportune, ac peramanter adjutus.

De eo Julius Ambroſius Lucenti in Italia Sacr. reſtricta aucta &c. ac etiam totidem fere verbis Nicolaus Coleti in nova Italiæ Sacræ Ughell. edit. Venet. 1717. cum additionibus tom. 2. col. 140. 11. 78. in Regeſt. Ms. pag. 73. à tergo.

CRYSOSTOMUS FAMILIA *CALVINI*, natione Calaber à S. Gemiliano D. Benedicti inſtitutum in Monaſterio Caſinenſi amplexus eſt anno 1530. die 26. Junii, quod præſtanti eruditione, morumque Sanctimonia haud modicum illuſtravit. Linguarum ſiquidem Latinæ, Græcæ, atque Hebraicæ, aliarumque Scientiarum fama cum apprimè floreret, ad Concilium Tridentinum una cum aliis Congregationis noſtræ Theologis, ac eruditiſſimis Viris, Iſidoro Clario, & Luciano Mantuano, directus eſt, eique uſque ad finem Seſſionis Septimæ interfuit, poſtquam ob varia incommoda, & peſtis metum Bononiam, annuente Paulo III. Pontifice, tranſlatum fuit, uti conſtat ex Indice Libri Venetiis impreſſi in quarto an. 1552. *Sub ſigno Spei* cum hac Epigraphe, *Generale Concilium Tridentinum, continens omnia, quæ ab initio uſque ad finem,* (ſeptimæ videlicet Seſſionis) *in eo geſta ſunt*; ubi inter Abbates Congregat. Caſinen. recenſetur Chryſoſtomus Neapolit. ex Neapolitano videlicet Regno, cum cæteroqui eidem Concilio poſtmodum Tridenti reſtituto, plures alios noſtræ Congregat. Abbates, & Theologos interfuiſſe, minime vocari poſſit in dubium, Innocentium nempe à Novaria, Stephanum Cataneum itidem Novarienſem, Eutycium Cordes Belgam, Auguſtinum Loſchum Hiſpanum, Marcum à Brixia S. Vitalis Ravennæ Abbatem, alioſque, ut ex Actis, & Judicibus ejuſdem Concilii perſpicue apparet. At Chryſoſtomum laudatus Paulus III., virtutum ejus odore percepto, ad reformandum, imo ad inſtituendam Caſinenſis inſtar, Congregationem Melitenſem * in Mari Adriatico prope Raguſium deſtinavit. Præſtitit id fideliter, ac ſtrenue Chryſoſtomus, eaque de cauſa plures nobiles Raguſienſes Monaſtico induit cucullo, & optimis litteris æque, ac eximia pietate erudivit, (quos inter maximè enituit Baſilius Gradi,) qui omnes Viri probatiſſimi, & egregii evaſerunt, omneſque variis in locis Epiſcopi fuerunt creati, quam potiſſimum ob rem ipſemet Chryſoſtomus à Pio IV. Pont. Max. Archiep. Raguſienſis Senatu expoſcente, qui Chryſoſtomi virtutes, ac ſingulares animi dotas ſatis perſpectas habebat, præſertim quod Gentis ejus linguam optimè calleret, longaque, ac diuturna rerum omnium ad regimen illius Eccleſiæ pertinentium experientia eſſet præditus, nam Prædeceſſores Archiepiſcopi omnibus fere in negotiis ejus conſilio, ac opera ſemper uſi fuerant. Contigit hoc anno 1560., Auctore Arnoldo Wione lign. vit. par. 1. lib. 2. cap. 29. pagin. 258., & ſecundum Jo. Baptiſt. Marum in Annotationibus ad Placidi Rom. ſupplementum de Vir. Illuſtr. Caſinen., anno 1564., idque ex Actis *Conſiſtorialibus*. Vixit in Archiepiſcopatu, majori in dies virtutum omnium incremento, & exemplo, annos plane quatuordecim, ſi Wionis calculum ſequamur, ſi vero Mari, annos dumtaxat decem, nam anno 1574. die 16. Febr. juſtitiæ bravium percepturus; ad ſuperos evolavit, natus ipſe annos 80., eique in Archiepiſcopali Eccleſia ſolemniter parentatum fuit, habita etiam in ejus laudem fune-

* *Meleda Inſula.*

* *De eo ſupra* *Pag. 10.*

Digitized by Google

funebri oratione, quæ poſtmodum fuit impreſſa, in qua omnia ejus inſigniora geſta narrantur. At Melitenſes Monachi, qui etiamnum Chryſoſtomum, uti Inſtauratorem, imò uti Parentem venerantur, in Monaſterio S. Jacobi, quod ejus Congregationis eſt caput, quotannis, recurrente ejus obitus die, celebri ritu illius memoriæ juſta perſolvunt.

Præter autem Arnoldum Wionem, Placidum Romanum, & Joannem Bapt. Marum, qui Chryſoſtomum vocant virum Sanctitate inſignem, & ſcientiis, præſertim Græca lingua, doctiſſimum; agunt etiàm de eo magna cum laude Julius Ambr. Luc. imo D. Eraſmus Gattola, qui Lucenti omnia, quæ ad Præſules, aliosque illuſtres Viros Caſin. pertinent, ſubminiſtravit in Ital. Sac. reſtr. auct. &c. pag. 986. Hilarion Corbetta Mediolan. Abbas S. Salvatoris Papiæ, vir Latinis, Græciſque litteris eruditiſs. in libro Epiſtolarum Latina quidem lingua conſcripto ſed Græcis ſententiis identidem aſperſo, qui extat Ms. in Bibl. ejuſdem S. Salvatoris, aliquot ad Chryſoſtomum datis Epiſtolis pag. 181., & 990. Felix Egger Petruſianus, Idea ord. Hierarch. Benedict. lib. 2. pag. 2. diſſ. 3. pag. 244. „ ſed præ reliquis antecellit vitæ etiam ſanctioris præconio celebrandus b. memoriæ Chryſoſtomus de S. Gemiliano, „ Calaber, è caſtro, & vexillo Bened. Caſin. ad Archiepiſcopalem thronum Raguſinum evectus 1560. „ Regeſta denique Monachorum noſtræ Congreg. in quibus appellatur, *Pietate ac Religione conſpicuus & Concilio Tridentino* interfuiſſe aſſerit, quæ omnia luculentius in noſtra Bibliotheca Bened. Caſin. explicantur, pag. 117.

CÆLESTINUS PEZZANCHERI nobili Familia Placentiæ prodiit an. 1691., ibidemque in D. àn Sixti Cœnobio ſæculo valedixit an. 1707. die 19. Maji Romæ in D. Anſelmi Collegio, Leandro de Porzia *nunc S. R. E. Cardin. nempe ſcilicet* 1730. & Bonaventura Finardi poſtea Cong. noſtræ Præſide, Præceptoribus, Sacræ Theologiæ, & Juri Pontificio operam dedit ab an. 1711. uſque ad 1714., & a Jo. Baptiſta de Miro, noſtræ Congregationis Procuratore Generali Græcam linguam apprime didicit; quo tempore a Cardinali Jo. Antonio Devia fortuito in S. Paulo cognitus, pro inſtituendis in eadem Lingua Græca Seminarii ſui Ariminenſis adoleſcentibus, eò accerſitus, tribus annis id operis confecit. Inde Placentiam reverſus, ibique Bibliothecæ præfectus, Sac. Theologiam aliquandiu docuit. Sed divini Spiritus impulſu, arctiorem vivendi normam percupiens, ad Trappenſes in Italia Monachos tranſivit an. 1718. die 10. Septembris, mutatoque nomine, D. Placidus vocatus fuit, primo quidem in Cœnobio S. Bartholomæi Boni Solatii in Etruria, mox in Monaſt. S. Mariæ Caſæmarii in Latio, ubi haud poſt multos annos Abbas creatus fuit, Card. Annibali Albano Commendatario in paucis charus, ab eo plura commoda pro Cœnobio, ac Monachis impetravit. Exinde Cardin. Urſini Archiepiſc. Benevent. virtutum fama commendante, amicitiam obtinuit; à quo demùm ad Summum Pontificatum aſſumpto, Romam paulo poſt accitur, & in Vaticano Palatio collocatur, primuſque omnium Abbatum ab eodem SS. Pont. ſolemniter benedicitur, ac deinde Epiſc. Himerienſis in Meſopotamia eligitur, & conſecratur an. 1726. die 3. Febr. Illius in Pontificiis ædibus provincia erat, à ſupremo Antiſtite ſibi demandata, Vitam Sancti Athanaſii, à Gottefrido Hermant, ex variis SS. PP. præſertim ex ipſiuſmet D. Athanaſii operibus, ac Vitis collectam ex Gallico in Italicum Sermonem transferre. Anno demum 1728. die 12. Aprilis Epiſcopus Tiburtinus ab eodem Pontifice creatus eſt.

CONSTANTINUS DE LANOY, ſeu ut Itali dicunt, De la Noya patria Neapolit.

C

polit. familia tamen ex Belgio oriunda, in Cœnobio Sancti Severini Monaſticæ Regulæ obſervationem vovit anno 1573. die 25. Jan. Hic a Gregorio XIII. Pont. Max. *Vici Equenſis*, ſive *Vicenſis* in Campania Epiſc. primum, an. 1582. deindè Archiepiſc. Rhegienſis in Calabria renunciatus, antè conſecrationem obiit an. 1586. uti aſſerunt Arnold. Wion Lign. Vit. par. 1. lib. 2. cap. 55. ejuſdem libri; & cap. 29. pag. 158. & Ferd. Ughel. Ital. Sac. Tom. 6. col. 790. num. 2. his verbis „ Conſtantinus de La Noya ex Sulmo-
„ nenſ. Principibus, Gregorii II. Bojani Ducis Filius, ex Monacho Caſi-
„ nenſis Cœnobii electus eſt Epiſcop. Equenſis anno 1582. Septem omnino
„ menſes in ea dignitate vixit, cujus cum laude meminit Arnol. Wion lib. 2.
„ Lign. Vit. de hac Familia legendus Carolus de Lellis de nobilibus Regni
„ Neapolitani Familiis.„ Præterea de eo agit Aloyſius Carafa, vir Sanctitate percelebris. in vita Jacobi de Graffiis, & ex eo Bened. Laudati Abbas, in Brevi Chron. S. Severini par. 2. in principio, ubi narrat Conſtantinum ſecundum Sæculi dignitatem nobiliſſ. quidem fuiſſe, utpotè Principis Sulmonenſis conſanguineum, ſed tamen morum probitate, & regularis perfectionis ſtudio longe nobiliorem; arctiſſimo amicitiæ vinculo eidem Graffio piiſſ. ac doctiſſ. conjunctum, atque adeò ex morum ſimilitudine flagrantiſſ. in Deiparam Virg. amore, & cultu præditum, quam pluries in die flexo genu venerabatur; Gulæ cruciatibus deditiſſ. ex condicto cum eodem Graffio in Menſa à ſapidiore bolo, ut plurimum abſtinere aſſuetum, nec veſci ſolitum niſi cibo cineribus condito &c. denique Felix Egger Idea Ord. Hierarch. Benedict. lib. 2. par. 2. diſſert. 3. pag. 234. „ Conſtantinus, in-
„ ſigne familiæ de Lanoy in Belgio decus, quem è Cœnobio S. Severini
„ in Urbe Neapol. extractum virtus Archiepiſc. Thiara Rhegitana in Apu-
„ lia honoravit, ejuſdem nomine immortalitati ob egregia merita conſecra-
„ to, obiit an. 1586. „ Marc. Anton. Maltempi in libro ſatis raro, *Trattato della vita propria, & altre Iſtorie &c.* In Orvieto 1585. per Baldo Salviani lib. 2. c. 2. pag. 110. Coſtantino di Caſa Noja di Napoli Sig. di Prata abbandonò il Mondo, facendoſi Monaco, preſe la cura in Monte Caſino d' alloggiare i Pellegrini, e per le ſue virtù fu fatto Veſcovo della Città di Vico.

CORNELIUS à NEAPOLI S. Severini Urbis ejuſdem alumnis adſcriptus an. 1593. die 18. Oct. in Regeſto Monach. noſtræ Congreg. pag. 111. à tergo dicitur, *Coadiutor Epiſc. Juvenatii in Regno Neapolit. ibique mortuus*; ſed mendum puto amanuenſis, qui *Cornelium à Neap. pro Gregorio Santacrucio* ſcripſit de quo infra L. G.

CYPRIANUS à BARIO in Apulia ejuſdem Monaſt. S. Severini Neap. Monach. factus an. 1499. die 21. Dec. in eodem Regeſto pag. 150. invenitur cum hac nota, *Creatus Epiſcop. Nullatenenſis*: & in alio Regeſt. pag. 69. a tergo in margine *Epiſcopus Titularis*.

D

DESIDERIUS MONACHUS CAVENSIS Epiſc. Laquedonienſis in Apulia. Tabulæ Cavenſes. Ita prorſus Arnol. Wion Lign. vit. parte 1. l. 2. c. 46. pag. 324. ſed an iſte Deſiderius floruerit ante, vel poſt inſtitutam Congregationem noſtram minime diſtinguit: Nec ex Ughellio alterutrum expiſcari poſſumus, cum in Catalogo Epiſcoporum Laquedonenſium, quem tamen ipſe Ughellus elumbem, & mancum ſe accepiſſe teſtatur, nuſquam appareat Deſiderius Cavenſis.

D

Digitized by Google

E

EMMANUEL BRANCACCIUS prænobili ſtemmate Neapoli prodiit; & in Caſin. Cœnobio Monaſticum inſtitutum ſuſcepit an. 1641. die 13. Dec. ab Alex. VII. Epiſcop. Ariani creatus an. 1667. ſedit uſque ad annum 1688. quo feliciter obiit. Nicol. Coleti Ital. ſac. tom. 8. col. 224. num. 39. ubi eum Theologiæ nobilem Profeſſorem vocat. Jul. Ambr. Lucenti in Ital. ſacr. reſtricta, aucta &c. pag. 1066. Regeſt. Ms. pag. 236.

EPIPHANIUS PHANELLUS Venetus Regulam noſtram profeſſus eſt in Cœnobio S. Georgii M. Venet. ann. 1669. deinde mutato profeſſionis loco, S. Benedicti Ferrariæ alumnis adſcribi voluit; Scholaſticas diſciplinas plures annos cum docuiſſet, ab Inn. XII. Pont. Max. renunciatus fuit Epiſc. Inſularum Zacynthi, & Cephaleniæ * in mari Jonio an. 1695. ſedit plus minus annis tribus immatura morte ſublatus.

* *Zante, e Cefalonia.*

F

FLAVIUS FERRARIENSIS, vide inf. Hercules Tambuſius.

FORTUNATUS MAUROCENA ex præcipuis Venetæ Nobilitatis Familiis ortus, Franciſci Mauroceni bellicæ fortitudinis contra Turças fama celeberrimi, Venetæque Reipublicæ Ducis inclyti, fratris filius, cum ad curam Reipublicæ jam admoveretur, & *ſapiens terræ firmæ*; ut dicunt, conſtitutus eſſet, repente Patriam, ac Parentes deſerens, Ravennam petiit, ibique in S. Vitalis Cœnobio Monac. fieri voluit ann. 1692. die 11. menſis Martii; poſtea vero, obtento Ravennatium Monachorum conſenſu, inter D. Juſtinæ Patav. ſodales admitti poſtulavit; votique compos effectus, cum non contemnenda eruditione polleret, ejuſdem Monaſterii inſigni Biblioth. præpoſitus fuit; Ut autem, & generis claritas, & egregiæ ejus animi dotes, atque virtutes illum ad majora expoſcebant, parum abfuit, quin in Venetiarum Patriarcham à Veneta Republ. quæ tali privilegio gaudet, eligeretur, pauciſſimis ſuffragiis deſideratis. * Sed paulo poſt an. ſcilicet 1710. die 7. April. à Clem. XI. Pont. Max. creatus fuit Epiſcopus Tarviſinus, cujus Urbis ante CCC. annos Ludovicus Barbo D. Juſtinæ olim Abbas, noſtræque Congreg. Author Epiſcopus fuerat; Eam Eccleſiam Fortunatus annis tredecim præclare admodum adminiſtravit, erecto ibidem Clericorum Seminario, Cleri, populique moribus reformatis, divino cultu adaucto, cæteriſque optimi Paſtoris partibus ſtrenue expletis; quamobrem an. 1723. ab Innoc. XIII. Pont. Max. ad Brixianam Eccleſiam regendam translatus fuit, ſuffectuſque Cardinali Barbadico, qui juſſu ejuſdem Pont. à Brixianâ ad Patavinam Sedem tranſivit, quæ ab obitu Georgi Card. Cornelii vacua erat. De eo mentionem faciunt Felix Egger in Idea Ordin. Hier. Benedict. lib. 2. par. 2. diſſert. 4. num. 5. pag. 282. & Leoneilus Crotecalle in Hiſtor. Ms. Abbatum S. Juſtinæ lib. 9. pag. 637. quem vide in noſtris Analectis; ſicut etiam Nicolaum Coleti in Italia Saera Ughell. tom. 5. col. 573. num. LXXXIV. & Authores Ephemer. Literat. Ital. tom. 35. art. 15. pag. 412. ubi plures lucubrationes metro, proſaque, tum Tarviſienſium dolorem in ejus diſceſſu, tum Brixienſium gaudium in ejus adventu teſtantes, utrobique impreſſas indicant. Obiit Fortunatus Maurocenus Patavii in Cœnobio S. Juſtinæ, quo ſe Brixiâ ægrotus contulerat, piiſſime an. 1727. die 25. Junii.

* *Paſtorem ſcilicet ſuum deſignandi.*

FRAN-

F

FRANCISCUS COPPINUS; vide infra Ignatius Coppinus.

FRANCISCUS à NARO Siculus Monachus S. Martini de Scalis factus ànno 1567. die 9. Maji in Regeſt. pag. 219. à tergo in marg. dicitur Epiſcopus, ſed locus non indicatur.

G

G

GREGORIUS COPPINUS Parmæ natus, ibidem in Monaſter. S. Jo. Evang. regularibus votis ſeſe obſtrinxit an. 1613. die 17. Mart. ob doctrinam, & in rebus agendis prudentiam, ac ſolertiam electus eſt Generalis Romæ Procurator, & Abbas Farfæ. Ab Urbano VIII. Pont. Max. creatus fuit Epiſcop. S. Angeli, & Biſaccii in Lucania, Regni Neapolit. provincia, quæ nunc Baſilicata dicitur an. 1641. die 12. Junii obiit Caſini, dum ad ſuam ſedem pergeret eodem an. 1641. de eo Ferd. Ughell. Ital. ſac. tom. 6. & Andreas Raynerius in Hiſt. panegyr. S. Anſelmi tom. 1. in præf. Nicolaus Coleti in Addit. ad Ughell. eodem tom. 6. col. 835. n. 24. edit. Ven. 1717. ubi eum *Neapolitanum* vocat, ſed perperam, cum revera Parmenſis fuerit.

GRI GORIUS CORTESIUS patria Mutin. in Monaſt. S. Bened. agri Mantuani jam grandis natu clauſtralem vitam inchoavit an. 1508. die 26. Mart.; Liberalibus æque, ac ſcholaſticis diſciplinis, juriſque prudentia excelluit, quas divinarum literarum notitiâ, & plurimâ tum ſacrâ, tum profanâ eruditione mire exornabat; Ea propter à Cardinale Mediceo, qui poſtea Leo X. fuit, adhuc in ſæculo degens *Cauſarum Auditor electus fuit.* A Paulo vero III. Pont. Max. dum Corteſius Abbas eſſet S. Georgii M. Ven., *Reformator, & Viſitator Apoſtolicus* per totam Italiam, Theol., & Comes Cardinalis Campeſii in legatione Germanica contra Lutherum an. 1540. renunciatus, in qua legatione ita ſe geſſit, ut ex ea in Italiam redux, non ita multo poſt, ab eodem Pontifice in ſacrum Cardinalium Colleg. ſit cooptatus, S. Cyriaci in Thermis titulo ei atributo; moxque Epiſcopus Urbinas declaratus; non dum enim Urbin. in Metropolitanam Sedem fuerat erectum, quod nihilominus paulo poſt contigit. Vixit Corteſius in ea dignitate annis ſex, Juſtitiæ, ſapientiæ, integritatis, cunctarumque virtutum laude omnium linguis, ac calamis celebratus.

De eo Ferdin. Ughell. Ital. ſac. tom. 6. col. 879.; Noſque fuſiſſime in noſtra Bibl. ubi omnia ejus opera, omneſque de eo agentes Authores diligentiſſime recenſemus.

GREGORIVS A NEAPOLI in D. Severini ejuſdem Vrbis Cœnobio Monachat. profeſſus eſt an. 1580. die 21. Mart. Epiſc. deinde creatus fuit à Clemente VIII., ut teſtantur Regeſta Ms. noſtrorum Monach. quamvis cujus nam ſedis Epiſc. fuerit minime indicent.

GREGORIVS SANTACRVCIVS item à Neapoli ejuſdem Cœnobii S. Severini alumnus factus an. 1593. die 1. Jan. Hic cum doctrina æquæ, ac ſanctimonia floreret à Paulo V. Pont. Max. creatus fuit Epiſc. Draconien. in partibus infidelium, & Coadiutor datus Joanni Antonio Viperano Meſſanenſi Epiſc. Juvenatii in Apulia, cui poſt tres annos defuncto, ejuſdem Pont. juſſu Gregorius in Epiſcopatu ſucceſſit; ſed huic dignitati parvo admodum tempore ſupervixit, nam poſt VII. menſes oborta valetudine naturæ debitum ſolvit, in Choro Cathedralis Eccl. tumulatus an. 1610.

De eo præter Regeſta Monach. noſtræ Cong., & Ferd. Vghell. Ital. ſacr. tom. 7.

G

col. 1000. agit. Bened. Laudati in Brevi Chron. S. Sever. Ms. 1. 2. pag. 257.
„ Pater inquit, D. Greg. Santacruce à Neapoli profeſſus an. 1793., vir in-
„ comparabilis humilitatis, ac omnigenæ doctrinæ, præcipuè juris Ponti-
„ ficii, & Eccleſiaſt. hiſtor. ac eruditionis peritiſſimus; tantum virum noſtro
„ Monaſt. invidit Paulus V., dum ipſum adhuc juvenem an. 1608. Coadiu-
„ torem eſſe voluit Illuſtriſs. Jo. Ant Viperani Epiſc. Juvenatii, ubi inter alia
„ Epiſcopium pene ruiturum ſumma celeritate reparavit, ut in ejuſdem Pa-
„ latii fronte legitur.

Gregorius Santacrucius Monachus Caſin. inſtauravit. Epiſcopo poſt tres annos defuncto eidem Eccleſiæ ab eodem Pont. præficitur; at poſt ſeptem menſes vita functus eximii Paſtoralis zeli perpetuam ibi memoriam reliquit; cujus corpus in Choro Cathedralis Eccleſiæ fuit ſepultum, tali cum Epitaphio.

Sit laus, Deo & requies animæ Gregorii Santacrucii Epiſcopi Dragonien. Qui omni officio, & humanitate Coadiutoriam Juvenatien. Eccleſiæ triennio admi-niſtravit mox ejuſdem Epiſcopus effectus, ſeptimo menſe poſt ſuſceptum munus intempeſtivè deceſſit anno M. DC. X.

H

H

HERCULES TAMBUSIUS patria Ferrarien. in Archiſterio Caſin. Monachi vitam profeſſus eſt an. 1530. die 26. Junii. Floruit Græcæ, Latinæquæ lingua magna peritia. A' Julio III. Pont. Max. cui ob virtutes admodum erat acceptus, creatus fuit Epiſcopus *Rebelli*, vulgo *Ravello*, quæ eſt Urbs Regni Neapolitani, olim in Picentinis, nunc in Principatu citeriori an. 1555. die 18. Sept. cui Eccleſiæ cum annos quindecim egregiè præfuiſſet, ex caduca ad immortalem vitam tranſivit Ferrariæ anno 1570. in Eccleſia S. Franciſci tumulum, ac memoriam ſortitus.

De eo Gabr. Bucell. in Bened. Rediv. Plac. Roman. in Suplem. Petri Diaconi de Viris Illuſtr. Caſinen. c. 13. Jo: Baptiſta Marus in Annot. ad idem caput, ubi ſic loquitur „ Hunc non bene Flavium vocat noſter Placidus, ubi etiam
„ Arnol. Wion. lib. 2. Lign. Vit. cum *Hercules Tambuſius* in Catalogo Ra-
„ vellen. Epiſc. nominetur. * Epiſcopalis dignitate inſignitus legitur an. Dom.
„ 1555. die 18. Sept. Ferrariæ obiit an. 1570. ibique ſepultus in Eccleſia San-
„ cti Franciſci. Teſtatur Marc. Ant. Guarinus in Compend. Hiſtor. Eccle-
„ ſiarum Ferrar. lib. 3. pag. 247. & Vir Clariſſ. Ughell. in Epiſcopis Ravell.
„ ſe legiſſe meminit inſculpta in ejus tumulo hæc pauca verba vernacula lin-
„ gua, *Hercule Tambuſi Veſcovo* 1570.

* *Ital. Sacr. tom. 1. col. 104. n. 35.*

At Regeſta Mss. noſtrorum Monachorum eum paſſim Flavium appellant, ubi in margine, *Epiſc. Ravelli doctiſſimus lingua Græcâ*, forſitan in ſæculo Hercules vocabatur, illudque nomen factus Epiſcopus vel ipſemet reſumpſit, vel alii ei reddiderunt.

Item de eo Ant. Libanorius in Ferrar. aurea par. 1. pag. 85. Jul. Ambr. Lucen. in Italia Vghell. Reſtrict. aucta &c. pag. 986. & pag. 1467. ubi eum Latini, Græcanicique eloquii callentiſſ. vocat; Nicol. denique Coleti in Ital. Sacr. ejuſdem Vghelli aucta, & emendata, pag. 1192.

HIERONYMVS SENIS ex nobili Burghetia familia ortus, relictis omnibus, quæ mundi ſunt, apud D. Eugenium ejuſdem Vrbis vota ſua ad noſtræ Regulæ præſcriptum Do mino nuncupavit an. 1634. die 4. Sept. cumque doctrina, & pietate apprime floreret, Romam accerſitus anno Jub. 1650. inter Apo-

ſtoli-

ſtolicos Pœnitentiarios Baſilicæ S. Pauli admiſſus fuit, quo munere laudabiliter perfunctus ab Innoc. X. Pont. Max. Soanenſis primum anno 1652. deinde à Clemente IX. Pientinæ Eccleſiæ in Eutruria præficitur an. 1668. eo in regimine prudentiæ, integritatis, juſtitiæ, charitatis, aliarumque virtutum laude excelluit. Sedit Pientiæ annis prorſus triginta, poſt quos, laborum mercedem recepturus, temporalem vitam æterna commutavit an. 1698. die 15. Jan.

De eo Nicol. Colet. in Ital. Sacr. Ughell. impreſſ. Ven. an. 1717. in Epiſcopis Pientinis, tali elogio „ Hieronymus Burgheſius Patritius Senenſis Ord. S. „ Benedicti Juris prudentiæ, Sacræ Scripturæ, Muſices, Mathematices, „ nec non linguarum Græcæ, & Hebraicæ notitia pollens; plurima munia „ ſubſtinuit in ſua Congregatione Romæ extra ordinem Pœnitentiarum egit „ Apoſtolicum in Vaticana Baſilica, Ordinarium in Baſilica S. Pauli an. Jub. „ demum ad Soanenſem Cathedram eum delegit. Innoc. X. ubi cum aliquandiù proficuè reſediſſet, aeris gravamine perturbatus, ad hanc Pien„ tinam translatus eſt, 17. Sept. 1668. à Clemente IX. Reparandæ Eccle„ ſiæ, reformandis Sacris Ritibus ad normam noviſſimi Cæremonialis illico „ manus appoſuit, Diœceſim ſtatis temporibus luſtravit, Synodos habuit, „ pluribus auxit rem ſacram, in omnibus longe clariſſimus. Dierum, me„ ritorumque plenus mortalitatem depoſuit in ſua Cathedrali die 15. Jan. „ an. 1698.

Idem habet Jul. Ambr. Luc. in Ital. Sacr. reſtrict. aucta &c. pag. 1462. & ſeq. ex quo Coletus ipſe omnia deſumpſit.

Senis in Aula Majori ædium Rmi Abbatis prædicti Monaſterii S. Eugenii viſitur ejus effigies depicta cum hac Inſcriptione.

Illmus, & Revmus D. Hyeronimus Burgheſius Senenſis Monachus Caſinen. hujus Monaſterii Profeſſus, ab Innoc. X. creatus Epiſcopus Soanenſis 22. Octobr. 1652. ætatis ſuæ anno 36.

De Epiſcopatu vero Pientino, deque ejus obitu nihil ibidem annotatur; habita autem ratione temporis, tum ejus electionis in Epiſcopum Soanenſem, ejuſque tunc ætatis, tum ejus ex hac vita deceſſus, cognoſcitur uſque ad annum ætatis ſuæ 86. mortalem vitam eum produxiſſe.

HIERONYMVS DE JVDICIBVS Amalphi natus S. Severini Neapolis, ut ſuſpicor, Alumnus floruit Philoſophica Scientia circa annum 1595. Eum ob morum eximiam probitatem, doctrinæque præſtantiam, ſui Cives, teſte Petr. Ricord. Hiſt. Monaſt. Dial. 4. pag. 466. à Summo Pontifice in Archiepiſcopum poſtularunt. Sed cum apud Vghellum in Elencho Archiepiſcoporum ejus Vrbis minime reperiatur Hieronymus iſte *de Judicibus*, conſequens videtur illum vel à Pontifice Max. electum non fuiſſe, vel electioni ſuæ Hieronymum haud quaquam conſenſiſſe. Verba Recordati hæc ſunt „ Girolamo Amalfitano de Giudici, famiglia principale d'eſſa Città, della quale „ ne ſono uſciti, Cardinali, è Arciveſcovi, è un Ruggeri Doge di detta ſua „ Patria, quando che era libera, Priore adeſſo di S. Severino di Napoli, „ Logico perfetto, e Filoſofo raro, ha letto al Capitolo Generale di S. Be„ nedetto fuor di Mantova; ne ſono paſſati molti anni, che da ſuoi Cittadi„ ni, per i ſuoi ottimi coſtumi, e dottrina fù domandato al Papa per loro „ Arciveſcovo.

HIPPOLITUS ANDREATIVS nobilis Mantuanus S. Benedicti de Padolyrone Alumnis adſcriptus fuit an. 1599. die 5. Julii, ejuſdemque Monaſterii poſtea Abbas cum eſſet, ab Vrbano VIII. Pont. Max. ad Interamnenſem in Vmbria Epiſcopatum evectus fuit an. 1639. die 12. Aprilis, cui Pontifici Hip-

C 2 poly-

H

polytus Corpus Comitiſſæ Mathildis ex eodem S. Benedicti Cœnobio, Romam transferendum conceſſerat, vixit in ea dignitate annos ſeptem, habita Diœceſana Synodo, editiſque Synodalibus Sanctionibus, demumque anno 1646. Mantuæ fatis obtemperavit apud Monachos tamen ſepultus.

De eo Ferd. Ughell. Ital. Sacr. tom. 1. col. 831. n. 63. Nic. Col. in nova edit.
ejuſdem Ughell. Venet. 1717. his verbis „ Hippolytus Andreatius nobilis
„ Mantuanus Monachus, & Abbas S. Benedicti Congreg. Caſin. electus eſt
„ Epiſcopus Interamn. die 12. Aprilis 1639. Urbano VIII. in paucis charus
„ cui præcipienti, ut obſequeretur, corpus ſuſtulit Comitiſſæ Mathildis è
„ ſuo Mantuano Cœnobio, & in Vaticanum intulit, ubi honorificentiſſimo
„ excipitur tumulo: Obiit in Patria 1646. menſe Octobr. ſepelitur ibi apud
„ ſuos Aſcetas; Lucerius ex Congr. Oratorii p. 765.

** Vide noſtram Bibl. in eodem Andreatio p. 228.*

HIPPOLYTUS MANTUANUS alter, ejuſdem S. Benedicti Padolyr. ſodalis Eccleſiam Petræ-Honorii, vulgo Bertinoro Epiſcopali munere gubernavit; teſte Gabr. Buccel. Ben. Rediv. ad annum 1654. & Felice Egger Petr. Idea Ord. Hierar.-Benedict. lib. 2. par. 2. diſſert. 4. Dec. 4. num. 5. pag. 283. Sed iſtis utpote exteris & valde diſſitis non ita facile hiſce in rebus credendum, ſi noſtratium documenta deſint.

HIPPOLYTUS BERARDUCCIUS à Vigiliis in Apulia, apud S. Severinum Neapolis Monaſticæ militiæ rudimenta poſuit an. 1634. die 19. Octobr. Vir fuit eruditus, humanis, & Scholaſticis literis, quas plures annos docuit, ſatis excultus. Senecæ lectioni, præſertim ejus declamationum, addictiſſimus, ex quo Sententiarum acumina, & arguta dicta ſemper in promptu habebat, quamobrem ejus colloquium, & familiaritas gratiſſima omnibus erat, Anno autem 1689. ab Alexandro VIII. Pont. Max. creatus fuit Epiſcopus Caſertanus in Campania prope Vulturnum fluvium; Cui Eccleſiæ cum annis circiter ſex præfuiſſet, naturæ tandem tributum pependit an. 1695. die 21. Sept. ætatis ſuæ 82.

De eo Bened. Laud. in Brevi Chron. S. Sever. Ms. pag. 366. „ Profeſſus an.
„ 1634. die 19. Oct. fuit ſœcundo, ac prompto ingenio præditus; diù Lecto-
„ ris Cathedram primariam in Sancto Severino tenuit, & Academiam hu-
„ maniorum Literarum ibidem valde celebrem promovit, & auxit; 5. an-
„ nis fuit Abbas S. Severini, deinde Abbas Averſæ cum eſſet, ab Alex.
„ VIII. qui ejus merita optime noverat, ad Epiſcop. Caſertæ fuit promotus,
„ ibique obiit die 25. Sept. 1695. ætatis ſuæ 82. „ Felix Egger ubi ſupra l. 2.
par. 2. diſſert. 4. pag. 247. ubi tamen nomen ejus ignoravit; ideoque Epiſcopum Caſertanum tantum nominat. Nos etiam in Bibl. & Regeſt. pag. 124.

HONORATUS FASCITELLUS ex nobili ſtemmate Æſerniæ in Samnio prodiit, Caſini verò arctius ſe Deo, Monaſticis emiſſis votis, dicavit an. 1519. die 8. Decembr. Pietate, ac doctrina Sacra, profanaque, & Latinæ, Græcæque linguæ peritia inſigniter eminuit. A Julio III. Pont. Max. Innocentio Montio in ſuam familiam adoptato Præceptor datur, & Epiſcopus Inſulanus in Calabria renunciatur. Interfuit Trid. Concil. Poetica facultate excelluit, teſtantur id Carmina in laudem quorundam Heroum à Paulo Jovio elogiis celebratorum, & alia ejus Poemata: Ab omnibus ejus ævi eruditis Viris plurimum commendatur; Nec minor ejus laus eſt à Petro quoque Aretino laudatum fuiſſe * Annis undecim paſtoralem curam geſſit, quam biennio ante mortem ſponte deponens animæ ſuæ ſalutem dumtaxat, eo tempore, curavit. Ann. 1564. Romæ piiſſime deceſſit, & ad immortalem patriam, ut ſperare fas eſt, feliciter evolavit.

** In Comedia, cui titulus* Il Mareſcalco *Act. 5. Scena 3.*

Agit

H

Agit de eo Ferdin. Ughell. tom. 9. col. 509. n. 31. Edit. Venet. per Nicolaum Coleti 1717. „ Honoratus Faſcitellus Iſernienſis nobili Familia natus an. „ 1502. Patre Marco Viro clar: Matre Margarita Caracciola; Puer ann. „ 17. Monachus Caſinen. Cœnobii factus, vir evaſit in Græcis, humanis, „ divinisque literis verſatiſſimus, & Poeta inſignis, cujus etiam Poemata le- „ pidiſs. leguntur apud Jovium in Elogiis, & impreſſa quoque in Poetarum „ Italiæ deliciis. Laudatur à Petro Bembo, Joan. Caſæ, Flaminio, ab Ami- „ co meo erudito Jo: Baptiſta Mari Canonico S. Angeli in Foro Piſcium „ in Notis ad librum Petri Diaconi Caſinen. de Viris Illuſtr. Caſinen. quem „ publici juris fecit Romæ an. 1655. aliiſque doctiſſimis viris; cumque ob „ egregias virtutes Julii III. Pontificis notus, & familiaris eſſet, Inſulana in- „ ſula condecoratus eſt die 30. Junii 1551. Præceptor datus Inn. Montio „ Cardinali in Pontificis familiam adoptato. Interfuit Triden. Conc. Romæ „ obiit menſe Martio 1564. cum jam antea Epiſcopatu ſe abſolviſſet: Inſigne „ edidit opus de factis Alphonſi Marchionis Vaſti heroico verſu concinna- „ tum; cujus cum laude Scipio Capycius, de principiis rerum. *Tum vitæ una- „ nimem Socium &c.* ut in noſtra Biblioth. in qua fuſiſſime de eo agimus, „ omneſque, alios Authores de ipſo agentes referimus &c. Reg. Ms. pag. „ 233. in marg., *Poeta inſignis*.

** Æſernienſi. * Collectis à Ranutio Ghero, & editis Francofurti 1608. in 16. p. 1. pag. 942. uſq. ad 966. Vide noſtra Analecta.*

Felix Egger, Idea Ord. Hierar. - Benedict. lib. 2. p. 2. differt. 4. decad. 1. pag. 261.

HONORIUS, vel ut habet Ughell. Honuphrius Grifarius, Patria Peruſinus, ſicuti ego in meis Adverſariis adnotavi, profeſſionem vitæ Monaſticæ in Caſinenſi Archiſterio emiſit an. 1596. die 26. Julii, qui cum Vir admodum egregius evaſiſſet, Generalis Procurator in Romana Curia, mox Abbas creatus fuit, deinde à Gregorio XV. Pont. Max. Epiſcopus Montis Peluſii in Apulia, procurante Alex. Card. Montalto noſtræ Congr. Protectore electus anno 1621. die 17. Martii, duobus tantum annis illi Eccleſiæ præfuit, nam anno 1623. ex mortali vita ad æternam pervenit.

De eo Ferd. Ughel. Ital. Sacr. tom. 1. pag. 1024. Jul. Ambr. Luc. ibidem pag. 1032. Nicol. Coleti edit Ven. 1717. tom. 1. col. 1001. n. 23. in Reg. Ms. pag. 200. „ Epiſcopus Montis Peluſii ex Procuratore Generali an. 1621.

HONORIUS AB URBEVETERI profeſſus Monaſticum Inſtitutum in Cœnobio Caſinen. an. 1577. die 2. Martii in Regeſto Ms. pag. 199. in marg. dicitur, *Epiſcopus*, ſed cujuſnam Civitatis, non indicatur.

I

I

JACOBUS CARACCIOLUS nobili admodum familia natus eſt Neapoli an. 1658. & ibidem in Cœnobio S. Severini Monaſticæ regulæ ſeſe ſubmiſit an. 1673. die 29. Nov. Sub D. Severino ab Aſculo Abbate Farfenſi, de quo in noſtra Bibliot. L. S. plurimum in monaſtica diſciplina, cæteriſque virtutibus profecit, quas potiſſimum oſtendit, ſive dum Romæ apud S. Paulum Prioris Clauſtralis munus exercet, ſive dum Abbas creatus, prædictum S. Severini, ac poſtea S. Laurentii de Averſa, aliaque Monaſteria, ſingulari prudentia, ac zelo regularis obſervantiæ adminiſtrat, ſive denique dum Viſitatoris officio in noſtra Congreg. integerrimæ juſtitiæ laude perfungitur. Itaque eximiæ probitatis fama intra ſolius Congregat. fines contineri haudquaquam potuit; extra eandem longe, lateque manavit, ipſaſque Pontificias Clemen-

tis

tis XI. aures pervaſit, qui tantæ virtutis fulgorem minime ſub modio occultandum, ſed in ſublimiori candelabro collocandum ratus, Jacobum Epiſcopum Caſertanum in Campania felici deſignavit; At is Monaſtici propoſiti tenax, illudque regnis, & ſedibus præponens; ea qua par erat reverentia oblatam infulam recuſavit. Quæ ſane humilitas Pontificem ipſum majorem in admirationem adducens, has in voces eum impuliſſe fertur *Gaudemus profectò temporibus quoque noſtris inveniri perfectos Monachos, qui majorum ſuorum exemplo oblatas Eccleſiaſticas dignitates conſtanter reſpuant*, jure igitur illuſtriorum Congreg. noſtræ Epiſcoporum albo Jacobus eſt aſcribendus, qui à Sapientiſſimo Pontifice Sacri Paſtoris lituo dignus eſt judicatus, quem ipſe Jacobus nihilominus ſuperiori virtute ſuadente ne attrectare quidem voluerit.

JACOBUS LENTIUS patria Romanus, primum inter Sacri Monaſterii Caſinen. Alumnos admiſſus fuit an. 1628. di 29. April. deinde ad D. Pauli de Urbe Profeſſos, ut dicimus, transferri voluit. Scholaſticas diſciplinas Papiæ, alibique docuit. Procurator poſtea Generalis in Rom. Curia conſtitutus, totius Congr. negotia, prudentiæ, ſolertiæ, ac vigilantiæ laude egit. Abbas creatus, prædictum S. Pauli Cœnobium ita gubernavit, ut pium Patris, ac dirum Magiſtri ad Regulæ noſtræ præſcriptum, prout ferebat occaſio, ſemper oſtenderet, ac optima ſtudia ſtrenue promoveret. Anno autem 1670. à Clemente X. Pont. Max. Archiep. Compſanus * in Regno Neapolit. renunciatus fuit; Præfuit illi Eccleſiæ tantum duobus, nam ann. 1672. die 20. Aug. ex caduca ad æternam vitam migravit.

* *Conſa in Provincia Principatus Ulterioris, olim in Hirpinis ad Aufidum amnem.*

De eo Nicol. Coleti in Ital. Sacr. Ughell. tom. 6. col. 826. n. 45. in Archiep. Compſanis. „ Jacobus Lentius Romanus Monachus Caſinen. Vir ſane egregius, ſingulariſque prudentiæ, quæ & illum jam pridem apud ſuum Ordinem, cum Procur. General. munus obiret, mirificè commendarat; Tantæ verò facundiæ, ac humanitatis fuit, ut quibus cum verſaretur, eum omnes & vehementer diligerent, & obſervarent. Initio ſumpti Archiep. muneris manſit aliquantò in Oppidis S. Andreæ, & S. Mennæ, Mox in oppidum Caliſtrum ſe contulit permotus precibus Principum Ludoviſiorum, à quibus & humaniter acceptus, & benigniſſime ſemper eſt habitus; quo in loco quamquam eſſet valetudinis tuendæ ſtudioſiſſ. tamen deceſſit haud ſatis matura quidem ætate: die 20. Auguſti 1672. ſepultuſque eſt in majori ejuſdem oppidi Eccleſia, ac per honorifica, eleganti-que inſcriptione * honeſtatus. Opinio apud univerſam Urbis aulam de eo fuit, peracerbam illi mortem majores, amplioreſque honores intercepiſſe.

* *quem tamen non affert.*

Item de eo Jul. Ambr. Lucen. in Ital. Sacr. reſtrict. auct. &c. pag. 1066. ubi eum *Summum Theologum vocat*. „ qui poſt emenſos Magiſterii, Abbatis, & Procur. Gener. gradus à Clemente IX. * &c. Iſidorus Morattinus in Muſis Miſcellaneis pag. 510. multis eum laudat. „ Et in principio poeticæ Paraphraſis in vitam S. P. Benedicti à D. Gregorio M. exaratam, quam Morattinus eidem Lentio dicavit, longo carmine elegiaco eum celebrat, demumque hoc Epigrammate.

* *X. Nam Clem. IX. obiit an. 1669.*

Certa Caſinatum Spes, inclyta fama Licei,
Cui Charis Ambroſium præbuit eloquium.
Moribus innocuis exæquat facta Catonis,
Dum tua non luxus, non Ciprys ora domant.
Te Virtutis Amor flectit, reverentia Divum
Quod pariter pietas, Religioque probant
Hinc Mortalis adhuc ſe ſe fama inſerit Aſtris
Poſt fata ut longas ducat Olimpiadas

Fo-

Digitized by Google

Felix Egger in Idea Ord. Hierarch. Benedict. l. 2. par. 2. diſſert. 3. n. 5. pag. 242. Regeſt. Ms. pag. 236. 230. à tergo.

I

IGNATIUS COPPINUS de Prato, quod Oppidum * eſt amplum Etruriæ decem circiter millia paſſuum à Florentia diſtans, ante Monachatum Franciſcus Coppinus Prælatus Romanæ Curiæ, & Epiſcopus Interamnen. in Umbria, creatus * à Caliſto III. Pont. Max. an. 1458. die 19. Maii, & pro Apoſtolica Sede in Angliæ Regno Legatus, miſſus à Pio II. an. 1459. Sed poſt paucos annos ab eodem Pio revocatus, & ab Epiſcopatu depoſitus fuit; avaritiæ, ſimoniæ, & turbarum inſimulatus, & Monachum induere permiſſus, vel potius coactus, in Monaſt. D. Pauli de Urbe noſtram regulam profeſſus eſt an. 1463. die 21. Martii. Nec diù in ſuſcepto regularis vitæ inſtituto ſupervixit; animi enim dolore ob ingens infortunium, & imputata crimina brevi ad extrema deductus fuit; parabat ille ſiquidem Apologiam ſuæ in Anglia adminiſtrationis, à Hieronymo Aliotto viro doctiſ. & eloquentiſ. compoſitam, coram Pont. Max. Paulo II. & Sacro Card. Senatu recitandam, ſed dum in id incumbit, mors illum ad æterni Judicis tribunal, veram dicturum cauſam, traduxit.

* *Hunc Civit. titulo, & Epiſcopalis Cathedræ honore inſignitum.*

De Ignatio Coppino agunt Pius II. ſuorum Comment. l. 3. fuſiſſime ubi ejus crimina in Legatione Anglica, quam venalem fecerat, patrata enarrat, eaque Coppinum confeſſum fuiſſe, & confeſſionem ſuam propria manu ſcripſiſſe &c. Plum igitur illum damnaſſe, Epiſcopatu privaſſe, & ab ordine depoſuiſſe. Coppinum autem ſive quod Religionis zelo accenſus eſſet, ſive quod in ſæculo, dignitate privatus, Vitam ſibi moleſtiſſimam fore crederet, à Pontifice petiiſſe, ut liceret ſibi in Monaſt. S. Pauli, cum Monachis Caſinen. D. Benedicti Ord. profiteri, hoc indultum ei fuiſſe, ac inſuper ut in Presbyteratus Ordine miniſtrare poſſet, aſſumptoque Ignatii nomine in eodem uſque ad eam diem ſine reprehenſione Domino famulari meliorem Monachum, quam Epiſcopum futurum.

Ferd. Ughel. Ital. Sacr. tom. 1. col. 761. edit. Venet. 1717. n. 38. in Epiſcop. Interamnen. ex ejuſdem Pii II. Com. Licet lib. etiam 2. citet, in quo tamen Pius nihil de Coppino, ſed tantum lib. 3. errat quoque Patria eum Interamnenſem vocans, cum revera Pratenſis fuerit.

Franciſcus Angeloni in Hiſt. Interamn. par. 2. fol. 144. ad an. 1463. „ Et indi „ à non molto tempo Papa Pio ritornato da Mantova verſo Roma, privò di „ quel Veſcovado Franceſco Coppini, che v' era ſtato aſſunto nel 1458. Sen- „ taſi in Platina, perchè nella Legazione Britannica ſi haveſſe uſurpato più „ autorità con gran danno, e ruina degli uomini, che à lui dalla Sedia Apo- „ ſtolica fù conceduta „ Ma nel Breve ſcritto dal Papa à Terni, altra cagione ſe ne dimoſtra così dicendo „ 1463. Hodie Eccleſiæ Interamnen. ex eo Paſtoris ſolatio deſtitutæ, quod nos nuper dilectum filium *Franciſcum de Coppinis tunc Epiſcopum Interamnen. nunc verò Ignatium nuncupatum Monachum Monaſt. S. Pauli extra muros Urbis Ordin. S. Bened. ſuis culpis, & demeritis exigentibus*, regimine, & adminiſtratione ipſius Eccleſiæ Interamnen. cui tunc præerat, de Fratrum noſtrorum conſilio, authoritate Apoſt. duximus deponendum, privandum, & amovendum, De Perſona dilecti Filii Ludovici electi Interamnen. Nobis, & eiſdem Fratribus noſtris &c. providimus &c.

Hieronymus Aliottus ſupralaudatus in libris ſuarum Epiſtolarum, quæ Mss. Aretii in noſtro Cœnobio aſſervantur, plurima, habet tùm de Franciſco, tum de Ignatio Coppino, ante ſcilicet, & poſt ejus Monachatum; ex eis ea

„ po-

Digitized by Google

I „ potiſſimum, quæ ad abſolutam Coppini notitiam pertinere ſunt viſa, ex-
„ ſcribere, & huc transferre me non piguit, gratum Lectori fore exiſtiman
„ tem, non ſolum Coppinum plenius agnoſcere, ſed multo etiam magis
„ Alliotti ſtylum, & facundiam veluti in ſuo fonte guſtare.

Ex libro 1. Hieronymus Franciſco Coppino &c. Legi ornatiſſ. literas tuas, quæ „ ut nihil ad me novi attulere, ita veterem illam, quæ me jam pridem im- „ buit, opinionem, incredibilis humanitatis tuæ, vel augere viſæ ſunt, vel „ ſi nihil addi potuit, me tamen diutius detinuerunt in admirationem tui; „ Quid enim tibi rependere unquam poſſim pro iſthac profuſiſſ. liberalitate, „ quam nihil modo plenius, quam unquam tuis literis expreſſiſti? Non modo „ enim obſecutus es mihi, ut amicum meum in tuam benevolentiam admitte- „ res, ſed me quoque ita complexus es, ut ſupra vix optare, poſtulare cer- „ tè non auſim &c.

Ex lib. 2. Hieronymus Franciſco Coppino &c. Summa, & inſperata lætitia nos affecerunt ornatiſſ. literæ tuæ &c. „ poſt pauca „ Literas tuas fabre, & artificioſe confectas opportune accepi, & ſimul admiratus ſum ſagaciſſ. ingenium tuum, quod tam brevi, & veluti ex tempore tam multa proſpiciat &c.

Ex eodem lib. 2. Domino Franciſco Coppino Theſaurario Bononienſi. Quare te laudo prudentiſſ. Coppine, quod uti cæteris in rebus, ita in hac quoque ſapienter inſtituiſti vitam. Ut enim audio, te totum ad Dei cultum, ad Religioſorum hominum conſuetudinem, ad rerum divinarum conſiderationem inſinuas; qua in re novum mihi Socratem exhibes, ut enim ille neglecta ea diſciplina, quæ de Natura eſt, quod abſtruſiſſ. rerum cauſas rimari, & perveſtigare poſſe diffideret, ſe totum ad eam, quæ de moribus eſt, diſciplinam contulit, ita Tu non abſimiliter intelligens ſolertiam, & diligentiam noſtram, quantum par eſſet, quantumque vellemus, in rebus humanis haud quaquam proficere, ingenioſa prorſus, & arguta ratione te confers ad earum rerum ſtudium, & meditationem, in quibus operam perdere nequaquam poſſis: Quæ tuæ vitæ inſtitutio non modo tibi, ſed amicis tuis futura eſt uſui, quippe qui dignis, ſanctiſque precibus tuis multa ſe à Domino conſequi poſſe confidant. Aretii 19. Junii 1452.

Ex eodem lib. 2. Hieronymus Franciſco Coppino &c.

Nullas umquam ad te literas dedi, quin fœnus abs te acceperim, equidem gravis ſemper ſemperque ornatas ex te ſoleo legere: ſed in his ultimis, quas ex Bononia ſcribis, te ipſum vincis; In quibus ea gravitate, copia, ornatu de rebus divinis diſputas, ut cuivis vel rudi facile ſit delicias tuas, & lautam ſupellectilem intueri; Solent plerique ex iſthac Civit. Bonon. humanarum rerum ſapientiam reportare; tu vero utrumque genus retuliſti, & humanæ ſapientiæ, & divinæ. Ac propterea ſplendorem orationis utrique generi conjunxiſti, & ne tibi Peripateticum deeſſet aliquid ad felicitatem, facile paſſus es externa quoque bona cumulatius vendere, ut ad Dei cultum, ad contemplationem ſupernæ Patriæ, ad virtutem, & beatitudinem comparandam deſit nihil &.c Aretii 3. oct. 1452.

Ex eodem lib. 2. D. Franc. Coppino electo Epiſc. Interamn. &c. De Præſulatu tuo equidem non minus gratulor, quam ſi ad me ipſum is honos eſſet delatus; Illuſtre ſane indicium fuit, & aperta conjectura Pontificalis de te tum exiſtimationis, tùm benevolentiæ, abſentem, ac multis terrarum interſtitiis diſparatum, præter Curiæ conſuetudinem, extuliſſe &c. 26. Aprilis 1458.

Ex eodem lib. 2. D. Franc. Coppino Interamn. Epiſc. &c. Dii mihi vertant in bonum, quod bina, & inſperata lætitia eodem tempore ſum affectus. Altera,

quæ

quæ paulo prius evenit, ut Alexium & ſtudioſiſſimum tui, & mihi amiciſſimum hac tempeſtate viderim; Altera quod ex ipſo Alexio Florentiâ veniente intellexi, præſtantiſſ. „ Dominationem tuam ex remotiſſ. extremiſque Angliæ
„ partibus tandem nobis, & expectanti Etruriæ redditam eſſe. Quarto jam
„ anno à nobis abſuiſti; quo tempore varii de te rumores perlati ſunt tum
„ læti, tum triſtes: Pertulerat aliquando fama hoſtium copias tua virtute,
„ ſolicitudine, induſtria pulſas, deletaſque eſſe, qua ex re amici tui magnam
„ in ſpem erecti eredebant fore, ut majori eum titulo, ac dignitate ad nos
„ aliquando redires, quam hinc abieras. Rumor deinde longe diverſus in-
„ erebuit, exercitum tuarum partium eſſe conciſum, & de tua quidem per-
„ ſona variæ fuerunt ſententiæ, aliis affirmantibus, te ſuperſtitem eſſe, aliis
„ te una cum tuorum exercitu occubuiſſe; In hac ancipiti, variaque ſenten-
„ tia nos hic Aretii ſupra bimeſtre fuimus, tandem didicimus te repertum eſ-
„ ſe, poſteaque in Gallia interfuiſſe novæ Francorum Regis coronationi;
„ Nunc majorem in modum gratulor, te nobis, atque Italiæ redditum eſſe;
„ & quamquam ampliſſimos honores illos, quos ſperabamus, per hunc tuum
„ reditum non es conſecutus, non parum tamen nobis emolumenti, lucrique
„ exiſtimamus accedere, quod te ex extremis hoſtium faucibus, & viven-
„ tem, & incolumem accepiſſe licuit. Ad illos verò honores eximios, vita
„ comite, tua virtute, tuaque induſtria te ipſum in poſterum comparabis;
„ nunc ſatis eſt, quod pro tuo reditu, pro tua incolumitate amicis tuis appri-
„ me liceat gratulari tibi. Vale 1462.

Ex eodem l. 2. Hieronymus, Religioſiſſ. Viro Domino Ignatio Monacho Congr. S. Juſtinæ, qui fuerat olim Dominus Franciſcus Coppinus Epiſcopus Interamnenſis.

„ Varia eſſe vocationum genera non ignoramus; ſæpe quidem illabitur, ſeque
„ inſinuât peccatorum mentibus Salvator noſter, dulcedinem quandam, &
„ prægustationem ſupernæ illius, beatæque gloriæ ſecum afferens, & ſimul
„ hujus noſtræ fragilis, caſuræque vitæ vanitatem oſtendens, & ante oculos
„ ponens. Sed quoniam ſemen inter ſpinas cecidit, à ſolicitudinibus & divi-
„ tiis, & voluptatibus ſæculi ſæpe numero ſuffocatur, fructumque non re-
„ fert; fortiora tunc remedia morbis noſtris, & antidota acriora præbentur,
„ ut tribulatione vexati reditum, recurſumque habeamus ad Deum, & quem
„ florentibus rebus agnoſcere neglexerimus, procella ſæviente noſcamus.
„ At ſunt nonnulli tam duri animi, tamque fortis, ut aſpera quæcunque to-
„ lerando ſuperent potius, quam ab amore ſæculi divelli patiantur: reſtat
„ his tertium Salvatoris antidotum, quod magnum profectò dilectionis eſt
„ ſignum, & divinæ benevolentiæ in nos illuſtre indicium; Ut qui nec blan-
„ ditiis deliniti, nec tribulatione vexati ad Deum redire proponimus, vi qua-
„ dam, & impulſu divinæ manus attacti redeamus. Hoc genus converſionis
„ Paulus Apoſt. expertus eſt, cum proſtratus ad terram, & tremens, ſtu-
„ penſque dixit, *Domine quid me vis facere?* & ex perſecutore factus eſt vas
„ electionis; Hoc idem Converſionis genus ſenſit, & alter Paulus primus
„ eremi cultor, qui perſecutionem fugiens, quæ ſub Decio, ac Valeriano
„ inflicta eſt Eccleſiæ, ad montium deſerta confugiens, dum perſecutionis
„ finem præſtolatur, neceſſitatem in voluntatem vertit. Hoc item tertio
„ converſionis genere te nunc vocari à Domino videor intelligere; nam
„ quod primam vocationem ſenſeris, teſtes ſunt pleræque Epiſtolæ tuæ tum
„ ex Bononia, cum ex aliis locis ad me datæ, quæ & timorem Dei, & con-
„ temptum Sæculi præſeferunt. Teſtes ſunt etiam Religioſi viri, quibus ubi-

D „ cum-

I

„ cumque terrarum poſitus adhæſiſti, quos obſervaſti, quorum amicitias, & „ conſuetudinem tantâ devotione coluiſti. Quod item ſecundam vocationem „ ſenſeris per tribulationis æſtum, mortes præſtantiſſimorum fratrum, ne- „ potumque tuorum, atque uno ſimul tempore totius domus, ac familiæ tuæ „ interitus, & ruina teſtantur. Quibus ex rebus cum facile intelligeres va- „ nam, fallacemque eſſe hujus ſæculi beatitudinem, captivus tamen, & ir- „ retitus illius amore tenebaris, quod exiſtimares pulchrum eſſe inter homi- „ nes excellere, & clarum, glorioſumque nomen tibi ipſi comparare. Quod „ tua induſtria partim aſſecutus es, partim etiam majorem in modum aſſequu- „ turus eras, niſi te violenta manus Domini his laqueis potenter exemiſſet. „ Hæc profectò vera eſt, & certa apud Deum gloria pro Deo ignobilis fieri. „ Is demum glorioſus, & clarus eſt apud Deum, qui ſe apud homines, & eſ- „ ſe, & haberi cupit obſcurum, denique amat Deus humilia, ſuperba deji- „ cit, tantoque apud ipſum inclyti, & excellentes erimus, quanto nos ipſos „ humiles præbuerimus, & dejectos. Hactenus ego te verſatilis, mirabiliſ- „ que ingenii in rebus gerendis ſæculi cum exiſtimavi, tum aliis etiam præ- „ dicavi; Nunc cum ad rem Monaſticam, ſeù voto, conſilioque tuo, ſeù „ fato quodam, ideſt Dei voluntate impellente contuleris, magna me tenet „ ſpes fore, ut ſi in re ſæculari clarus evaſiſti, longe clarior in hac Monaſti- „ ca ſis evaſurus. Primum quod is, cui militaturus es Dominus, ſummâ ju- „ ſtitia eſt, ſummâ æquitate conſpicuus, nec ullus apud eum ipſum ingrati- „ tudinis uſpiam repertus ſit locus. Deinde quod in rebus ſæculi multum ſibi „ ſemper virium fortuna vindicaverit, prudentia minimum. Ad religionem „ autem, & verum Dei cultum fortuna aditum invenire non poteſt, ſed „ omni ex parte ſapientia, prudentiaque dominatur. Damna quidem, ac „ diſpendia, ſeù corporis, ſeù rerum externarum, quibus in rebus fortuna „ ſuas vires oſtentat, apud bonos, & veros religioſos deputantur in lucro, „ dicente Apoſtolo, *cum infirmor tunc fortior ſum: & Virtus in infirmitate* „ *perficitur*. Hortor igitur præſtantiam tuam, ut quantum in re ſæculari, „ cura, induſtria, ſollicitudine profeciſti, tantum nunc in divina proficias. „ Ego te viſere majorem in modum, teque amplecti deſidero. Spero equi- „ dem præcepta, inſtitutaque vitæ meæ abs te ſaluberrima mutuari, & alia „ quædam tractare coram aveo minime credenda literis. Vale Aretii die 1. „ Julii 1463.

Ipſe autem Coppinus in ſupra memorata Defenſione à nobis ad Analecta traſmiſ- ſa, conatur omni ex parte ſeſe purgare, & innoxium oſtendere, Deum, An- geloſque conteſtans, ab omni ſe rapinarum genere, auri, argentique cupi- dine longe alienum, manus continentiſſimas habuiſſe, propriam paupertatem in argumentum adducens; Partes omnes fidelis, ac ſeduli Miniſtri labore ſummo, ac improbo ſpretis, victiſque difficultatibus, ac mille periculis jugiter impleviſſe, Statum Angliæ reformaſſe, & ad Eccl. Rom. ſummique Pont. obſequium, ac obedientiam reduxiſſe: Omnia verò ſibi objecta crimina contra juſtitiam, & veritatem, ab Invidorum artibus, ac fraudibus proceſſiſſe, pe- tens proinde enixiſſimis precibus, ut defenſionis copia, juſtique judicii audien- tia ſibi concederetur; quam tamen cauſam cita mors æterno, veroque, ac ju- ſtiſſimo Judici, qui juſtitias judicabit, decernendam commiſit.

De Ignatio Coppino in noſtris Regeſt. Ms. pag. 47. „ ita, Ignatius à Prato Pro- „ feſſus S. Pauli Epiſc. Interamnenſis deponitur à Pio II. & fit Monachus an- „ no 1463. die 2. Martii.

JOANNES à BURGUNDIA in Cœnobio S. Juſtinæ Patavinæ Congreg. no- ſtram

I

ſtram ingreſſus eſt ann. 1430. Fuit Cubicularius Eugenii IV. Generalis Congr. Vallisumbroſæ, & poſtea Epiſcopus Parentinus in Iſtria. Ita Regeſtum Ms. noſtrorum Monachorum à D. Gratiano à Mediolano confectum pag. 8. quod ibidem in Bibloth. S. Simpliciani exiſtit, a me viſum an. 1688. Sed de eo nihil. in Ital. Sacra Ughell. neque in Appendice Nicolai Coleti tom. X.

JOANNES DE PRIMIS natione Siculus, patria Meſſanenſis, in Cœnobio S.Juſt. Patav. Monaſticæ Regulæ nomen dedit an. 1422. die 24. Junii ſub diſciplina Ludovici Barbo jam grandis natu. Fuit Vir inſigni pietate, ac doctrina; Abbas primum ejuſdem S. Juſtinæ; ac poſtea S. Pauli de Urbe duabus vicibus, & noſtræ Congreg. bis Præſes, & 15. annorum ſpatio Definitor. Ab Eugenio IV. Pont. Max. creatus fuit Epiſcopus Catanenſis in Sicilia anno 1445. Anno verò ſequenti 1446. in Sacrum Cardinalium Collegium cooptatus titulo S. Sabinæ ei attributo. Scientiarum omnium Lycæum, ſeu ut dicunt *Univerſitatem*, ad totius Siciliæ commodum, & ſplendorem Catanæ inſtituit, obtentis ab eodem Eugenio IV. & ab Alphonſo Siciliæ Rege ampliſſimis Privilegiis. Card. dignitatem tres tantum annos retinuit, nam an. 1449. die 12. kalendar. Febr. fatis concedere coactus eſt Neapoli in S. Severino, ibidem ſepultus.

De eo S. Antonin. in Chr. p. 2. tit. 15. pag. 23. §. 2. ubi narrans Inſtitut. Congr. Caſin. „ Ex qua etiam (inquit) per ipſum (Eugenium IV.) „ pileatus eſt rubro Ven. Vir Religionis zelator D. Jo: Siculus Abbas S. „ Pauli. Arnol. Wion Lign. Vit. par. 1. lib. 2. cap. 19. pag. 211. in Car- „ dinalibus Ordin. noſtri, & par. 2. cap. 6 lib. 5. pag. 486. & 587. in „ Præſidentibus. Jac. Cavac. Hiſt. S.Juſt. lib. 5. pag. 224. Succeſſit Mau- „ ro Papienſi D. Joannes Meſſanenſis Siculus, fuitque Abbas tertius S. Iu- „ ſtinæ, ſuſtulit publicam viam, quæ per hortos in publicam planitiem fere- „ bat, magno quidem commodo diſciplinæ, & ſecuritatis Monachorum; „ promovit etiam ædificia à Ludovico Barbo inchoata; præfuit an. 1438. per „ annum tantum, nam juſſu Eugenii IV. Romam profectus Monaſterium „ S. Pauli optime gubernavit, donec ab eodem Pontifice Card. S. Sabinæ pro- „ nunciatus eſt: „ laudat inſuper eum Cavacc. Sanctitatis, & eruditionis nomine, mirabiliſque prudentiæ, ac dexteritatis in negotiis Principum obeundis, & continentis vitæ, & retentæ Monaſticæ diſciplinæ exemplis, clariſſimum deprædicat. Io: Baptiſta de Groſſis in Decac. Catan. tom. 1. chorda 2. modulo 5. „ Io: de Primis Nicolao de Tedeſchis per omnia compar purpuratorum „ Patrum Senatui adſcriptus an. 1447. Patriæ Scientiarum Academiam uni- „ verſæ Siciliæ Scholam, Catanæ ſiſtendam ab Eugenio IV. & Alphonſo Si- „ ciliæ Rege impetravit, fato tandem conceſſit anno 1449. „ & chorda 9. modulo 6. fol. 143. Honuph. Panvin. in utraque Epitome Alphonſ. Ciacc. in Vita Eugenii IV. Plac. Puccin. in Appar. Hiſt. de Illuſtrib. Abbatiæ Florent. Viris pag. 11. ubi aſſerit, eum fuiſſe etiam Abbatem S. Mariæ Florentiæ anno 1440. ſed paucis tantum menſibus, vocatque eum vitæ inculpabilis virum, & tantæ peritiæ, ut bis Præſidens Congregationis eſſe meruerit; Eugenium verò IV. in arduis Sedis Apoſtolicæ negotiis ejus operâ ſemper uſum fuiſſe, obiiſſe tandem Neapoli in S. Severino cum odore Sanctitatis an. 1449. citatque de eo agentes ex noſtris, præter Cavacc. & Arnold. etiam Cherubinum Myrthium in Hiſt. Sublacen. Cornelium Margarinum, Hieronymum a Potentia, & Conſtantinum Cajetanum, & etiam in Chron. Abb. Florent. fuſius pag. 39. ubi Abb. etiam fuiſſe S. Petri Peruſiæ aſſerit: Virum abſolutæ doctrinæ, negotiorum Rom. Curiæ, & Chriſtianorum Principum expertiſs. vocans, à

Digitized by Google

II

Nicolao V. Neapolim ad Regem Alphonſum pro arduis Eccleſiæ cauſis miſſum, in Domino quieviſſe an. 1449. die 21. Januar. citatque præter ſupra allegatos Authores etiam Alph. Ciacc. in Vita Eug. IV.* Bartholomæus de Alexandro à Paternione in Chron. Monaſt. Catanen. inter viros Scientia illuſtres n. 2. poſt Nicolaum Tedeſchi Abbatem Panormit. & Card. merito collocat Jo: de Primis „ D. Gio: Primo di Catania ... Abbate di S. Paolo di Roma, nell' „ an. 1445. fu fatto Veſcovo di Catania, e Viſitatore Generale ſopra li Ve- „ ſcovi, e poi nel 1446. creato Cardinale: * Queſti benche non abbia ſtam- „ pato, ne compoſto alcun opera, ſi dimoſtra però, quanto foſſe ſtato arri- „ chito d' ogni Dottrina, per aver ottenuto il Privilegio dell' Univerſità de „ ſtudii publici in detta ſua Patria ad inſtar, è con tutti li Privilegi, e premi- „ nenze, che gode l' Univerſita di Bologna, (lo che ſingolare ſino oggi lo „ trattiene nel Regno di Sicilia) dalla Santità di Eugenio IV. nell' an. 1444. „ per Bolla data in Roma à 22. Aprile, e confermata da Alfonſo Re d' Ara- „ gona, e di Sicilia nel detto an. 1444. ſotto il dì 28. Maggio in Napoli nel „ Caſtel nuovo: ſe ne morì nell' an. 1449. „ Gabr. Buc. in Men. ad diem 27. Sept. ubi eum b. mem. Virum, Cuculli, & Purpuræ, Ordinis, & Eccleſiæ ornam. Sanctitate, & eruditione, extra ambitionis, & avaritiæ notam continentis denique vitæ, ac retentæ in dignitate Monachalis modeſtiæ, & diſciplinæ exemplo clariſſimum vocat, citatque etiam Belforeſt. Annal. noſtr. Bened. Nicol. Comn. Pap. Hiſt. Gymn. Pat. tom. 2. l. 2. c. 6. num. 26. ubi eum Alumnum illius Gymnaſii fuiſſe narrat, & ex Salomonio docuiſſe Jo: noſtrum in eodem Patavii Lycæo refert.

* *De eo in Bibl. L. A.*

* *Omnes alii citati Authores præter ipſum, & Jo: Baptiſtam de Graſſis, Meſſanenſem, non Catanenſem eum dicunt ſicut etiam legitur in ejus Epitaphio, ut infra &c.*

* *Ad Matr. Art. not. 8.*

In Libris Ms. Epiſtolarum Hieronymi Alliotri paulo ante in Ignatio Coppino laudatis, legitur ſequens ad Ioannem Siculum Epiſtola ex lib. 8.*

* *In lib. ſup. lin. 19.*

Hieronymus Aretinus Rmo Patri, & Dño Dño Ioanni Siculo Cardinali S. Pauli.

„ Cum primum eſt auditum ad ampliſſimum Cardinis gradum provectam fuiſſe „ Dominat. tuam, miro applauſu gratulati ſunt omnes, qui noſtrum hunc „ Ordinem profitentur. Eam gratulationem forte quiſpiam levior ex tanto „ numero Monachorum, vel ad amicitiam, & benevolentiam tuam, vel ad „ pompam Ordinis noſtri retulerit; Maxima pars, & ſanior non ita tibi gra- „ tulabantur, quippe quem ſcirent iſta contemnere, ſed ipſi noſtro Ordini „ propemodum extincto, quem ſperarent à tua Dominatione, & juvandum, „ & ſublevandum: Jejuna quidem, & arida gratulatio eſt ea, quam ſolemus „ amicis perſolvere temporales honores, aut dignitates conſecutis. Quid „ enim gratulandum ſit homini cras morituro? Sed vera, & ſolida gratula- „ tio eſt, quæ tota in Domino ſit ſecreta, & disjuncta ab humanis rebus, „ æterniſque conjuncta. Itaque cum firma, & robuſta ſpes omnibus nobis in- „ ſideat non modo per te conſervandum eſſe Ordinem noſtrum, ſed etiam „ augendum, ſane intelligimus noſtrarum eſſe partium cum forte aliquid „ emerſerit contra ipſum ordinem, certiorem facere Dominationem tuam, „ tuarum verò, cum certior factus fueris, ſtrenue, viriliterque pugnare „ pro ipſo Ordine defendendo. Longum ſit exponere quot Monaſteria die- „ bus noſtris noſtro Ordini ſint adempta, nam cum retroactis temporibus „ noſter hic Ordo defenſore caruerit, cæteri Religionum Ordines adverſus „ hunc ſolum conjuraſſe videbantur, eundemque ad prædam, & direptio- „ nem publicam deſignaſſe: memini ego per ætatem noſtram, & in Florentina Diœceſi, & in Piſana complura membra, & Monaſteria à noſtro cor- „ pore diſſecta, & detruncata, aliis Ordinibus fuiſſe inſerta. In hac vero Diœ- „ ceſi Aretina tria equidem opulenta Monaſteria ad alios Ordines traducta

„ eſſe

„ eſſe conſtat: Nunc de quarto diripiendo agitur, quod niſi per te defenda-
„ tur, actum de illo eſſe video. Vacat in præſentia Monaſterium S. Martini
„ de Alpino huic Civitati propinquum ad quinque millia paſſuum: Id per
„ tempus fœlicis recordationis Eugenii Pontificis annexum, & unitum fuerat
„ Monaſterio Fratrum S. Brigittæ extra mœnia Florentina. Et nunc ajunt
„ eam unionem, quæ nunc ſortiri videtur effectum, confirmatam eſſe à
„ SSmo D. N. Legi ego forte aliquando literas unionis, & plura in illis eſſe
„ perſpexi, quæ frivolam, & invalidam faciant. Nam neque verum valo-
„ rem exprimunt, & Monachis præterea carere affirmant Monaſterium il-
„ lud, quod quam ſit erroneum, & à vero devium monſtrabit Capitulum il-
„ lius Monaſterii proxime congregandum ad veri Abbatis electionem: Ani-
„ madverte quæſo quam brevi tempore creverit, S. & Venerabilis Congreg.
„ S. Juſtinæ, quæ te in Chriſto genuit: & pro qua dilatanda tu ipſe tantope-
„ re inſudaſti. Nonne igitur ſperandum eſt, quod orantibus Fratribus, &
„ cooperante Domino eadem, quæ te genuit Mater, in poſterum fœcunda
„ prole ſit augenda, ſeque ipſa in dies ſingulos futura ſit major? Nemo ſanæ
„ mentis hoc ambigit, Sed dic obſecro Pater, ſi noſtri Ordinis Monaſteria
„ ita quotidie diripiuntur, ut cernis, ubi creſcens reſidebit Venerabilis illa
„ mater tua, cum jam nullus locus noſtri Ordinis ad eam ſuſcipiendam pene
„ ſit reliquus? Num forte ſperas à Fratribus S. Brigittæ poſſe loca, & Mo-
„ naſteria mutuari, ad quæ Venerabili Congreg. S. Juſtinæ palmites ſuos ex-
„ tendat: num à Camaldulitis? num à Canonicis Regularibus? qui omnes
„ ad prædam noſtram accincti, Spoliis noſtri Ordinis ditati ſunt. Hac de re
„ ſcribit ad SS. D. N. Rev. Pater Dominus Epiſcopus Aretinus. Scribunt, &
„ Priores Civitatis; Scribo ego miſellus ad Dominationem tuam, qui pecca-
„ tis meis exigentibus in hæc tempora ſum reſervatus, ut interitum, & deſo-
„ lationem noſtri Ordinis cernam. Oro igitur te pater optime D. colendiſ.
„ licet corpore abſens, mente tamen, & cogitatione præſens, & lacrymis af-
„ fluentibus, & ad genua Dominat. tuæ provolutus obſecro, ut cum divino
„ munere, quod nemo dubitat, defenſor, ac propugnator noſtro Ordini
„ datus ſis, & in Sacratiſſimo Cardinalium Collegio collocatus, hoc onus ſu-
„ bire, hanc injuriam propulſare ab ipſo noſtro Ordine velis, & quemad-
„ modum per ſuperiores menſes defenſionem ſuſcepiſti pro Monaſterio S.
„ Domnini Piſano, quod noſtri Ordinis, à FF. Prædicatoribus impetebatur,
„ ita nunc quoque eadem virtute tueatis Monaſterium hoc noſtrum, quod à
„ præfatis Religioſis S. Brigittæ nimium ambitioſe cupitum eſt. Si enim boni
„ ſunt viri, quemadmodum haberi volunt, nec noſtra debent diripere, nec
„ falcem mittere in meſſem alienam, & quamvis non poſſint modo omnia
„ loca noſtri Ordinis per obſervantiam reformari, poterunt tamen ſucceden-
„ te tempore, cum & numerus interea Monachorum obſervantium augen-
„ dus ſit, maximè illorum, quos paritura eſt fœcundiſſima Mater tua, & ipſa
„ interim inſtauranda, modo illis diligentes præficiantur Abbates noſtri Or-
„ dinis; Erit præſentium lator Dominus Michael vir prudens & diligens,
„ quem Rev. Pater Dominus Epiſcopus Aretinus optat in Abbatem præfice-
„ re dicto Monaſterio, & in quem eligendum, quantum ego percipio con-
„ jectura, vota Monachorum, & Capituli prona ſunt. Eum ipſum com-
„ mendo Rmæ Paternit. tuæ, quam Deus, & Dominus noſter nobis, atque
„ huic Ordini in longa tempora ſervet incolumem. „ Ejus ſepulchro in ve-
„ teri Eccleſia S. Sev. ante Aram max. hæc inſculpta fuerunt carmina.

Unica

Digitized by Google

Unica Cardinei fueras, qui gloria cœtus
Hæc te petra tegit Meſſanæ mœnibus ortum.
Almas inter nunc animas læturis Olympo.
Inclita Parthenope, dum tu moraris in illa
Quum tibi vivaces mors invida ſubſtulit annos
Unanimi quidquid condignum munere famæ.
Scire datur ſtudiis ſublimi mente locaſti
Longa tuum meritis clarum per ſæcula nomen.
Non adimit ſuprema dies, tua vivida Virtus
Numquam morte cadens, omni memorabitur ævo.

Hic jacet Reverendiſſ. in Chriſto Pater Dominus Jo: de Primis Abbas S. Pauli, Monachus Caſinenſis, Dei gratia, Tit. Cardinalis S. Sabinæ.

JOANNES BAPTISTA BERTUCCIOLUS Cæſenæ in Flaminia ortus apud S. Mariam de Monte, Monaſticam regulam profeſſus eſt an. 1479. die 8. Septembr. & poſtea ibidem cum Prioris Clauſtralis munus gereret ob morum gravitatem, ac doctrinæ præſtantiam ab Alexandro VI. Epiſcopus Fani in Piceno creatus fuit an. 1499. die 11. Septemb. Deinde ſub Leone X. Lateranenſi Concilio interfuit anno 1514. Obiit in ſua Eccleſia, atque ibidem in Cathedrali tumulatus eſt an. 1518.

Agunt de eo Arn. Wion Lign. Vit. p. 1. l. 2. c. 42. pag. 313. ubi eum ſuo munere ſtrenue functum dicit, ex Epiſtola D. Angeli à Carpendulo Cœnobii Cæſenatis Decano Ferd. Ughell. Ital. Sacr. tom. 1. pag. 716. primæ editionis, editionis vero ſecundæ col.* 667. Nicol. autem Coleti in Addition. ad hunc locum, ſubdit „ Hic Palatii Epiſcopalis partem, quæ ad Septentrion. „ vergit, ædificavit; ejuſque gentilitia ſtemmata adhuc ſupra feneſtras vi„ ſuntur. Primus ex Epiſcopis Fanenſibus, qui regularis, ex Indulto Leo„ nis X. dat. 13. Decembr. 1517. viridem galerum deferret; Fato ſublatus „ eſt an. 1518. „ Gaſp. Bernardinus Manzonus Min. Conv. in Chronologia Cæſenæ edità Piſis an. 1643. pag. 82. Felix Egger in Idea Ord. Hierar. Bened. l. 2. p. 2. diſſert. 4. pag. 265. „ ob morum ſuavitatem, & præcel„ lentem doctrinam à Deo, & hominibus honoratum, & amatum dicit „ Reg. Ms. pag. 154. in margine. *Ex Priore Epiſcopus Fani, Vir doctiſſimus.*

* Col.

JO: BAPTISTA GENTILIS nobili genere Genuæ natus in S. Catharina ejuſdem Urbis Monaſticæ diſciplinæ jugum ſubiit an. 1679. die 2. Aprilis: Ad pietatem æque, ac ad optimas literas propenſus, in utriſque inſigniter profecit; divina itaque doctrina, multiplici eruditione conjuncta affatim inſtructus, Sacris Concionibus obeundis plurimam operam impendit, adeo quidem feliciter, ut in præcipuis Italiæ ſuggeſtis, Venetiis nempe in D. Zachariæ Templo an. 1693. & Romæ in S. Laurentii in Damaſo Baſilica an. 1695. frequentiſſimo populi cætu, & ſingulari plauſu fuerit auditus. Quo tempore ab Innoc. XII. Pont. Max. juſſus eſt feria V. in Cœna Domini ad Sacrum Cardinalium Collegium in Vaticano Palatio ſermonem habere, quæ Concio celeberrimo per Quadrageſimam Urbis Oratori demandari ſolet: expleto autem quadrageſimali curriculo, ab eodem Pontifice, accedente Genuenſis Senatus deſiderio, humilique poſtulatione, Epiſcopus Adjacenſis * in Corſica renunciatus fuit, quam Provinciam, cum magno divini honoris, & animarum ſalutis zelo aggreſſus eſſet, immatura morte, vix expletis in Epiſcopatu ſex menſibus, ſublatus fuit an. 1695. die 2. Septembr. ætatis ſuæ an. 37.* erat enim gracili corpore, ac affectâ valetudine, concionandi laboribus parum idonea, quam proinde, iidem Concionum, Studiorum, ac itinerum labores

* *Ajazzo.*

* *Anno expleto ſecundum Nic. Coleti ut infra.*

Digitized by Google

I

res deteriorem in dies reddiderant, Ejus pulcherrimæ, ac utiliſſimæ Conciones, illius fratri Carmelitæ diſcalceato ceſſerunt.

De eo Nic. Coleti Ital. Sacr. Ughel. tom. 3. col. 500. num. XL. edit. Venet. 1717. „ Jo: Baptiſta Gentilis nobilis Januenſis S. Bened. Congr. Caſin. Mo„ nachus, Philoſophus, ac Sac. Theologiæ Doctor, egregiuſque divini Ver„ bi præco, Ordinis ſui Decanatu perfunctus annorum 34. factus eſt Epiſcop. „ Adjacenſis die 13. Septemb. 1694. At vix annum in hac Cathedra ſederat, „ cum illum mors rapuit eodem Sept. menſe inſequuti anni 1695.

JOANNES EVANGELISTA à Mediolano inſtitutum noſtrum profeſſus ibidem apud S. Petrum in Glaſſiate an. 1524. die 15. Junii, in Monachorum noſtrorum Regeſtis dicitur creatus Epiſcopus, ſed locus ſedis minime exprimitur.

JOANNES STEPHANUS SENAREGA Patritius Genuenſis in Monaſterio S. Benigni, quod inter vetera, ac nova mœnia Genuæ ſitum eſt, Cœnobiticam vitam elegit an. 1659. die 8. Martii, amænioribus non minus, quam Scholaſticis literis, quas Genuæ, in Monaſt. S. Catharinæ, alibique docuit, apprime floruit, quas ſcientias morum honeſtate, animi prudentia, cæteriſque virtutibus mire exornabat; Harum igitur fama permotus Clemens X. Pont. Max. Epiſcopum Cuperſani * in Peucetiis, nunc in Provincia Terræ Barii, eum renunciavit an. 1671. die 23. Febr. Eam Eccleſiam annis octo laudabiliter adminiſtravit; ac tandem an. 1679. Genua redux, Neapoli gravi morbo correptus diem clauſit extremum.

* *Converſano.*

De eo Aug. Oldoinus in Athenæo Liguſt. pag. 367. & ſeq. „ Jo: Stephanus Se„ narega Genuenſis Monachus Benedictinus, Matthæi de Republicis Litera„ ria, & Genuenſi optime meriti, Nepos, ſæculum noſtrum illuſtrat tum „ calamo, tum virtutibus, ſibique viam ſternit ad immortalitatem: anno „ enim ſexto ſupra ſexageſimum, Patriæ felicitatem, elogiis, & carminibus „ explicavit: ex eodem Soprano „ Sed de ejus Epiſcopatu nihil, quamvis Athæneum Liguſticum an. 1680. Peruſiæ impreſſ. fuerit, Senarega autem an. 1671. Epiſc. creatus: quod equidem tam Oldoinus, quam Raphael Sopranus, ex quo ille deſumpſit, ignoravit. Nic. Col. in Addit. ad Ital. Sacr. Ughell. tom. 7. col. 717. in Epiſc. Cuperſani num. XLII. „ Io: Stephanum „ Senaregam, Patritium Genuenſem, & in ſua Caſin. Congr. Sac. Theolog. „ Doctorem, probitate, conſilio, ac magnitudine virtutis vere præclarum, „ idem Clemens XI. * 25. Feb. 1671. huic Eccleſiæ præfecit. Sui muneris „ partes omnes cumulatiſſime implevit. Epiſcop. Palatium pari, & impen„ dio, ac magnificentia undequaque perfecit; cum in Patriam gravium ne„ gotiorum cauſa ſe contuliſſet, ad ſuam ſponſam tandem rediens, Neapoli „ acuta febri interceptus, omnibus munitus Eccleſiæ Sacramentis, corporis „ exuvias an. 1679. reliquit in æde D. Laurentii Minorum Conventualium. Fuit autem Senarega, antequam Congregationem noſtram ingrederetur, Carmelita diſcalceatus, inter Tyrones tantum, quamobrem Genuæ in Conventu S. Annæ Fratrum Carmelitarum diſcalceatorum viſitur ejus effigies habitu Epiſcopi Carmelitæ induti. Sed id qua ratione? cum Carmelitarum inſtitutum minime profeſſus fuerit, & quod potius eſt, non niſi Benedictinus, Epiſcopus fuerit renunciatus.

* *X. non Clement. IX. anno 1669. obiit.*

JOSEPH LOMELLINUS nobili familia Genuæ tamen oriunda Neapoli natus, ibidem in S. Severini Cœnobio monaſticæ militiæ rudimenta poſuit an. 1615. die 9. Octob. In Hiſpaniam, neſcio qua de cauſa, profectus Salmanticæ Doctoris lauream Sac. Theologiæ obtinuit, in noſtra verò Congregatione per omnes inferiorum munerum gradus, æquo ſemper meritorum pede calcatos,

ad

I

* Biſceglia.

ad Abbatis dignitatem aſcendit, eamque variis in Monaſteriis plures annos cum eorumdem utilitate retinuit, donec ab Innoc. X. Pont. Max. Alerienſis primum in Corſica, mox Vigiliarum *in Peucetiis, nunc in Provincia Terræ Barii, Epiſcopus creatus fuit an. 1652. die 26. Auguſti. Quinque, quibus ibidem ſedit annis, verbo, & exemplo ita ſe geſſit, ut in ſe nullam optimi Paſtoris partem deſiderari permiſerit; an. itaque 1657. die 31. Auguſti ad bonorum operum præmia in cælis percipienda à Domino vocatus, piiſſime, ac feliciſſime in Domino obdormivit.

* Dreo in Biblioth. L. B.

De eo Benedictus Laudati in Brevi Chron. S. Severini pag. 342. „ Joſeph. Lo„ mellinus Genuenſis Profeſſus S. Severini Neapolis an. 1615. Salmanticæ „ Sacræ Theologiæ Doctoratus Lauream adeptus eſt. Religioſæ obſervantiæ „ exemplo clarus, fuit Abbas S. Severini, & Monaſterii Cavenſis, oſtendit „ magnum zelum pro conſervatione regularis diſciplinæ. Card. Lomellini „ germani ſui voluntati obtemperans Epiſcopatum Vigilien. ſuſcepit, ubi „ optimi paſtoris famam relinquens obiit an. 1657. die 31. Auguſti. Nicol. „ Col. in Ital. Sacr. Ughell. tom. 7. edit. Venet. an. 1721. col. 95. num. 40. „ Joſeph Lomellinus Neapolitanus, origine verò Januenſis, D. Benedicti Or„ dinem ingreſſus in Congreg. Caſin. humanas, divinaſque literas ad mira„ culum ebibit, ſummoſque honores facile pertingens, Abbas, & Viſitator „ Generalis extitit. Ad hanc deinde ſedem (Vigilienſem) aſſumptus, 26. „ Auguſti 1652. cum jam antea Alerienſis * inſula ei oblata fuiſſet, veluti Pa„ ter gregem ſuum amantiſſime fovit, ſuæque conſulens æternæ ſaluti, ſu„ premum hujus mortalitatis diem meditari numquam deſiit; quare ſarcinæ „ deponendæ ſibi tumulum in Cathedrali paravit, ubi appoſitus fuit decedens „ 25. Auguſti 1657. ſub hoc Epitaphio.

* Aleria in Corſica.

D. O. M.

Joſeph Lomellinus Januenſis ex D. Benedicti familia Congreg. Caſin. in qua per bis novem annos Abbatis munere functus eſt. Ab Innoc. X. *ad Alerienſem Epiſcopatum aſſumptus, ab eodem ad hunc Vigilienſem deinde translatus, dum vivens mortem meditaretur, ſibi hunc tumulum poſuit an. Domini* 1656.

Jo: Canale in ſuis Carminibus Neapoli impreſſis an. 1694. pag. 309. narrat. Joſephum Lomellinum, dum eſſet Abbas Monaſterii Cavenſis, inſtituiſſe ibidem Accademiam *Occultorum*, eique pro ſtemmate attribuiſſe *Auroram* cum lemmate, *Pulchriora latent*, ibique elegantem oden ſcribit in laudem ejuſdem Academiæ, ejuſque Authoris, ad D. Urbanum Carraram Sulmonenſem Priorem Caſinenſem, ubi inter cætera, ſtropha 4. ſic canit.

Dal Lomellino ſol, che in manto nero
Riluce el' patrio Giano illuſtra, è onora
Nel virtuoſo, é lucido ſereno
Ecco ſpinta, ecco ſpunta oggi l' Aurora
Che queſti monti indora
D' Accademico ſtuolo alba novella
L'aria Cavenſe fa ſerena, e bella.

JOSEPH à NEAPOLI SS. Trinitatis apud Cavam Sodalis factus anno 1620. die 21. Iunii in eodem Regeſto pag. 229. dicitur in margine, *Epiſcopus in Luſitania* nec amplius de eo hactenus, forte *Epiſcopus fuit in Lucania*.

ISIDORUS CLARIUS natus Clarii, quod oppidum eſt agri Brixiani, an. 1495. & an. 1517. Monaſticum inſtitutum ſuſcepit Parmæ in S. Io: Evang. Floruit plurimum tum pietate, tum omnigena doctrina, præſertim Sacra. Abbas cum eſſet S. Iacobi de Pontida Diœceſis Bergomen. interfuit Trid. Concil. una

cum

I

cum Chryſoſtomo Calvini San-Gemilianenſi Abbate Cavenſi an. 1546. ut habet præter cæteros Philippus Labbè Conciliorum tom. 14. column. 751. ſeſſ. 5. Concil. Triden. an. 1546. Nec ita multo poſt, an. ſcilicet 1548. Abbas cum eſſet S. Mariæ de Cæſena à Paulo III. Pont. Max. ejus virtutum, ac ſapientiæ fama commoto Epiſcopus Fulginas in Umbria creatus fuit. Septem quibus in ea Cathedra ſedit annos, ſublimiorum virtutum, Patientiæ, Charitatis, Manſuetudinis, Humilitatis, paſtoralis ſolicitudinis, ac vigilantiæ ſe ipſum conſpicuum exemplar jugiter exhibuit, *Pretioſam in conſpectu Domini* illius mortem, quæ an. 1555. die 27. Maji ei fœliciter contigit, id præcipuè teſtatur, quod ejus exanimatum corpus non ſolum quadraginta poſt mortem horis, ut in ſepulchrali inſcriptione à Fulginatibus ei poſita aſſeritur, ſed quadraginta etiam ſex poſt obitum annis, incorruptum, & integrum, ſuavemque ſpirans odorem repertum ſit, qua de re vide noſtram Bibl. p. 2. (ubi de eo, ejuſque lucubrationibus fuſiſſime pag. 49. uſq. ad 58. Nos hic tantummodo Elogium, quod ei ſcribit nuperrime Fœlix Egger Idea Ord. Hierar.-Bened. l. 2. par. 2. Decade 2. pag. 263. & ſeq. exhibemus, cum cæteros, eoſque inſignes, Authores de eo agentes in eadem Bibliotheca diligentiſſime referamus.

„ Iſidorus Clarius Monachus S. Io: Evang. Abbas S. Mariæ Dei Genitricis Cæ„ ſenæ Congregat. Caſinen. Evexit virum eximia vitæ integritas ad Fulgina„ tis Epiſcopatus Cathedram: morum Sanctimoniæ fœlici junxit vinculo ex„ quiſitiſſimam eruditionem, divinarum præſertim, ut Præſulem addecet, „ Scripturarum intelligentiam; cui acceſſit peritia linguarum Græcæ, He„ braicæ, Latinæ &c. dignus proinde, qui Concilio Trident. cum plauſu, „ fructuque inſigni intereſſet. Nihil eo aut in calamitoſos miſericordius, aut „ in contumelioſos mitius fuit. Cum quidam ad pacem cohortantem pro „ munere ſuo, Epiſcopum excuſſa palma inſigni colapho exciperet, perſti„ tit immotus, ſibique ſimilis Iſidorus, & ea, qua cœperat, via perrexit. „ Sed ultrix à tergo adfuit divina mox Nemeſis, quando nefarius percuſſor, „ emota mente deſipiens, longa, & miſeranda civibus fabula fuit. Tulere „ Præſulis mortem quam dolentiſſime Cives ſubditi, ad quadraginta horas „ ejuſdem pedes cum lacrymis deoſculati. Acquiſivit manſuetudinis, & do„ ctrinæ apud Cælites laureolam an. 1555. relictis pluribus ingenii ſui clariſſi„ mis monumentis. Julius Ambroſius Lucenti in Ital. Sacr. Ughell. à ſe Re„ ſtrict. aucta &c. pag. 1203. „ Iſidorus Clarius è Clario ex Abbate S. Ma„ riæ de Cæſena Epiſcopus Fulginei 29. Januarii 1536. Adeo eluxit in Tri„ dentino Concilio, ut à Patribus ejus dicta pro oraculo haberentur. Eccle„ ſiaſticos cenſus tantum in pauperes, & ſacro muneri neceſſaria diſperſit, „ non reſpexit carnem, & ſanguinem: Nepotem ſuum amandavit modico „ tantum munitum viatico. Virginis Deiparæ devotiſſimus; varia miræ doctri„ næ ſcripſit, & plenus meritis ſumma cum opinione Sanctitatis evolavit ad „ ſuperos: quieſcit in Cathedrali 1555.

Agit quoque de Iſidoro Clario *Lud. Jacobilli* in Vitis Epiſcoporum Fulginei impreſſis ibidem apud Auguſtinum Alterium an. 1626. ex quo hæc magis peculiaria delibamus. Jam Epiſcopus Sodalitatem XXII. nobilium Virorum ſub invocatione S. Martini anno 1550. inſtituit, quorum caput eſt Epiſcopus pro tempore exiſtens, quibus cura eſſet pauperibus ſubveniendi, quæ Sodalitas etiamnum Fulginei perſeverat, & floret. Tanto zelo ſalutis animarum æſtuabat, ut non ſemel in publicum Civitatis Palatium ingreſſus, Magiſtratus, & Conſiliarios liberrime de eorum erratis redargueret, & ad bona opera exercenda,

* Italicè.

I

da, ſervandamque juſtitiam vehementer adhortaretur. Imo æſtatis tempore, nobiles commorantes in villis identidem conveniens, ſalutaribus Concionibus, ac Cæleſtibus monitis in viam mandatorum Dei dirigebat, verum ſe erga omnes Paſtorem, Patremque amantiſſimum exhibens. Eccleſiaſticos ritus ſanctè adeo obſervabat, ut cum aliquando ſerotinum ſalutationis Angelicæ ſignum audiret, quamvis in via undique luto obſita reperiretur, non dubitaverit tamen ſupra lutum ipſum ſtatim genua flectere, qua de re cum ab otioſis juvenibus derideretur, Iſidorus eorum cæcitatem, ac vicem miſeratus, & infelicem exitum prævidens, mærens dixit, *ab poverelli*! nec ita multo poſt omnes illi violenta morte perierunt. Cum vero a ſceleſto illo alapa percuſſus fuit Iſidorus, id Jacobillus in Epiſcopali Palatio, & in ſuo cubiculo accidiſſe narrat; Iſidorum autem proprios ſervos compeſcuiſſe, ne in neſarium inſurgerent, neve de eo vindictam ſumerent, quam tamen Deus etiam in hac vita abunde explevit mentis alienatione, uſque ad mortem improbum mulctans. Illud etiam Iſidori virtutem, & in ſuam Eccleſiam eximium amorem commendavit, nam cum quidam magnus Prælatus, Epiſcopus Fulginas fieri anxie optaret, Iſidoro aliam, & quidem pinguiorem Eccleſiam offerendam curavit, renuit conſtantiſſime Iſidorus dilectiſſimam Sponſam ſuam minime ſe deſerturum, aut pro quacumque alia dimiſſurum pronuncians. At cum ille acrius inſtaret, atque ob id Iſidoro per cuniculos moleſtias plurimas afferret, hic publice, ac privatim Deum exorabat, ut prius ſibi vitam adimeret, quam unquam permitteret, Eccleſiam ſuam cum alia ſe commutare. Annuit piis votis Altiſſimus, nam paulo poſt Iſidorus ſiniſtra valetudine oborta, in Cælum migravit, nec tamen ille, qui ejus Epiſcopatum tam ardenter cupiebat, poſt Iſidori mortem illum obtinuit, nam *Deo nolente nihil prodeſt labor*.

* *Ab miſelli!*

ISIDORUS della ROBBIA nobili gente Florentiæ ortus, ibidem in S. Mariæ inſigni Cœnobio Monachis noſtris adſcriptus eſt an. 1603. die 31. Jan. An. autem 1642. die 10. Martii, ab Urbano VIII. cujus erat Conſanguineus, creatus fuit Epiſcop. *Petræ - Honorii* in Flaminia, ſucceſſitque Io: della Robbia Germano Fratri, quem etiam morum ſuavitate, cæteriſque virtutibus plene expreſſit. Arcem Bertinorii, * antiquum Epiſcoporum Domicilium, reſtauravit, ibique more majorum perpetuo manſit, divinum cultum ſumma vigilantia, ac ſollicitudine, ſicubi collapſum fuerat, reſtituit, ubi verò integrum ſtabat, amplificavit. Sed dum optimi Paſtoris partes omnes adimplet, moleſtiſſimo grandioris calculi cruciatu vexari cæpit, quo ut tandem levaretur, Bononiam ſe contulit, ibique ſectioni fortiter ſe ſubjecit, & Chirurgus quidem calculum ex Veſica extraxit, ſed Iſidorus ex vulneris dolore paulo poſt expiravit 1656.

* *Volgo Bertinoro in Romagna.*

De eo Ferd. Ughell. Ital. Sacr. tom. 2. col. 667. prim. edition. Roman. 1647. edit. verò Venet. an. 1717. col. 117. & ſeq. in Epiſcopis Foropopilii, & Bertinorii „ D. Iſidorus Della - Robbia Monachus, & Abbas Florentinæ Abba- „ tiæ Ord. S. Benedicti, Io: Anteceſſoris Germanus Frater, vir ſuaviſſimis „ moribus, Fratri demortuo ſucceſſit an. 1541. die 10. Martii. Novam „ Academiam *Benignorum* ſovit; Roccam Bertinorii, quæ ruinam minaba- „ tur, reparavit, ibi, ut in proprio ſuo Epiſcopio, Anteceſſorum ſuorum „ exemplo morari conſuevit. Cultum divinum ſumma pietatis laude, & com- „ mendatione amplificavit: ex quo maxima ſibi apud omnes gratiam conci- „ liat, cui omnes longiores deſtinant annos. Sed Parca votum noſtrum non „ exaudivit, cum bonus hic Præſul ex calculo diem ſuum obierit Menſe „ Nov.

„ Nov. 1656. ſepultus in Eccleſia S. Proculi Ord. ſui. Plac. Pucc. in Chron.
„ Abbatiæ Floren. pag. 115.

I

Iſidoro V. Abbate CII.

„ D. Iſidoro di Luigi della Robbia Fiorentino, noſtro Monaco, ne fu Abbate „ l'anno 1639. fece dipingere nel Coro il Quadro di S. Benedetto, è di S. „ Mauro, che n'era divoto. Fù Abbate di Cajeta, d'Arezzo, di S. Cata- „ rina, e di S. Nicolò del Boſchetto di Genova eſſendo ſtretto Parente di Ur- „ bano VIII., fù aſſunto al Veſcovato di Bertinoro l'ann. 1641. Aggravato „ dal mal di pietra l'anno 1656. fattoſi condurre nel Monaſtero di S. Procu- „ lo di Bologna per curarſi, è cavatagli dal Ciruſico la pietra, poco doppo „ paſsò all'altra vita li 4. del Meſe di Nov. è quivi fu ſepellito. Qui Puccin. in eodem Chronico pag. 80. & iterum in Apparatu Hiſtorico de Illuſtribus Abbatiæ Floren. Viris pag. 230. refert alium Iſidorum della Robbia filium Simeonis multo Iſidoro Epiſcopo antiquiorem, alumnum ejuſdem Abbatiæ Florentinæ an. 1579., & Abbatem item Florentiæ an. 1518. Leoni X. & Clementi VII. percharum, à quibus pluries ſibi oblatos Epiſcopatus humiliter recuſavit, defunctum Neapoli an. 1533. in S. Severino, dum Viſitatoris munus exerceret.

JULIUS MARIA ODESCALCUS Novocomenſis, Ven. Servi Dei Innocentii XI. Pont. Max. germanus Frater, Mediolani apud S. Petrum in Glaſſiate, relicto ſæculo, ſub D. Benedicti vexillo, ad Evangelicam perfectionem iter arripuit an. 1633. die 19. Julii, tanto quidem ſpiritus fervore, ut ad ſelectiorum virtutum apicem brevi pertingeret: paupertatem præcipue, & integerrimam caſtimoniam, quam perpetuo ſervavit, ſed in primis humilitatem, quæ virtutum omnium mater, & cuſtos eſt, ſtudioſiſſime coluit. Cum igitur ejus Frater tunc Cardinalis Novarienſem Epiſcopatum dimiſiſſet, eodem procurante, Julius Maria illi ſucceſſit an. 1656. in ea dignitate cum annos XI. ſanctiſſime verſatus eſſet, ad coronam juſtitiæ in Cælis percipiendam feliciter migravit an. 1666. die 28. Auguſti, omnibus, qui in lege Domini voluntatem habebant, maximum ſui deſiderium relinquens.

De eo Nic. Coleti in Ital. Sacr. Ughel. tom. 5. col. 730. ex Appendice tamen tom. 7. ejuſdem Ughel. addit autem Coletus, hæc „ Deceſſit Julius (non „ Joannes) Maria anno 1666. die 28. Auguſti cum maxima, tum prudentiæ, „ tum pietatis fama Eccleſiam ſuam XI. annis gubernaſſet „ Lazarus Aug. Cotta in Muſæo Novar. edit. an. 1701. Italice Cella 2. pag. 192. & ſeqq. „ Ad Epiſcopatum, quem Fr. Cardinal. qui poſtea Innoc. XI. dimiſerat, evectus eſt an. 1656. & die 18. Dec. ab eodem Emo Fratre conſecratus. Sum- „ ma ſolicitudine Eccleſiæ ſibi commiſſæ præfuit an. XI. Domus in primis, „ familiæque ſuæ maximam curam habuit, ut Eccleſiæ Dei diligentiam ha- „ bere poſſet; otio eliminato, orationi, ſacræ lectioni, audiendiſque omnium „ neceſſitatibus, & Eccleſiæ negotiis expediendis, tempus omne inſumebat. „ Tanta vero ſapientia reſponſa, etiam in repentinis interrogationibus dabat, „ ut eum divino lumine illuſtratum haud dubie crederent omnes. Communi „ victu, communique menſa cum ſuis familiaribus ſemper utebatur, quam „ ſacra lectione jugiter conditam volebat: Feſtis diebus Chriſtiana Doctrina „ inferiorem familiam diligentiſſime imbuendam curabat, quam etiam do- „ ctrinam in tota Diœceſi maxime promovit, non ſolum per Parochos, ſed „ etiam per ſemetipſum docens, & interrogans, cunctós etiam ſuos familia- „ res, ſuoque ſervitio addictos laicos, bis ſaltem in menſe præter ſolemnio- „ res feſtivitates, noxis per ſacram exomologeſim expiatos, propriis ipſe

Digitized by Google

I

„ manibus Euchariſtico cibo paſcebat; quotidie poſt cœnam ſe coram, à tota ſua familia Roſarium Beatiſſimæ Virginis, cum Litaniis, recitari volebat. Erga infirmos, & pauperes liberaliſſimus, & munificus, omnibus „ beneficentiæ ſinum aperiebat, cum Diœceſim perluſtraret, quod bis eximia ſolicitudine, ac zelo peregit, non niſi magna frugalitate, parſimonia ſe, ſuoſque ali patiebatur, ubique ſalutarium non minus operum, quam verborum documenta plebi, ac Inferioribus Paſtoribus relinquens. Cum autem è Cathedrali Eccleſia, quam ſæpiſſimè frequentabat, magna ſemper omnium ædificatione, in ſuum Palatium rediret, Cacodæmones horribiliter exclamantes, eum in odium Sanctitatis, conviciis inceſſebaut. Cives omnes nobiles, ignobileſque, eum admodum diligebant, ac in omnibus mirabantur; & quamvis pravi homines eum timerent, ob inſignes tamen, raraſque virtutes non poterant non item amare. Sapienter, ac juſte, admixta ſemper ſeveritati clementia, cauſas ad ſe pertinentes expediebat; ſinceritatis, ac ſimplicitatis præcipuus amator, ſi quos harum virtutum cultores animadverteret, ingentibus beneficiis proſequebatur. Impudicitiam vero, cujus ne nomen quidem ferre poterat, implacabiliter inſectabatur, denique Julius Maria alter Carolus à Baſilica - Petri * dici meretur, fuit vir ſanctiſſimus, ac digniſſimus Epiſcopus Novarienſis, Sancti Caroli Borromei alumnus, Clericus Regularis S. Pauli, doctrina, ac virtutibus omnibus conſpicuus, quique obiit anno 1615. At noſter Julius Maria anno 1666. cum in villam PP. Soc. Jeſu, ut pauliſper à laboribus quieſceret, ſeceſſiſſet, in lethalem morbum incidit, cujus vi die 28. Auguſti, relictis terris, ad Cælum Novariæ migravit, ſumma omnium tam Civium, quam Diœceſanorum mæſtitia, ac dolore; in demortui cadaveris diſſecta veſica calculi aliquot magnitudine ovum exæquantes reperti ſunt, (qui ſane morbus gentilitius, vel fraternus dici poteſt, nam, & in ipſius Innocentii XI. renibus calculi miræ magnitudinis, ac formæ, qui perpetuos illi cruciatus afferebant, inveuti fuerunt.) Inter lacrymas, ac ſuſpiria Novarienſium ab Epiſcopo Caſalenſi funebri, elegantique oratione fuit ſolemniter ei parentatum. Aliqui adhuc viventes fatentur, adamuſſim ea omnia ſibi accidiſſe, quæ ab egregio hoc Epiſcopo multo ante prophetico fere ſpiritu prædicta fuerant, alii votivis tabellis ejus tumulo appenſis, illius Sanctitatem omnibus teſtatam voluere, quæ tamen juſſu Apoſtolicæ Sedis inde ſublatæ, repoſitæ ſunt loco apto * „ Præter autem Lazarum Cottam ſcripſit Julii Mariæ vitam Franciſcus Rovelli è Congregatione Somaſcha, quæ vita Ms. extabat apud Excellentiſſimum olim Principem Livium Odeſcalcum ejus fratris filium. Joannes quoque Franciſcus Piſanus, & Bartholomæus Sorinus Novarienſes, ejus acta ſingillatim deſcripſerunt, quæ Ms. ſervantur Mediolani in Biblioth. Ambroſiana V. *Novaria* Miſcell. Novareſe 3. & 9.

* *Baſcapè.*

* *An ſcilicet 1701. quo Cotta Muſeum ſuum in lucem emiſit.*

Fœlix Egger Idea Ord. Hier. Ben. l. 2. p. 2. diſſert. 4. n. 5. pag. 283. „ Julius „ Maria Odeſcalcus, è Monaſter. S. Petri in Glaſſiate; Epiſcopus Novarienſium, (in quo Benedictinæ gloriæ illuſtrem utique portionem peritus lector „ agnoſcet) Innocen. XI. Frater Germanus. flor. 1665. „ Anno autem 1722. dum piæ curioſitatis gratia legerem acta, ſeu, ut dicunt, *Proceſſus* Ms. ſuper Vita, Virtutibus, & Miraculis V. Servi Dei Innocentii Papæ XI. fortuito inveni pag. 771. à Candido Abbate Caſſina Pontificio olim Cæremoniarum Magiſtro, in judiciali examine ſic de Iulio Maria Odeſcalchi dictum.
„ Devo pero dichiarare di non ſapere ſe nel tempo che fù Veſcovo di detta Cit- „ ta (di Novara) Monſignore D. Giulio Maria ſuo Fratello, il Servo di Dio diſpo-

* *Innoc. XI. qui cum Epiſ. Novarien. dimiſit quandam ſibi ex eo portionem reſervaverat.*

„ diſponeſſe come ſopra dalla detta penſione (ideſt in honeſtis puellis vel nu- I
„ ptui tradendis, vel Deo in Monaſterio conſecrandis) ma è veriſimile, per-
„ che il Servo di Dio haveva un gran concetto della virtù del Fratello, il qua-
„ le dava tutto quello, che haveva per l'amor di Dio, ed è morto in con-
„ cetto di Santità, hæc ille, qui ſane fuit vir probus, & integerrimus.

JULIUS DE VECCHIONIBUS à CASTELLO in Monaſterio Sublacenſi D. Benedicti Regulam Profeſſus an. 1596. die 11. Nov. in Regeſto pag. 238. in margine dicitur, *Abbas*, *Procurator Generalis*, *Præſes*, *&* *Epiſcopus*. Sed in univerſo Indice Epiſcoporum Italiæ Sacr. Ughell. tam primæ, quam noviſſimæ editionis non invenitur Julius de Vecchionibus, niſi fortaſſe fuerit Epiſcopus in partibus Infidelium, ſeu (ut dicunt) Nullatenenſis.

L

L

LAURENTIUS MARTINOTIUS nobili apud Senenſes ortus ſtemmate, Florentiæ in Cœnobio S. Mariæ * noſtris adjunctus eſt an. 1625. die 17. Auguſti. Peruſiæ ſtudiorum curriculum ſub celeberrimo per id temporis Petro Giliolo ſtrenuè confecit. Anno Jubilæi 1650. Romæ in Baſilica S. Pauli inter Pontificios Pœnitentiarios admiſſus fuit ab Innoc. X. Pont. Max. Creatus poſtea Abbas, non ita multo poſt ab Alex. VII. Pont. Max. Epiſc. Montis Ilcini * in Ditione Senenſi renunciatur an. 1656. die 18. Octobr. novem annis commiſſam ſibi Eccleſiam fideliter adminiſtravit, nam anno 1665. major quinquagenario mortalem vitam reliquit, in Cathedrali Templo ſepultus.

* *Badia*.

* *Montalcino*

De eo Ferd. Ughel. in Ital Sac. tom. 1. col. 998. editionis Venetæ per Sebaſtianum Coleti 1717. Dominicus Gallus in libello Sacr. Rituum, qui an. Jubilæi 1650. in prædicta Baſilica ſervati ſunt. Nos etiam in noſtra Biblioth. 2. par. Lit. L. pag. 70. Placidus Puc. in Chron. Abbat. Florent. pag. 163. „ D.
„ Lorenzo di Martino Martinozzi da Siena 17. Agoſto. Queſti havendo fat-
„ to il corſo degli ſtudii in Perugia ſotto il Magiſterio del famoſo Giglioni,
„ fù Lettore di Filoſofia, e Matematica, poſcia Teologo, & Eſaminatore di
„ Lorenzo Robbia Veſcovo di Fieſole; In tempo, che aſſiſteva alla Chieſa
„ Parrochiale de SS. Simone, e Giuda, dal Sereniſſimo Ferdinando II.
„ Gran Duca oggi regnante, fu ſpedito al Sereniſſimo di Mantova per affari
„ importanti; indi Priore di Ravenna, di poi Amminiſtratore di queſto no-
„ ſtro Monaſtero, poſcia Abbate di Raguſa, & in fine per opera del mede-
„ ſimo Gran Duca, da Aleſſandro VII. creato Veſcovo di *Montalcino*.

LEANDER natione Forojulienſis Porciæ * natus, unde prænobili ejus familiæ, quæ ejuſdem loci dominio gaudet, cognomen, optimi, ac laudatiſſimi Cardinalis Leandri Colloredi ex Sororis filia Nepos, Hieronymi Colloredi nuper Mediolani Gubernatoris Conſobrinus, Patavii in D. Juſtinæ Cœnobio ſpretis ſæculi illecebris, Deo militare conſtituit an. 1695. die X. Junii. Ibi melioribus ſtudiis ſub egregiis Præceptoribus Joſepho Maria Sandio, & Seraphino Tanſio Monachis, ſtrenuam cum navaſſet operam, haud ita multo poſt Scholaſticas diſciplinas ibidem docere juſſus, præſtantis ingenii, ac eruditionis laudem promeruit. Inde Romam accerſitus in noſtro D. Anſelmi Collegio, Sacram Theologiam ad hujus ætatis genium, quod nimirum doctrinæ potiùs utilitatem, quam contemplationum acumina, verborumque ſtrepitus amat, majore in dies nominis celebritate plures annos, ultra etiam præſcriptum tempus ibidem tradidit. Itaque jure, ac merito Noſtra Congregatio Priorem

* *Porzia*.

pri-

L

primum, ac deinde Abbatem eum renunciavit: Nec intra hos fines ejus dignitatum inſignia, Nam Clemens XI. cognita ejus doctrina raræ prudentiæ conjuncta, in plurium Sacrarum Congregationum cœtus eum aggregavit; Indicis nimirùm, Indulgentiarum, ac Sacræ Viſitationis *Conſultorum*, Sacræque Inquiſitionis *Qualificatorum*. At Innocentius XIII. qui poſt Clementem Chriſtianæ Reipublicæ feliciter præfuit, propius eum ſibi admovit, ac præ omnibus Urbis Theologis elegit, cujus opera, ac ſtudio, præſertim in rebus ad Sacræ Inquiſitionis Tribunal ſpectantibus, uteretur; & quò illuſtrioribus honorum titulis eum cumularet, non ſolùm in familiarium numerum cooptavit, aliiſque extra Ordinem Congregationibus eum adſcripſit, verùm etiam Sacræ ipſius univerſalis Inquiſitionis *Conſultorem* creavit; quod munus quàm ſit Romæ honorificum, inde potiſſimum conſtat, quod Regularium nemini, præter conſuetos ex Dominicana, & Franciſcana familia, hactenus, quod ſciatur, collatum fuerit, duobus tantummodò, *Bona videlicet*, & *Noriſio* exceptis, antequam Sacra Cardinalium purpura inſignirentur. At Leander an. 1722. Monaſterium D. Pauli extra Urbem, in minoribus Comitiis * Neapoli habitis ſibi demandatum, regendum cùm ſuſcepiſſet, magna etiam in gubernando prudentia, induſtria, vigilantia, cæteriſque optimi Præſulis virtutibus exornatus ſtatim apparuit; Nam ſibi in primis parcus, communi victu omninò contentus, inutilibus quibuſque ſublatis impendiis, curas omnes, omneſque ſolicitudines ad D. Pauli Baſilicam inſtaurandam, ornandamque direxit. confecitque illicò plurima, quæ ſpectatis Cœnobii viribus, vix fieri poſſe credebantur. Quæque ſingillatim referre, neque hujus eſt loci, neque inſtituti; Arriſit cæptis fortuna, imò piis, ac generoſis conatibus favit Deus; nam mox laudatus SS. Pontifex Innocentius XIII. re cognita, pro ſua erga vetuſtiſſimam, Sacratiſſimamque D. Pauli Baſilicam religione, ejuſdem inſtaurationem, quantum præſens rerum conditio patiebatur, ſtatim eſt aggreſſus, aliquot aureorum millibus, magnaque lignorum vi in egregium hoc opus jam erogatis, ſpequè facta, ni novæ calamitates Chriſtianum Orbem invaſiſſent, longé majora ſe præſtiturum. Præſtitit id abundè ejus paulò poſt Succeſſor Benedictus XIII. qui pietate in Deum, ejuſque Templorum cultum impensè flagrans, decem alia Scutatorum millia in ejuſdem Baſilicæ inſtaurationem largitus eſt. Quo pecuniæ ſubſidio Leander fretus, non ſolùm tectorum, ac maximarum Trabium reparationem, & ingentium Columnarum * expolitionem, & illuſtrationem proſequutus eſt, ſed novam etiam Porticum ad Ianuas Eccleſiæ, veteri jam fatiſcente disjecta, inſigni fornice excitato breviſſimo quidem tempore conſtruendam curavit, Canavario egregio Architecto, Urbis totius tum Civium, tum Advenarum gratulatione, & plauſu, aliaque tam intra, quàm extra Eccleſiam accuratiſſimè perfecit, quibus Paulinæ Baſilicæ inſtaurator benemerentiſſimus perpetuò audiat. Obtinuit inſuper ab eodem Pont. Max. Benedicto XIII. ampliſſimum diploma pro Abbatibus S. Pauli, Datum Romæ an. 1726. menſis Februarii die 16. quo illis, dummodò Benedictionis munus percipiant *, Confirmationis Sacramentum, minoreſque Ordines conferendi ſuis ſubditis etiam Regularibus Caſtrorum ſibi ſubjectorum, quæ ſunt nullius Diœceſis, facultas conceditur, aliæque prærogativæ tribuuntur, imò potiùs reſtituuntur nam antiquitus plurimas habuerant; condonatis quoque, ad favoris cumulum, expenſis omnibus, quæ ad idem Diploma expediendum requirebantur, quarum ſumma ad mille vel eo amplius ſcuta pertigiſſet. In Sancti quoque Caliſti Urbano Hoſpitio ædificia in ampliorem, ac ſplendidiorem formam redegit, & inſignem

* *Dicta.*

* *Antiqui, pretioſique marmoris punicei. & albi coloris.*

* *Ab aliquo Epiſc. quod etiam idem Pont. Abbat. Caſinati & Cavenſi, qui proprias habent Diœceſes, benigne conceſſit.*

Bi-

L

Bibliothecam, quod à pluribus, a me verò maximè expectabatur, in conſpicuo loco erexit, & optimæ notæ libris inſtruxit, in quam rem ego quoque, quam potui operam &c. libentiſſimè impendi. Interfuit Synodo Lateranenſi an. 1725. ſub Benedicto XIII. celebratæ, ut Abbas S. Pauli de Urbe; Anno denique 1728. ab eodem Summo Antiſtite creatus fuit Epiſcopus Bergomenſis, conſecratuſque Romæ eodem anno, die, . . . nec adeo multo poſt renuntiatus fuit ab eodem Pont. S. R. E. Card. & gravioribus Chriſtiani Orbis negotiis in præcipuis Sac. Congregationibus admotus: qui an. 1730. Epiſcopatum Bergomen. dimiſit, Romæ deinceps in perpetuum manſurus.

De eo Angelus Maria Quirini (de quo ſupra) in Notis ad Diſſertationem ſuam *de Monaſtica Italiæ Hiſtoria conſcribenda*, Romæ impreſſa an. 1717. pag. 94. nota ad pag. 55. lit. B. „ Hac tempeſtate literas in Congr. Caſinen. non me-
„ diocriter florere (abſit verbo invidia) ſatis probat, ut intra domeſticos pa-
„ rietes contineat, nobile Profeſſorum par, qui hic Romæ in noſtro Caſi-
„ nenſi Collegio ſtudia moderantur, videlicet Leander Porcia, & Bonaven-
„ tura Finardi, ambo in officio ſuo, quòd eo magna cum laude funguntur,
„ ultra ſexennium legibus ſtatutum, authore Emo Card. Panciatico benefi-
„ centiſſimo Caſinenſium Protectore, ſummique Pontificis Decreto perma-
„ nere juſſi, ambo Venetæ Reipublicæ dominationi ſubjecti, eòque liben-
„ tius honoris cauſa à me nominandi. Ille Theologiæ Lector Prior Lirinen-
„ ſis, ſplendidiſque quatuor, ut dicimus, Congregationum titulis, quot-
„ quot adhuc neminem ex Regularibus, ſi unum Patrem Damaſcenum ex
„ Franciſcana familia excipiamus, obtinuiſſe puto, inſignitus, Pontificiam
„ munificentiam pluries expertus eſt. Alter &c.

Item Leonellus Croccalle, de quo Biblioth. noſtræ 2. par. in Hiſtoria Abbat. S. Juſtinæ Patavinæ Ms. Italicè lib. 9. pag. 368. „ nuovo Argomento dell'ineſpli-
„ cabile ſua attenzione al profitto della Gioventù negli Studj (loquitur de
„ Ludovico Sylvatico nobili Patavino D. Juſtinæ Abbatæ an. 1702.) diè in
„ Monaſterio, e nella Città un'altra famoſa Concluſione di Sacra Theolo-
„ gia ſoſtenuta da D. Maſſimo Tavola di ſopra commemorato aſſiſtito dal P.
„ Lettore *D. Leandro di Porzia*, ſoggetto, che la nobiltà del naſcimento
„ rende più illuſtre col fregio delle Lettere, è che alla profondità della Dot-
„ trina uniſce mirabilmente l'integrità dei coſtumi.

LEO MEDIOLANENSIS familia Fideli, de Vico Mercato, inſtitutis noſtris imbui voluit in Monaſterio S. Benedicti de Padolyrone agri Mantuani an. 1580. die 12. Martii, fuitque optimis literis affatim imbutus; Priorem Clauſtralem egit Romæ in Monaſterio S. Pauli, mox Viſitatorem Apoſtolicum, & Reformat. Fratrum Congregationis S. Ambroſii ad Nemus Mediolani, ubi nunc Minores Obſervantes, olim autem Fratres quidam Auguſtinenſes S. Ambroſii ad Nemus appellati. Anno deinde 1605. die 7. Januar. à Clemente VIII. Pont. Max. creatus fuit Epiſcopus *Lavelli* in Apulia, & poſt annos octo ex hac vita diſceſſit 1613.

De eo Ferd. Ughell. Ital. Sacr. tom. 7. col. 1009. primæ edit. Romæ, edit. verò Venetæ apud Coletum col. 744. num. 30. Plac. Puc. in Chron. SS. Petri, & Pauli in Glaſſiate cap. 130. pag. 263. In Reg. Ms. pagin. . . . . . in margine *Epiſcopus Lavelli à Clem. VIII.* In alio Regeſt. Ms. pag. 56. dicitur reformaſſe etiam Fratres S. Hieronymi, qui tunc erant Jeſuati, modo extincti, nunc autem ibi ſunt Jeſuitæ.

* *Gratiani à Mediolano.*

LUDOVICUS BARBO nobilis Venetus S. Georgii *in Alga* primum Canonicus; & Præfectus, mox à Greg. XII. an. 1408. Abbas S. Juſtinæ Patavinæ

crea-

Digitized by Google

L

ereatus, Benedictinæ Regulæ ibidem collapſam obſervantiam, ſtrenue, fœliciterque reſtituit, cumque doctrina, ac morum Sanctitate apprime excelleret, idem inſtitutum in pluribus aliis per Italiam Monaſteriis, qua petentibus, qua annuentibus Principibus, ac Summis Pontificibus, tum per ſe, tum per ſocios, in priſtinum vigorem egregie reparavit. Hinc Congregatio Unitatis S. Juſtinæ, quæ poſtea accedente Sacratiſſimo Caſini Montis Archiſterio, Caſinenſis dicta eſt, coaluit, cujus aſſeclæ ea morum Sanctitate, ac Monaſticæ diſciplinæ laude floruerunt, ut fere omnes alias Monaſticas Congregationes, tam in Italia, quam in aliis Europæ Regionibus, vel reformaverint, vel inſtituerint, ut in alio Catalogo Reformat. aliarum Congr. à me exarato evidenter oſtenditur; Ipſe autem Ludovicus Cœnobio S. Juſtinæ an. XXIX. ſanctiſſimè præfuit, quinquies interim Præſidis munere perſunctus; Monaſterium etiam S. Pauli de Urbe, concedente Martino V. recepit, & gubernavit, innumera omnis generis commoda ſingulis æque Cœnobiis, ac univerſæ Congregationi perpetuo afferens: à prælaudato Gregorio XII. ad Piſanum, ab Eugenio verò IV. ad Coſtantienſe Concilium, tamquam unus ex Nunciis, & Oratoribus ſuis, directus eſt., à quo eodem Pontifice Eugenio IV. anno 1437. die 15. Aprilis Epiſcopus Tarviſinus renunciatus fuit, invitus quidem, & quantum licuit, reluctans, ſed coactus parere, annis ſex cum dimidio Eccleſiam ſibi concreditam vigilantiſſime adminiſtravit. Interfuit, ſubſcripſitque Concilio Florentino an. 1439. Tandem Venetiis an. 1443. die 19. Septembr. ætatis ſuæ 63. ad laborum, ac virtutum præmia percipienda in Cælos evolavit, multa Sanctitatis opinione in terris relicta. Corpus Patavii in Monachorum exedra jacet cum hoc Epitaphio.

Mille quadringentis Domini currentibus annis
Quadraginta tribus, Septembris menſe fluente
Progenie Veneta Barbo Ludovicus in Aſtris
Mente nitens, tumulo clauſus ſepelitur in iſto.
Splendidus ille fuit, lucens virtute per Orbem
Quin etiam clemens, humilis, ſuper omnia caſtus
Almæ Juſtinæ Patavæ tunc extitit Abbas
Quum Sancti normam Benedicti conſolidavit.
Illic Italiæ celebres luſtrando per Urbes
Ornavit Monachis Chriſto famulantibus alto.
Concilii Sancti Præſes, Præfectus, & Auctor
Eccleſiæ pacem tractando, Schiſma removit.
Eugenii quarti præcepto Præſulis Orbis,
Antiſtes nolens eſt Tarviſinus inunctus.

De eo fuſiſſime in noſtra Biblioth. Lit. L. ubi etiam undecimus, ac duodecimus Epitaphii verſus explicantur; & Authores de eo agentes accuratiſſime referuntur. Iis nunc addimus Ferdi. Ughel. Ital. Sacr. tom. 5. col. 563. num. LXI. editionis Venetæ per Sebaſtianum Coleti 1720. „ Ludovicum Barbum „ nobilem Venetum S. Juſtinæ Ordin. S. Benedicti Abbatem Eugenius IV. „ Pontifex Tarviſinum adlegit Epiſcopum 1437. kalen. Maji, ſed propemodum renitentem, quippe à Monaſticæ vitæ inſtituto vix pateretur divelli. „ Præfuit ad ſex annos, nihil de priſtinæ vitæ rigore remittens, adeoque „ Tarviſinæ præfuit Eccleſiæ, ut nihilo commodior illi, quam in S. Juſtinæ „ Cœnobio fuiſſe videretur. Hic ille eſt, qui de Commendatario * Abbate „ S. Juſtinæ, factus regularis, Reformatorem ſe præbuit morum in eodem „ Cœnobio, exorſuſque eſt nobilem illam Congregationem S. Juſtinæ, quam „ ho-

* *numquam fuit Ludovicus Abbas Commendat. S. Juſtinæ, ſed à Greg. XII ex Canonico S. Georg. in Algo, conſecratus eſt Ab. regularis S. Juſtinæ Arimini 1409. vide noſtra Bibl. par. 2. pag. 82.*

L

„ hodie Caſinenſem vocamus, à S. Benedicto propemodum alter, qui colla-
„ pſum in Italia Monaſticum Ordinem reparavit, illuſtravitque; fato fun-
„ ctus eſt an. 1443. voluitque in Monaſterio S. Juſtinæ in Capitulo ſepeliri
„ cum ſequenti Epitaphio. *Mille quadringentis &c.*

Ludovicus Moreri *Grand' Dictionaire Hiſtorique* tom. 1. pag. 354. Barbo (Lovis) „ Senateur de Veniſe, vivoit dans le XV. ſiecle. Il reforma en Italie l' „ Ordre de Saint Bonoit dans la Congregation de Sainte Juſtine de Padovë, „ dit du Mont' Caſin. Le Pape Gregoire XII. l'en fit primier Abbè, & donnà à ſa vertu des loüanges, qui toutes ſublimes qu'elles fuſſent, n' etojent „ pas touteſojes au deſſus de luy. Ce fut en. 1408. qu' etant Superieur de la „ Congregation des Chanoines de Saint George, il travaillà à cette reforme.

* *Cavac. l. 4. & 5. Hiſt. S. Juſt. Lemire in orig. Bened. Maurol. lib. 1. Mar. Oceanl rel.*

M

M

MARCUS PEDOCEA, vel FEDOCEA patria Mirandulanus, nobili familia prodiit, & in Cœnobio S. Benedicti de Padolyrone agri Mantuani Monaſticis votis ſe Deo dicavit an 1544. die 21. Decembr. Pluribus virtutibus, ac ſcientiis floruit, præcipue Mathematicis, quas Sublaci in Monaſterio Sanctæ Scholaſticæ, alibique docuit. Fuit primum Generalis Procurator in Romana Curia, ac poſtea an. 1566. creatus Abbas, Cœnobium S. Vitalis Ravennæ an. 1578. adminiſtravit; demumque à Gregorio XIII Pont. Max. cui admodum charus erat, Epiſcopus Laquedonenſis* in Apulia renunciatus fuit an. 1584. quam Cathedram annos 18 cum tenuiſſet, ad cæleſtem Sedem Mantuæ in eodem ipſo S. Benedicti Cœnobio per temporalem mortem migravit an. 1602. die 27. Januar. ætatis ſuæ an. 80.

* *Lacedonia.*

Eum hiſce verbis laudat Ferd. Ughel. Ital. Sacr. tom. 6. col. 1030. & ſeq. „ Marcus Pedocea Mirandulanus Monachus S. Benedicti de Mantua Congr. Caſin. ſui ſæculi Mathematicus peritiſſimus, ex Abbate S. Vitalis Ravennæ „ delectus eſt Epiſcopus à Gregorio XIII. die 14. Maji 1584. Sedit vir probus, & doctus ann. 18. mortuuſque eſt anno 1602. „ Præterea de eo agunt Arnold. Wion Lign. Vit. par. 1. l. 2. cap. 46. pag. 384. ubi eum in Mathematicis exercitatiſſimum vocat. Petrus Ricordatus in Hiſt. Monaſt. Dial. 4. pag. 466. „ Marco della Mirandola, della nobil Caſa Piedochi, ancora è „ degno di queſto noſtro ragionamento, Abbate preſente di S. Vitale di „ Ravenna, per eſſer egli eſercitatiſſimo nella Aritmetica, e Matematica, „ nella quale ſcienza ha letto in S. Scolaſtica noſtro Monaſterio di Subiaco; è „ ne maneggi de negozj importanti vale aſſai „ Gabr. Bucel. in Benedict. Rediv. ad an. 1584. Seraph. Paſol. de Vir. Illuſtr. Raven. par. 1. pag. 380. Hieron. Faber in libro, cui titulus *Sacre memorie di Ravenna* pag. 380. ubi Mathematicum inſignem eum appellat; ſed cum illum obiiſſe dicit *in ſuo Epiſcopatu*, profecto fallitur, cum omnia Monachorum noſtrorum Regeſta, eum deceſſiſſe in S. Bened. agri Mantuani concorditer aſſerant, Felix Egger in Idea ord. Hier. Ben. l. 2. par. 2. diſſert. 4. pag. 269. ubi eum in Mathematicis eximium vocat, & iterum ibidem par. 3. diſſert. 8. pag. 524. & ſeq. ubi idem repetit.

R̃mus P. D. Marcus Pedocea Mirandulenſis hujus Cœnobii Alumnus, arduis, „ & præcipuis Congregationis Caſinenſis muneribus functus, nam ex Cellerario S. Benedicti Mant. primum, mox Procurator in Curia Romana effectus, poſtmodum ex Abbate Raven. ad Epiſcopatum Laquedonienſem à

M

„ Greg. XIII. evectus eſt, Senio tandem confectus, & maturam prope mortem prævidens, in eum, in quo adoleſcens Religionis primitias Deo ſacratus obtulit, veniens, in eodem octogenarius cum cæteris Patribus Corporis reliquias ſub quarto lapide ad noviſſimam uſque tubam ſervandas reliquit anno Domini 1601. die 27. Januarii.

Quo voluit Marcus tumulari Præſul in Urna
Gratior ei toto non fuit Orbe locus
Scilicet inde Polos tandem pars optima adiret
Unde Deo vivens ore mutatus erat.

Ita in lib. Ms. Defunct. S. Benedict. de Mantua in eodem Monaſt. exiſtente pag. 88.

MARIANUS MANNUS Siculus à Xacca Profeſſus Monaſticam Regulam in Cœnobio S. Martini de Scalis extra Panormum an. 1521. die 24. Auguſti, ab Arnold. Wione Lign. Vit. par. 1. l. 2. cap. 57. pag. 381. dicitur *Epiſcopus Nullatenenſis*, & incertæ Sedis, ut etiam in noſtris Reg. Ms. pag. 279.

MARINUS BADUARIUS Venetiis patritiâ familiâ ortus, ibidem apud D. Georgium Majorem Monachorum albo adſcribi voluit an. 1617. die 19. Jan. ab Urbano VIII. Pont. Max. an. 1641. die 1. Iulii Eccleſiæ Polanæ, ſive Pacis-Iuliæ in Hiſtria præficitur; obiit an. 1648.

De eo Gabr. Bucelin. in Ben. Rediv. Felix Egger Idea Ord. Hierar. - Ben. l. 2. par. 2. diſſ. 4. decade 4. pag. 283. in Reg. Ms. pag. 61. Ferd. Ughell. Ital. Sac. tom. 5. col. 484. n. 37. edition. Venetæ, per Sebaſt. Coleti 1717.

MAURUS PROMONTORIUS nobilis Genuen. Ordinis, & Congregat. noſtræ Monachus, D. Catharinæ in Urbe Genua Alumnus factus an. 1640. die 19. Febr. creatus fuit ab Innoc. X. Epiſcopus Albintimilii * in Liguria, & in Riparia occidentali an. 1654. die 22. Auguſti. Ita Ferd. Ughel. Ital. Sacr. tom. 4. col. 44. num. 4. edit. Venetæ an. 1719. quem tamen Marcum, pro Mauro vocat; quamobrem addit Nicolaus Coleti. Maurus [non Marcus, ut perperam appellatur ab Ughel.] cum diu hanc Eccleſiam laudabiliter rexiſſet, deceſſit 4. Jan. 1685.

* *Ventimiglia.*

MAURUS SPINULA nobili ſtemmate Genuæ natus, ibidem in Cœnobio S. Catharinæ Monachus, eidem Albintimilienſi Eccleſiæ præfuit; ut aſſerit Gabr. Buccel. in Bened. Rediv. ad an. 1664. & ex eo Felix Egger Idea Ord. Hier. - Bened. l. 2. par. 2. diſſ. 4. Decad. 4. n. 5. pag. 243. Sed Ughellus nihil omnino de hoc Mauro Spinula, nec Coletus in Addition. nec Regeſta noſtrorum Monachorum, nec monumenta Cœnobiorum Genuenſium; Quamobrem Bucellinum, & Egger lapſos hic puto, & Maurum Promontorium, cum Mauro Spinula confundere.

MICHAEL ANGELUS INUREA, Lucæ Mariæ, qui an. 1681. Reipubl. Genuen. Dux fuit, germanus frater, Genuæ item nobili familia prodiit an. 1632. an. autem 1649. in Caſinenſi Archiſterio Monachorum cætui aggregari voluit di 10. Octobr. ſuſceptumque Inſtitutum, moribus integerrimis, modeſtia præſertim, ac ſingulari humanitate, ac optima cura œconomica illuſtravit, Abbas creatus, Sublacenſe Cœnobium, duodecim, quibus illud rexit annis, tot, tantiſque emolumentis, ac beneficiis cumulavit, ut ejus potius reædificator merito dici poſſit: plurimum æs alienum diſſolvit, Templum picturis, auroque exornavit, Sacrarium pretioſa ſupellectili, candelabris, vaſiſque argenteis locupletavit, redditus, indeque Monachorum numerum auxit, Cœnobii mænia undique reſtauravit, regularem diſciplinam reſtituit. Itaque, quod hactenus in noſtra Congregatione exemplo caruerat,

exa-

M

exacta multa cum laude ſexennii adminiſtratione, juſſu Innocentii XI. procurantibus ſupremis Congregationis Moderatoribus, ad aliud ſexennium regimen ejuſdem Monaſterii ei prorogatum fuit; ut opus, quod bene cœperat, Deo adjuvante, perficeret. Ravennam poſtmodum translatus, ei quoque Monaſt. ingentes utilitates attulit, inter quas inſignis eſt turris Campanaria, quæ paulo antea magno terremotu corruerat, ex pecuniis ab ipſo paratis, poſt ejus obitum à fundamentis reſtituta. Sed dum ampliora commoda eidem meditatur, ad laborum, ac bonorum operum præmia in Cælis percipienda evocatus eſt an. 1687. bonis omnibus, ac rei Monaſticæ zelatoribus, de ejus obitu, & amiſſione valde mœrentibus. Cæterum cum majoris virtutis ſit oblatos, meritoſque honores, & dignitates contemnere, quam admiſiſſe, egregia hac laude Michael Angelus minimè eſt fraudandus, cum ipſe deſignatos ſibi haud ſemel ab eodem Summo Pontifice Innoc. XI. accedente Genuenſis Senatus deſiderio, & ſtudio, tum in Liguria Savonenſem, tum in Corſica Marianenſem *, & Accienſem unitos Epiſcopatus, invicta demiſſi animi conſtantia ultro recuſaverit, cuculloque Monaſtico infulas omnes poſthabuerit.

* *Baſtia Inſulæ caput.*

N

N

NICOLAUS MARIA DE TEDESCHIS natione Siculus, Patria Catanenſis natus eſt an. 1672. nobili admodum familia. Adoleſcens Equitibus Hieroſolymitanis, nunc Melitenſibus nuncupatis, adſcriptus, Monaſticam paulo poſt militiam eiſdem prætulit in Cœnobio S. Nicolai de Arenis an. 1686. die 8. Oct. In humanis, ſacriſque literis mire profecit. Theologiæ Doctor in patrio Licæo renunciatus, eam facultatem Romæ in noſtro D. Anſelmi Collegio plures annos cum plauſu docuit; eum Clemens XI. Pont. Max. Sacri Indicis *Conſultorem*, ſacræque Univerſalis Inquiſitionis *Qualificatorem* creavit, moxque Epiſcopum Liparitanum dixit an. 1710. die 10. Martii, fuitque conſecratus die 4. Maji ejuſdem anni. Profectus quidem ſtatim eſt ad ſuam Eccleſiam; ſed paulo poſt juſtis de cauſis Romam rediit, ubi ab eodem Pontifice Sacrarum Congregationum *Rituum*, & Examinis Epiſcoporum à *Secretis*, Sacræque Inquiſitionis *Conſultor*, & eorumdem Epiſcoporum *Examinator* fuit electus, quibus muneribus ejus doctrina, ac virtus omnino par, cunctis egregie ſatisfacit; Defuncto autem Clemente, Nicolaus Maria Epiſcopatu Liparitano dimiſſo, ab Innocentio XIII. Archiepiſcopatus Apamienſis titulum obtinuit; Nuper vero Concilii noviſſimi Lateranenſis ſub Benedicto XIII. Theologus fuit conſtitutus. Quæ omnia clare demonſtrant, quanto jure cordati viri ad Eccleſiæ utilitatem, & Religionis noſtræ decus Neſtoreos illi annos adprecentur. Vide noſtram Biblioth. L. N. ubi ejus opera enunciantur.

P

P

PETRUS MARIA ex Juſtiniana familia Genuæ Patritia, quæ olim Chii in Mari Ægeo dominium obtinuit, Caſini Monachus factus an. 1705. 1. Martii, floret hoc ipſo tempore varia eruditione utriuſque generis, ſacra videlicet, & profana, cujus pluribus lucubrationibus ſpecimen dedit. Interfuit Concilio Romano ſub Benedicto XIII. celebrato anno 1725. uti Procurator Abbatis, ac Monaſterii Caſinenſis. An. autem inſequenti 1726. ab eo-

P

dem Pontifice Maximo creatus fuit Epiſcopus Sagonenſis in Corſica die 9. Decembr. & die 22. menſis ejuſdem in Sacello Vaticani Palatii Beatiſſimæ Virgini dicato, quod S. Pii V. Capellam vocant, ab ipſomet Supremo Eccleſiæ Antiſtite Conſecrationis munere decoratus. De eo, deque ejus literariis laboribus ſuſius in noſtra Bibliotheca, quam videſis. Ejus Paſtoralis Epiſtola impreſſa Romæ an. 1727. ex Typographia Rocchi Barnabò poſtridie ſuæ Conſecrationis ſic incipit. „ Ad Sagonenſem Epiſcopatum Ven. Fratres, Filii „ dilectiſſimi ex inſperato, præterque meam, eorumque omnium, qui me „ ſcirent, opinionem, vix me D. O. M. Vicarii ſui Romani Pontificis ore „ vocaverat &c.

PETRUS VECCHIA Patavii natus nobili familia Veneta Civitate donata, (quæ cauſa, ut ſeipſum *Venetum* paſſim appellet) ibidem in Cœnobio D. Juſtinæ Monaſticæ militiæ Tyrocinium poſuit an. 1646. die 30. Novembris. Sacra Doctrina æque, ac morum probitate conſpicuus, Verbi Dei præconem admodum celebrem in præcipuis Italiæ ſuggeſtis diù egit. In noſtra Congregatione Abbatis dignitate exornatus, idem S. Juſtinæ, aliaque Cœnobia integerrimè, ac magno regularis diſciplinæ zelo adminiſtravit. Ab Innoc. XI. Epiſcopus Æmonienſis in Iſtria deſignatus ætatis ſuæ an. 43. ab Alexandro deinde VIII. ad Epiſcopatum Andrienſem in Apulia Peucetia (nunc in Provincia Terræ Barii) evectus fuit an. 1690. die 6. Martii, demumque ab Innocentio XII. an 1691. die 19. Decembris ad Melphictenſem * in eadem Apulia, Cathedram, tranſlatus, poſt quatuor annorum ſpatium Neapoli in Cœnobio Sancti Severini ſingularis pietatis ſenſu diem clauſit extremum an. 1695. die 7. Junii, ibidem tumulatus cum hoc Epitaphio. „ Petro Vecchia Veneto S. Iuſtinæ alumno, & Abbati, ab Alexandro VIII. ad Andrienſem, „ ab Innocentio XII. ad Melphictenſem infulam evecto: Severiniani Monachi, & è regione Sanctiſſimi Crucifixi Syntaphium, & ob memoriam lapi- „ dem, dederunt, poſuerunt. Obiit die 7. Junii 1695.

* Melphia.

De eo Nicolaus Coleti in Addit. Italiæ Sacr. Ughel. tom 8. Venet. 1721. col. 833. num. 39. in Epiſcopis Andrienſibus,, Petrus Venetus Abbas Caſinenſis „ Congreg. omnigena literatura præditus, unus è primis Italiæ Sacris Oratoribus; qui plures ingenii ſui partus typis dederat, & præcipue illum, cui „ titulum fecerat, *Il Tempio della Pace*, hoc Sacerdotio honeſtatur ab Alexandro VIII. an. 1690. die 6. Martii, ſed poſt breve ſpatium ad Melphictenſe tranſlatus fuit; de ipſo jam diximus tom. 1. in Epiſcop. f. 920. Tom. „ ergo 1. col. 920. n. 30. in Epiſcopis Melphictenſibus idem Coletus ſic habet.

„ Petrus Vecchia Venetus, ex Monacho, & Abbate Ord. S. Bened. Congregation. Caſinen. Epiſcopus Andrienſis, ad hanc ſedem Melphictenſem venit 19. Decembris 1691. ſibi obvenientes Eccleſiæ redditus, ut patrimonia pauperum contemplatus, conſtituto religioſo viro deſuper iis œconomo, parciſſima ſibi portione reſervata, in pauperes, & Eccleſiæ Sponſæ „ commoda abire jubebat, omnibus æque charus, annorum plenus, ſui deſiderium fecit an. 1695.

PETRUS à GENUA familia Lomellina in Caſinenſi Cœnobio D. Benedicti inſtitutis nomen dedit an. 1579. die 22. Martii; anno autem 1606. creatus fuit Epiſcopus Sagonenſis in Corſica à Paulo V. Pont. Max. Ita Gratianus Trezzi à Mediolano in Regeſto Ms. Monachorum noſtræ Congreg. pag. 260. & Auguſtinus Florentinus in ſuo Regeſt. pag. 275. & alia Regeſta; Ferdin. item Ughel. Ital. Sacr. Tom. 3 col. 525. num. 18. edit. Venet. per Sebaſtian. Coleti

leti

kti 1718. „ Petrus Lomellinus avitæ nobilitatis vir, Januæ natus, Monaſti- P
„ cam vitam, ſub D. Benedicti regula amplexus, liberaliter in ſacris literis in-
„ ſtitutus, ad hunc Epiſcopatum aſcendit, Pauli V. Pont. Max. judicio an.
„ 1606. die 20 menſis Novembr. 19. omnino annos ſatis laudabiliter hanc
„ rexit Eccleſiam, libereque reſignavit an. 1625. fatoque deinceps ceſſit,
„ quievitque in ſenectute bona.

PETRUS PAULUS RUSTICI patria Neapolit. origine tamen Florentinus, in nuper laudato Caſin. Archiſterio D. Bened. alumnus evaſit anno 1618. die 17. Junii Ab Urbano VIII. Pont. Max. cui proximo gradu erat conſanguineus, creatus fuit Epiſcopus Teleſinus * in Campania Felici primum, deinde Æſernienſis, ubi optimis moribus, & commendabili exemplo præfulgens, obiit an. 1653.

* *Teleſe in terra di lavoro.*

De eo Ferd. Ughell. Ital. Sacr. tom. 8. col. 373. num. 38. edit. Venet. 1721.
„ Petrus Paulus de Ruſticis nobili Florentina familia natus, Monachus Caſi-
„ nen. Cœnobii, ab Urbano VIII. cujus erat conſanguineus, Epiſcopatu
„ Teleſino donatus eſt die 16. Maji an. 1637. tranſlatus ad Æſernienſem Ec-
„ cleſiam anno 1643. die 14. Decembr. In Regeſt. pag. 236. „ Petrus Paulus de Ruſticis à Neapoli Profeſſus Caſini 1618. die 17. Junii; & in margine.
„ Epiſcopus Teleſinus ab Urbano VIII. poſtea Iſernienſis. *

* *Æſernienſis.*

PHILIPPUS MICHAEL ELLIS nobili familia in Anglia natus, à puero Catholicam fidem amplexus, eam ſummo ſtudio, ac invicto zelo ad obitum uſque non ſolum retinuit, ſed propugnare etiam, ac propagare pro virili conatus fuit. Duacum in Belgio ſtudiorum cauſa ſe conferens, ibidem Monaſticum Inſtitutum ſub Congregatione Anglicana in Cœnobio S. Gregorii M. profeſſus eſt an. 16 .... die ..... Ut autem Anglicanæ hujus Benedictinæ Congr. Socii peculiari voto ſacras pro fide Catholica in Anglia miſſiones obeunt, Philippus adeo ſtrenue in Apoſtolico miniſterio ſe geſſit, ut eum Innocentius XI. Pont. Max. Epiſcopum Aurelianopolitanum * creaverit, & Vicarium Apoſtolicum Principatus Walliæ, & aliquot Comitatuum Occidentalium, qui quartam Angliæ partem efficiunt, conſtituerit; Nam Anglia hodierno tempore, in quatuor Vicariatus Apoſtolicos, quatuor Regni partibus reſpondentes dividitur. Regnante poſtmodum Jacobo II. Catholico Rege, magno fuit apud omnes in honore, & exiſtimatione, ipſique Regi in paucis charus, nam & Reginæ Mariæ Eſtenſis Sacellanus, Regiſque Concionator celeberrimus, ob eloquentiam, doctrinamque à Catholicis æque, ac ab Hæterodoxis plurimum commendabatur. Mox alternante Regis fortuna, eidem in Galliam ſecedenti fideliter, & ſolus ex Epiſcopis ſemper adhæſit. Romam denique venit, unde poſtea Sublacum migravit, ubi loci Sanctitate, ac D. Benedicti memoria allectus, inter illius Proto-Cœnobii Sodales cooptari enixe petiit, obtinuitque an. 1703. die 13. Nov. Sanctis omnibus Monachis dicata. Ibi apud ſacrum Specum aliquandiu piiſſime commoratus, excitatiſque prope illum aliquot ædificiis, a Clemente XI. Pont. Max. ad Epiſcopalem ſolicitudinem revocatus, Eccleſiæ Signinæ in Latio præficitur; optimo ſane conſilio, ac felici prorſus eventu, nam & Eccleſiaſticam diſciplinam egregie promovit, & inſigne Seminarium inſtituit, proprioque ære dotavit, ubi adoleſcentes pietate, ac literis apprime imbuerentur; aunis demum, ac meritis onuſtus, ex militanti, ad triumphantem Eccleſiam per temporalem mortem tranſivit Signiæ an. 1726. die 11. Novembris. Scripſit ſtylo prorſus Liviano (erat enim non minus doctrinâ, quam pietate excellens) *Jacobi II. Magnæ Britanniæ Regis, Fidei Defenſoris, Imaginem* opus tribus libris diſtinctum.

* *De Galles.*

I. li-

P

1. titulus eſt, Jacobus Miles, 2. Jacobus Rex 3. Jacobus Sanctus. Petitionem autem ſuam his prorſus verbis concepit, & exhibuit.

Perilluſtri, & Rmo P. Abbati, nec non Ven. Conventui Sanctæ Scholaſticæ Sublacen. DD. & Confratribus Dilectiſſimis.

Philippus Michael Ellis ex Ordine S. P. N. Benedicti aſſumptus Epiſcopus Aurelianop. Principatus Walliæ, & in Occidentali Anglia Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Vicarius, SS. D. N. Noſtri Aſſiſtens, & Prælatus Domeſticus, obſervantiam, & perſeverantiam.

Nuper ſacrum illum receſſum, ubi Sanctiſſimus Patriarcha Noſter ſuper petram penè inacceſſam, ſane inconcuſſam, ſui atque adeò omnium ſequentium Ordinum fundamenta jecerat, venerabundi inviſimus, prævia charitate veſtra Fraterna. Ad ſancta illa Penetralia nunquam ante a nobis conſpecta, Cæleſtis quidam horror pectus concuſſit, voxque illa Domini, quæ ſine ſono conterit petras, eo teneritudinis, & pœnitentiæ ſenſu cor pervaſit, ut jure meritò exiſtimare liceat, quod ſpiritus Benedicti, qui rupes iſtas etiamnum inhabitat, vegetatque, veluti alter Moyſes, cujus in Monte ſolitudinem, & arcanum cum Deo colloquium, non per quadraginta dumtaxat dies, verum per totos tres annos præſeferebat, Petram percuſſerit, & fluxerint aquæ. Hæ igitur, ut fiant in nobis fons aquæ ſalientis in vitam æternam, neceſſe erit Venerabiles Patres, ac Fratres, ut ex Divina hacce Monaſticæ diſciplinæ origine, gratiarum, & compunctionis latices in Benedicti ſpecu abunde ſcaturientes largius hauriamus. Illuc igitur ut facilius recurratur, & vehementiori cordis ſiti, vel ob viciniam, appetatur ad Petram unde exciſi ſumus, & ad foramen lacus, unde formati ſumus, conſedere, ſi per Vos id liceat, Ven. Fratres, accedente beneplacito Apoſtolico, in Domino ſtatuimus. Huic autem voto noſtro favere videtur divina Providentia, quandoquidem habitatio illa, ſive appartamentum, quod bon. mem. Epiſcopus Barſottus erexerat, jam ad ruinam procumbat, Hoſpitemque, & manus reparatrices omni ſui parte efflagitet. Hujus igitur reparatio, & cultura cum non nihil ad ſacri Penetralis decus, & ornamentum adſerre poſſet, eam provinciam nobis demandari, cum facultate inhabitandi, & ſacra illa ſolitudine gaudendi, humillimè, & peramanter petimus. Cum autem Monaſterium Sancti Benedicti ad Specum, Conventui S. Scholaſticæ omnino uniatur, & ſubſit, Vos Confratres noſtros, Rmum Patrem Abbatem, & Ven. Capitulum, Conſilium, & Diſcretos ejuſdem Abbatiæ Sanctæ Scholaſticæ obſecramus, ut Nos, licet immeritos, ad omnia Jura, & Privilegia Filiationis præfatorum Monaſteriorum Sanctorum Benedicti, & Scholaſticæ, tam conjunctim, quam ſeparatim, eodemque modo, ac ſi in alterutro Profeſſionem Monaſticam emiſerimus, admittere, & acceptare, quantum penes Vos eſt, dignemini; Ita tamen, & ea lege, ut nullo umquam tempore gravare Monaſterium quo ad victum, aut ullas prorſus expenſas, virtute, aut prætextu ejuſmodi filiationis valeamus; nec domeſticorum, ſive inſervientium numero ſolitudinem, & regularitatem interpellare, ſed uno, aut altero inſerviente, perſonis morigeratis, & piis, prò vitæ religioſæ inſtituto contenti ſimus. Hanc ergo à Nobis humiliter expetitam gratiam, quam officiis ſovere numquam ceſſabimus, conſenſu veſtro Capitulariter habito, & Sigillo Monaſterii munito, perpetua firmitate ſtabiliri rogamus.

Datum Caſtro in Sublacenſi Idibus Novembris ipſo die omnibus SS. Monachis Ordinis noſtri Sacro Anni MDCCII.

Annuit Rmus P. Abbas, omneſque Monachi Sacri Protomonaſterii Sublacenſis

piæ

Digitized by Google

P

piæ petitioni Illm̃i, ac Rm̃i Epiſcopi, & Monachi præfati; ipſum tamquam Monachum ipſius Monaſterii expreſsè Profeſſum acceptarunt, & ſolemniter admiſerunt; In quorum fidem ſe manu propria eorum quiſque ſubſcripſit &c. An. Dom. 1702.

D. Angelus ab Urbe Abbas.
D. Joſeph à Tibure Cellerarius.
D. Hippolytus à Placentia P. Mag. Nov.
D. Hieronymus à Placentia Presbyter,
D. Maurus ab Arimino Presbyter,
D. Idelphonſus à Bononia Presbyter.
D. Clemens ab Urbe Profeſſus.
D. Franciſcus Maria ab Urbe Profeſſus.

PHILIPPUS TANI natione Romanus, Monachis D. Pauli de Urbe adſcriptus eſt an. 1649. die 24. Junii. Scholaſticas diſciplinas variis in Cœnobiis docuit; Conciones ſacras, Panegyricas, & Academicas Orationes plurimas habuit; Romæ ſacri Indicis *Conſultor fuit*; Ubique haud vulgaris doctrinæ famam obtinuit. In noſtra Congregatione Clauſtralis Prior, ac deinde Abbatis titulo honeſtatus, innocentis vitæ exemplo omnibus venerandus. An. 1686. ab Innocentio XI. Epiſcopus Civitatis-Ducalis in Samnio creatus fuit, quam Eccleſiam annis omnino 27. integgerrime gubernavit. Romæ tandem, in noſtris D. Caliſti æſtivis ædibus, quò jam dudum Epiſcopatus curis relictis, ſeſe receperat an. 1710. morbis, ac ſenio confectus, animam Deo reddidit an. 1712. die 2. Januarii ætatis ſuæ 83. in Baſilica S. Pauli ſepultus.

De eo Julius Ambr. Luc. in Ital. Sacr. aucta &c. pag. 1147. „ Cornelii Margarini Bullarii Caſinenſis Authoris ex ſorore nepos amænis diſciplinis, & gravioribus ſcientiis ornatus, eaſdem diverſis in Cœnobiis Monachis tradidit, Rethor celebris, & Orator eximius verbi Dei, non ſolum in Eccleſiarum ſuggeſtis, ſed etiam in Academiis celebrioribus orationes facundiſſimas habuit. Conſultor Sacræ Congregationis Indicis, an. 1686. menſe Aprili ab Innoc. XI. Epiſcopus Civitatis - Ducalis creatus eſt. Clerum ad opera pietatis verbo, & exemplo excitare ſtuduit, candore vitæ, verbi Dei prædicatione, gravitate morum præfulgens, forma factus gregis ex animo, Cathedralem Eccleſiam novo ſacello, aliiſque ornamentis, Epiſcopale Palatium novis ædificiis ampliando, plura loca pia inſtaurando nihil omiſit, quod ad boni Paſtoris officium pertineret. „ Nos quoque in noſtra Bibl. ubi ejus lucubrationes recenſemus. * De eo in noſtra Bibl. L. G.

Nicolaus Coleti Ital. Sacr. Ughel. tom. 1. col. 606. num. 15. „ Philippus Tani Romanus Monachus, & Abbas Ordinis S. Benedicti Congr. Caſinen. Indicis Congr. Conſultor, ad hujus Eccleſiæ gubernacula aſſumptus eſt die 1. Aprilis an. 1686. plura ſcripſit uſque modo, & multa evulgavit opuſcula* (Lucen.) Obiit autem Philippus Romæ 1711. ultima die Decembr. ſeu potius prima die ineuntis anni 1712. „ In margine autem „ De quo vide Bibliot. Romanam Cl. Viri Equitis Proſperi Mandoſii, Centuria 2. n. marginal. 85. * Id eſt Julius Ambroſius Lucenti, ex quo Coletus ſumpſit.

PIUS LOTHERIUS nobili genere Neapoli natus; Florentiâ tamen oriundus, in ſacro Caſin. Cœnobio ſub D. Benedicti regula ſe Deo dicavit anno 1553. die 19. Martii. Juris utriuſque peritia excelluit, divinis Scripturis, & Eccleſiaſtica doctrina perquam inſtructus, pietate vero, ac religione præſtantiſſimus, fuit Prior S. Severini Neapolis an. 1576. quo tempore à Gregorio XIII. Fundanus * in Latio Epiſcopus creatus eſt die 30. Januarii, 25. à ſuſcepto Mo- * Fondi.

Digitized by Google

P

Monaſtico inſtituto. Obiit Caſini, ibique in Monachorum tumulo ſepultus fuit an. 1592.

De eo Arn. Wion. Lign. Vit. par. 1. l. 2. cap. 42. pag. 316. „ D. Pius patria „ Neapolitanus, ex antiqua Lotheriorum familia, Monachus Monaſterii „ Caſin. & Prior. S. Severini in Civitate Neapolis; Vir religione, & bonita- „ te perſpicuus, anno aſſumpti Religionis 25. à Papa Gregorio XIII. Epiſco- „ pus Fundanus creatus, ſumma vigilantia gregem ſuum cuſtodivit; obiit Ca- „ ſin. an. 1592. „ Placidus Romanus in Supplemento ad Petrum Diac. de Viris Illuſtr. Caſin. cap. 27. & Jo: Baptiſta Marus in Annot. ad idem caput, ubi eum non ſolum ab inſigni morum probitate, ſed etiam a flagrantiſſ. Eccleſiaſticæ libertatis defendendæ zelo collaudat. „ Ferd. Ughell. Ital. Sacr. tom. 1. col. 776. editionis Romanæ 1644. edition. verò Venetæ 1717. col. 732. num. 44. „ nobilis Neapolitanus, creatus eſt Epiſcopus Fundanus 1576. „ die 30. Jan. acerrimus Eccleſiaſticæ libertatis defenſor: Epiſcopale palatium „ extruxit; In Monte Caſino deceſſit an. 1592. ibidemque tumulatus quie- ſcit. „ Jul. Ambr. Lucen. in Ital. Sacr. Reſtricta Aucta &c. pag. 1018. „ Pius „ Lotherius Nobilis Neapolitanus Fundorum Epiſcopus, Caſinum ad Mona- „ chorum gremium convolavit, & jam propinquæ mortis conſcius, in Mo- „ naſterii cellula cæleſtibus intentus meditationibus, veſtibus, & obſervantiis „ diſciplinæ regularis, unus ex cæteris Monachis adjudicatus, immortalibus „ inferendus, mortem obiit an. 1591.* & in Monachorum Oſſuario ſuas exu- „ vias recondi exoravit. „ Gabriel Bucel. in Bened. Rediv. ad an 1592. Felix Egger in Idea Ord. Hierarch. - Bened. l. 2. par 2. diſſert. 4. num. 4. Decad. 3. pag. 269. „ Pius Caſinas Monachus ex Illuſtri Lotheriorum familia Ju- „ ris ſacri, civiliſque apprimè gnarus, à Gregorio XIII. Fundanus Epiſco- „ pus creatus eſt anno 1580. „ In Reg. pag. 272. in marg. „ Prior Neapolis, „ creatus Epiſ. Fundi; fuit vir pietate, ac Religione ſummus: obiit 1592.

* 1591.

PLACIDUS PAVANELLUS patria Patavinus, Monaſticæ militiæ apud D. Juſtinam rudimenta poſuit an. 1430. die 30. Novemb. Fuit Abbas S. Pauli de Urbe, & Cubicularius Eugenii IV. Pont. Max. ab eoque virtutum, ac *doctrinæ* ipſius opinione & experimento permoto ad reformationem Monachorum Vallis - Umbroſæ deſignatus, & Generalis Abbas perpetuus conſtitutus an. 1434. eam Congreg. annis circiter 13. pietatis, prudentiæ, juſtitiæ, & regularis zeli laude in optimum ſtatum redegit. Anno autem 1447. juſſu Nicolai V. Pont. Max. cui in paucis erat charus, & intimus (ſicuti etiam Coſmo Magno Patri Patriæ,) ad Biblenſem primum ſedem aſſumptus fuit, mox ad Parentinam Cathedram tranſlatus, demumque anno 1458. a Caliſto III. Torcellenſis Epiſcopus conſtitutus, ubi plenus dierum, ac bonorum operum ad Cælum migravit anno 1466. ibidem tumulatus.

De eo Arnold. Wion Lign. Vit. par. 1. l. 1. c. 34. pag. 55. *In Generalibus Perpetuis* Ordin. Vallis Umbroſæ „ Placidus Pavanellus Monachus * Monaſterii „ S. Benedicti de Mantua Congreg. S. Juſtinæ, an. 1434. Generalis XXIX. „ & Abbas Vallis Umbroſæ ab Eugenio Papa IV. creatus: Præfuit Congr. „ annis plus minus 13. & an. 1447. ab Nicolao Papa V. Epiſc. Biblæ renun- „ ciatus, poſtea Parentinus, mox Torcellanus, ubi ſenectute gravis anno „ Chriſti 1466. diem obiit, & ibidem ſepultus eſt „ Angelus Port. in lib. cui tit. *Della Felicità di Padova*, lib. 9. c. 21. pag. 435. Bernardinus Scar. *de Antiquitate Urbis Paduæ* l. 2. claſſe 6. c. 55. Jacob. Cavac. Hiſt. S. Juſtinæ l. 5. pag. 149. ad an. 1467. „ Floruit eo tempore D. Placidus Pavanelius Mona- „ chus noſter *, olim familiaris Eugenii IV. Pont. Max. Abbas Generalis „ Val-

* *Idest de familia &c.*

* *Id est Profeſſus, ut dicimus, Monaſterii S. Juſtinæ.*

Digitized by Google

„ Vallis-Umbroſæ, deinde Epiſcopus Torcellanus: Plura de ipſius integri-„ tate, & eruditione legas apud Scard. l. 2. c. 55. Biblioth. quam ſibi ſtudio-„ ſe confecerat, hæredes dixit Cœnobitas noſtros. „ Eudoxius Locatellus lib. 1. c. 66. Auguſt. Fortunius Camaldulenſis l. 2. c. 66. & 68. Plac. Puc. in Nomenclatura Abbatum pag. 26. ubi narrat, eum fuiſſe Theologum, & Conſiliarium Reipublicæ Florentinæ, à qua miſſus fuit Ferrariam Orator ad Eugenium IV. & adſuiſſe Concilio Floren. antequam eſſet Epiſcopus. „ Et in „ Appar. Hiſt. de Viris Illuſtr. Abbat. Florent. c. 10. pag. 77. & ſeq. vocat „ eum virum vitæ venerabilis, Cubicularium Eugenii IV. Abb. Generalem Vallis-Umbroſæ, & à Secretis Reipublicæ Florentinæ citatque de eo agentes Fort. Ulmum, Conſt. Cajetanum, Hieronymum à Potentia de Viris Illuſtribus S. Juſtinæ Patav. Fortunatum Scholam, alioſque: Et in Vita B. Gometii pag. 16. narrat Eug. Papam IV. an. 1434. ut declinaret turbas, & inſidias evaderet, quas ei magis magiſque in dies inimici ſtruebant, incognitum, cuculloque Monachali indutum Roma diſceſſiſſe, comitantibus duobus Monachis Benedictinis, Arſenio nempe Leodienſi, & Plac. Pavanello, qui ejus erant Cubicularii ſecreti. Denique in Chronico Abbat. Florent. pag. 38. & ſeq. quam quia plura peculiaria, ac ſcitu digna continet, hic exſcribere non piguit.

„ Quanto à Placido Riformatore de Vallombroſani, lo ritroviamo della fa-„ miglia *Pavanella* di Padova. Queſti già Dottore, e pratico della Corte, „ intimo del Cardinal Condolmieri, è forſe ancora ſuo Cortigiano, moſſo „ dall' eſemplarità di D. Ludovico Barbo, abbandonato li proprj commodi, „ è le vanità mondane, portatoſi à piedi del detto Barbo, s' arrollò alla mili-„ tia Monaſtica in S. Giuſtina, ſotto il Magiſtero del medeſimo Ludovico l' „ an. 1430. l' ultimo giorno del meſe di Novembre, Aſceſo al Seggio Ponti-„ ficio il Cardinal Condolmieri col nome di Eugenio IV. ricordevole dell' „ ottime qualità di Placido, lo chiamò à ſe, creandolo ſuo Cameriere, & „ Abbate di S. Paolo: Per le ſedizioni, è guerre de Colonneſi contro d' „ Eugenio, D. Placido inſieme con D. Arſenio Belga pur Cameriere ſecreto „ del medeſimo Pontefice, è Monaco di S. Paolo, ſi portarono con celerità „ da Eugenio, è veſtitolo della cocolla Monaſtica, da Traſtevere il conduſ-„ ſero ſconoſciuto fuori di Roma al loro Monaſtero, & indi ſopra di picciola „ barchetta per il Tevere lo traghettarono alla marina, ſervendolo fin' à Piſa, „ & indi à Fiorenza, dove l'anno 1434. dal medeſimo Pontefice fù creato „ Generale, è Riformatore de Monaci Vallombroſani. Preſo il governo „ chieſe in ſuo ajuto per la Riforma li noſtri Monaci, che perciò Eugenio l' „ an. 1437. per ſue lettere date in Bologna, ordina à Gomezio mandarli à „ Vallombroſa, col mezzo de quali Placido riduſſe il tutto alla perfetta oſſer-„ vanza; & oltre di ciò reſtaurò quel Monaſtero mettendo ſopra d' una por-„ ta la ſua Arma, con quella del Pontefice Eugenio, & à ſpeſe proprie fece „ la Mitra giojellata, e molti pretioſi apparati Sacerdotali, & arazzi, & à „ ſpeſe pubbliche fece fare un Buſto d' Argento, nel quale racchiuſe la Teſta „ di S. Gio: Gualberto, che ſi conſerva nell' Abbadia di Paſſignano. Reſtau-„ rò l' Abbadia di S. Ellero, e riacquiſtò le poſſeſſioni alienate da ſuoi ante-„ ceſſori. Unì, & incorporò all' Abbadia di S. Salvi, il Priorato di S. Gior-„ gio, ora S. Spirito in Fiorenza, dove da Giovanni Canigiani fù eretto un „ Collegio di Sacrate Vergini del medeſimo ordine Vallombroſano. Dalla „ Republica fù eletto Secretario, e di poi ſpedito Oratore con altri nobili „ Fiorentini ad Eugenio IV. in Bologna, dal quale fù ricevuto con ſingolare „ dimoſtrazione d' affetto, e d' onorcvolezza; è quì concluſe li più impor-

P

„ tanti affari, e della Republica Fiorentina, e d' altri Potentati ancora. In-
„ tervenne al Concilio Fiorentino, e dal medeſimo Pontefice ebbe l' eſecu-
„ zione delle Bolle per il Monaſtero di S. Ilario di Galeata (gia ottenute dal
„ Ven. Ambrogio Generale Camaldoleſe) conſegnandole coll' altre del
„ Generalato à D. Franceſco Priore di S. Benedetto, il quale paſsò à miglior
„ vita nel Sacro Eremo di Camaldoli l' an. 1454. Rifiutò l' offerta corteſe
„ dell' Abbadia di Fieſole fattagli dal gran Coſimo Medici, da Nicolao V. fù
„ aſſunto al Veſcovato Biblenſe, indi di Parenza nell' Iſtria, & in fine da Ca-
„ liſto III. l' an. 1458. fù traslato alla Cattedrale di Torcello, ove compì fe-
„ licemente il periodo de ſuoi giorni l' anno 1466. & in nobile tomba di mar-
„ mo fino fù racchiuſo il ſuo cadavero in quella Cattedrale con una elegante
„ iſcrizione, che nella riſtaurazione di quel Tempio reſtò ſoppreſſa. Laſciò
„ al Monaſtero di S. Giuſtina, del quale n' era Profeſſo, la ſua Libraria, &
„ a quello di S. Giorgio Maggiore di Venezia il ſuo Pontificale. Dall' Abba-
„ te D. Girolamo da Potenza gli vengono aſſegnati li ſeguenti verſi ſepolcrali.

Mors mortis mortem morti, ſi morte dediſſet
Hic foret in terris, aut integer aſtra petiſſet,
Sed quia diſſolvi fecerat ſic cuncta neceſſe
Oſſa tenet Saxum, melior pars gaudet in Axe.

Bulla autem Eugenii IV. ad Gometium pro Pavanello, talis eſt.

EUGENIUS PAPA IV.

Dilecto Filio Gometio Abbati Florentino.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Poſteaquam dilectum fi-lium Placidum Pavanellum Cubicularium noſtrum, creavimus Abbatem Vallis Umbroſæ, & illius Ordinis Generalem, nulla ipſum re magis indigere conſideravimus, quam Monachis in Obſervantia regulari vivere conſuetis, quibus Ordinem illum hactenus caruiſſe ſcimus, quare cum tua devotio, largiente humilitati, & manſuetudini tuæ gratiarum authore Domino, præſtantes hujuſmodi habeat Monachos, eamdem hortamur, requirimuſque, ut aliquot ex ipſis Monachis tuis eidem Placido Abbati velis dare, tandiu ſecum futuros etiam in habitu tuo, quoad, & ſuos, quos in Ordine reperit, & alios, quos inſtituit, ad debitam vivendi normam poterit perducere; quod quidem illi facilius non dubitamus futurum, ſi præfatos ex tuis ſecum habebit, quorum exemplo Novitii invitentur: Quamquam verò non dubitemus, te qua es erga omnes charitate, hunc quem noſti creaturam noſtram eſſe, favoribus quibuſcumque poſſibilibus proſequuturum, ut tamen ejus tyrocinia veteranus Abbas adjuves, & conſilio illi, directione, & ubi oporteat, rebus, & opera ſis adjumento, eamdem devotionem tuam iterato hortamur, & quam poſſumus ſtricte ſuademus. Datum Bononiæ ſub annulo noſtro ſecreto 17. die Junii 1436. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

✠ Eugenius Papa IV.

„ Præterea de eo agunt Venantius Simii in Catalogo Virorum Illuſtr. Congreg.
„ Vallis - Umbroſæ, cujus erat ipſe Procurat. Generalis in Romana Curia,
„ edito Romæ an. 1693. pag. 252. & ſeq. & pag. 316. ubi eum aſſerit fuiſſe à
„ *Secretis* Eugenii IV. in Concilio Florentino, ejus verba hæc ſunt mutuata
„ pro majori parte ex Ferdinando Ughell. „ Placidus Pavanelli Patavinus
„ Congregationis primum S. Juſtinæ de Patavio Monachus, commendatione
„ virtutis ſuæ tantam collegit gratiam apud Eugenium IV. Pontificem, cui à
„ ſecretis inſerviit in Concilio Florentino, ut ab eodem mox per Pontificium
„ Diploma conſtitutus ſit Abbas General. Congr. Vallis - Umbroſæ. Hanc

„ ad

P

„ ad annos quindecim ſapienter gubernavit; donec à Nicolao Papa V. circa „ annum ſalutis 1448. inſignitus eſt titulo Bibleuſis Eccleſiæ, & paulo poſt ad „ Parentinam Cathedralem tranſlatus fuit. De anno vero Domini 1458. ut „ refert Abbas Ughellus, iterum mutata reſidentia evaſit Epiſcopus Torcel- „ lanus; & Torcelli non multos poſt menſes fere capularis ſenex deceſſit, & „ ibi in Templo S. Joannis Evangeliſtæ, quod eſt Monialium, fuit ſepultus. „ Præter Ughell. meminere hujus Illuſtris viri Arnol. Wion, Bernard. del „ Sera, Eudoxius Locatellus, & alii Scriptores, qui eum celebrant ab au- „ ſteritate Vitæ, quam in ſe ipſo profeſſus eſt, & à rigore Monaſticæ diſci- „ plinæ, quam Generalis Vallombroſanorum ab eis voluit. Accedens ad eos „ veluti alter Jo: Baptiſta in ſpiritu, & virtute Eliæ, vinum & ſiceram non „ bibens omnibus diebus vitæ ſuæ, (nam fuit à natura etiam abſtemius) & „ prædicans Baptiſmum Pœnitentiæ in remiſſionem præteritarum tranſgreſ- „ ſionum: odioſa quidem concio apud aures amantium libertatem Monachis „ indebitam, apud quos parum fuit acceptus; ſed aliunde ex hoc ipſo magis „ Deo gratus, cui tantum placere ſtuduit, & non hominibus, cautus factus „ ab illis Pauli verbis, quibus ipſe ait: ſi hominibus placerem, Chriſti ſer- „ vus non eſſem, placuit igitur Deo, & inventus eſt Juſtus.

Ferd. Ughel. Ital. Sacr. tom. 5. col. 411. in Epiſcopis Parentinis num. XLVII. edit. Venetæ apud Sebaſt. Coleti 1722. & eodem tom. 5. col. 1407. num. L. 1. in Epiſcopis Torcellanis. Addit autem Nicolaus Coleti ibidem hæc.

Placidus Pavanellus è Parentina ad hanc Cathedram tranſlatus eſt nonniſi an. 1464. die 14. Novembr. ut ſequentes Pauli II. literæ Torcellanis Civibus datæ luculenter teſtantur. „ Paulus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Fi- „ liis Populo Civitatis, & Diœceſis Torcellanæ Salutem, & Apoſtolicam „ Benedictionem. Hodie Venerab. Fr. noſtrum Placidum Torcell. tunc Pa- „ rentin. Epiſcopum à vinculo, quo Parentinæ Eccleſiæ, cui tunc præerat, „ tenebatur, de Fratr. noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitu- „ dine abſolventes, ipſum ad Torcellanam Eccleſiam tunc vacantem duxi- „ mus auctoritate Apoſtolica transferendum, præficiendo ipſum eidem Ec- „ cleſiæ in Epiſcopum, & Paſtorem, prout in noſtris inde confectis literis „ plenius continetur, quo circa Univerſitatem veſtram rogamus, & horta- „ mur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eumdem „ Epiſcopum tamquam Patrem, & Paſtorem animarum veſtrarum grato „ admittentes honore, exhibeatis eidem obedientiam, & reverentiam debi- „ tas, & devotas, ac ipſius monitis, & mandatis humiliter attendatis, ita „ quod ipſe in vobis devotionis filios, & vos in eo per conſequens Patrem in- „ veniſſe benevolum gaudeatis. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incar- „ nationis Domini 1464. 18. Kal. Decembr. Pont. anno primo.

Ejuſdem tenoris, & temporis extant aliæ literæ ab eodem Pontifice Capitulo Torcellano ſcriptæ. Vivebat adhuc Placidus anno 1471. die 27. Jan. quo Prioriſſa S. Jacobi de Muriano eidem ſequens præſtitit juramentum.

In Chriſti nomine Amen.

„ Juro ego Marietta Ognibò Prioriſſa Monaſterii S. Jacobi de Muriano Torcel- „ lanæ Diœceſis, quod ab hac hora in antea fidelis ero, & obediens S. Matri „ Eccleſiæ Torcellanæ, Vobiſque Domino meo D. Placido Pavanello Epi- „ ſcopo Torcellano, & veſtris Succeſſoribus canonicè intrantibus, & quod „ non ero in conſilio, dicto vel facto, quod vitam perdatis, ſeù perdant, „ aut membrum, ſeù capiamini, vel capiantur mala captione; Conſilium, „ quod mihi per Vos, vel per ſe, aut per veſtras literas, aut Nuncios mani-

„ feſta-

P

„ feſtabitis, aut manifeſtabunt, ad veſtrum, vel etiam eorum damnum nul-
„ li pandam. Veſtros, vel eorum Nuncios, & familiares, honorificè tracta-
„ bo, vocataque ad Synodum veniam, vel Nuncium mittam legitimum,
„ niſi fuero Canonice præpedita: & ſingulis annis de Menſe Martii dabo, &
„ ſolvam Eccleſiæ Torcellanæ Marciaticam, & ſingulis annis dies 8. ante
„ feſtum S. Jacobi Vobis, & Succeſſoribus veſtris præſentabo, ſeù præſenta-
„ ri faciam pro annunciatione ipſius feſti duas ampullas boni vini puri: &
„ ſimiliter Capitulo Eccleſiæ veſtræ Torcellanæ pro dicto Feſto duas alias
„ ampullas boni vini, & in Feſto Paſchæ Reſurrect. Domini, ſeù in die Jovis
„ Sancti dicto Capitulo unum cereum librarum ſexdecim cum granis quin-
„ que incenſi, & in octava Paſchæ Reſurrectionis Domini, quando veneri-
„ tis Murianum, Vos, & Succeſſores veſtros honorabo cum Campanarum
„ pulſatione, & Vobis, & Succeſſoribus veſtris obedientiam faciam manua-
„ lem; & omnia alia debita obſequia, & honorificientias, quas de jure, &
„ antiqua conſuetudine teneor, Vobis, & Eccleſiæ veſtræ Torcellanæ præ-
„ dictæ ſemper faciam bono fine, & ſine fraude, niſi abſolvar de veſtra, aut
„ eorum licentia: Bona autem mobilia, & immobilia, & Theſauros dicti
„ Monaſterii, & Eccleſiæ, in quantum potero augmentabo ea, & eos non
„ alienabo, non livellabo, non infeudabo, & non impignorabo, nec alias
„ quomodolibet obligabo abſque auctoritate, & licentia S. Sedis Apoſtoli-
„ cæ. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Actum in Eccle-
„ ſia Monaſterii S. Jacobi de Muriano, coram altare majori, coram præfato
„ R. D. Epiſcopo, præſentibus venerabil. viris D. D. Petro Joanne de Ange-
„ lis Plebano S. Mariæ de Muriano, Præsbyt. Laurentio Titulato dictæ Ec-
„ cleſiæ, Presbyt. Angelo Dal Aquila Capituli dictæ Eccleſiæ teſtibus, & aliis
„ quam pluribus an. 1471. die vero 27. menſis Januarii Indictione 4. Ego
„ Franciſcus Rubeus Archidiaconus Torcellanus, nec non Eccleſiæ S. Mar-
„ tini de Muriano Plebanus, publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Ju-
„ dex ordinarius, prædictis omnibus interfui, & rogatus tam à præfata D.
„ Prioriſſa ſcribere, ſcripſi. ſignumque meum conſuetum appoſui, & in fi-
„ dem omnium propria manu me ss.

Extat hujus documenti authenticum exemplar deſcriptum in libro reddituum Canonicorum Torcellan. nec deſunt in Prætorii Torcellani Archivo complura monumenta hujus Epiſcopi viventis mentionem facientia ab anno 1464. ad 1471. quo debitum naturæ perſolvit. (Bonolus.)

PLACIDUS de BAUCIO nobili, antiquaque proſapia Capuæ ortus eſt; & in Cœnobio S. Laurentii de Averſa Monaſticæ militiæ nomen dedit an. 16... ejuſdemque Monaſterii bis Abbas fuit, ſicut etiam S. Pauli de Vrbe ab an. 1697. uſque ad annum 1703. quibus Cœnobiis haud modicam utilitatem cura, ac induſtria œconomica attulit, præſertim in ære alieno diſſolvendo. Cumque præterea morum integritate, ac ſuavitate polleret ab Innocentio XII. Epiſopus primum Montis Peluſii, ac deinde Venuſiæ (utraque Urbs eſt in Lucania, quæ nunc Baſilicata) electus fuit. Vidi ego ipſe optimum Cardinalem Leandrum Colloredum ad S. Paulum pergentem, ut Placido Pontificiam electionem patefaceret; ſed ille ea fuit animi modeſtia, ac voluntaria demiſſione, ut nullo pacto ad Epiſcopatum recipiendum adduci potuerit. Potiori itaque jure inter Epiſcopos Placidus eſt recenſendus, qui ad Epiſcopale munus meritum habuit, & illud oblatum, (quod rariſſimi exempli eſt) infracto animo contempſit. Obiit Averſæ an. 17... dum ibidem iterum Abbas eſſet.

RA-

Digitized by Google

R

R

RAPHAEL RIARIUS Neapoli natus, à Savona tamen in Liguria oriundus; in Cœnobio Caſinenſi Monaſticæ militiæ adſcriptus fuit an. 1644. die 8. Decembr. evaſit deinde Abbas in noſtra Congregatione & anno 1674. electus fuit à Clemente X. Pont. Max. Epiſcopus Montis Peluſii in Baſilicata Regni Neapolitani provincia; præfuitque annis omnino decem; poſt quos ad laborum præmia in Cælis percipienda commigravit.

De eo Jul. Ambroſ. Luc. in Ital. Sacr. Ughell. reſtr. aucta &c. pag. 1069. & Nic. Coleti in Addit. ejuſdem Ital. Sacr. Ughell. tom. 1. col. 1001. n. 31. „ Raphael Riarius Monachus, & Abbas Caſinen. Nobilis Savonenſis 50. ætatis „ ſuæ an. hoc Epiſcopatu dignatus eſt 7. Maji 1674. decem annos in hoc mu„ nere digniſſime abſumpſit, deſiitque eſſe inter mortales.

ROBERTUS ALTOVITI Bindi filius nobili valde familia Florentiæ prodiit, ibidemque in S.Mariæ Cœnobio noſtræ Regulæ nomen dedit an. 1485. die 17. April. cujus etiam Cœnobii poſtea Prior fuit, quo tempore Epiſcopatum pluries ab Alexandro VI. Pont. Max. fratre ſuo procurante ſibi oblatum rara humilitate recuſavit. Sed tantummodo ejuſdem, ac alterius fratris importunitate victus, Abbatiæ Buggianenſis *Commendam* admiſit anno 1510. quam tamen anno 1514. Leonis X. permiſſione Abbatiæ Florentinæ in perpetuum univit, privatuſque aliquot annis ibidem degens, ſpiritum piiſſime Deo reddidit, optimi Monachi fama relicta circa annum 1519.

De eo Petrus Ricord. Hiſt. Mon. par. ſeu Dial. 4. pag. 471. a tergo „ Ritrovan„ doſi Priore di detta Badia, gli fu dal ſuo Fratello (il quale allora era Data„ rio, credo di Papa Aleſſandro Borgia) più volte volſuto dare un Veſcova„ do, ma egli, che ardentiſſimamente amava la Religione, come quello, „ che di eſſa da teneri anni s'era veſtito, & eſſa haveva eletta per ſua quiete, „ e come buon ſuo Figliuolo, non la volſe mai abbandonare, anteponendo„ la ſempre ad ogn'altra coſa; ma ſolo accettò la Badia di Buggiano di Val„ dinievole, patria qui del noſtro D. Pietro &c. Plac. Puc. in Chron. Abbatiæ Florent. pag. 133. „ Queſti eſſendo dotato di Virtù ſingolari, rinunziò „ il Veſcovato offertogli da Aleſſandro VI. mentre fù Priore l'an. 1510. per „ le iſtanze fattegli non ordinarie da Antonio, è da Ottone ſuoi Fratelli, „ (che l'uno fù Arciveſcovo di Fiorenza, è l'altro Prepoſto di Prato) ac„ cettò la Commenda dell'Abbadia di Buggiano, la quale l'anno 1514. la „ rinunziò col conſenſo di Leone X. al noſtro Monaſtero, come al num. 68. „ è con la fama di perfetto Religioſo paſsò all'altra vita circa l'anno 1519. „ ebbe ſingolare amicizia con Pico della Mirandola, è con Girolamo Beuivieni, celeberrimi ſuggetti, è compagni individui di que' tempi &c.

Jure ergo inter Epiſcopos Robertus eſt recenſendus, qui magna quidem virtute Epiſcopatum promeruit, ſed oblatum, adhuc majori contempſit.

Digitized by Google

S

S

SEBASTIANUS MILLAZZUS, vel Milatius à Vigiliis *, Monaſterii S. Severini Urbis Neapolis alumnus effectus anno 1651. die 24. Sept. Sacram Theologiam longo tempore tradidit, & in eodem S. Severini Cœnobio Prioris Clauſtralis munus exercuit: anno autem 1688. die 20. Februarii ab Innoc. XI. Pont. Max. Epiſcop. Lavelli in Apulia Montuoſa, nunc Baſilicata, creatus, annis undecim laudabiliter illi Eccleſiæ præfuit, annoque 1699. die 30. Auguſti ad cæleſtem patriam tranſivit.

* *In Apulia.*

De eo Nicol. Col. in Addit. Ital. Sacr. Ughel. tom. 7. col. 745. num. 47. ubi nobilem Vigilienſem eum fuiſſe autumat. Ben. Laudati in Brev. Chron. S. Sever. pag. 368.

SIMPLICIVS CARAVITA nobili genere Neapoli prodiit, & ibidem in Cœnobio S. Severini Monaſticæ Regulæ ſuave jugum ſubiit anno 1656. die 13 Nov. tum ſcientia, tum probitate floruit, quamobrem & Tyronum Magiſter in regulari obſervantia eos diligenter inſtituit, & Diſcipulorum Præceptor Scholaſticis facultatibus eoſdem egregie imbuit. Ab Innoc. XI. ejus virtutum fama allecto ad Archiepiſcopatum Amalphitanum in Principatu citeriori, Neapolitani regni provincia, evectus fuit anno 1682. die 25. Maji, eamque Eccleſiam magna paſtoralis ſollicitudinis, & vigilantiæ laude gubernavit annis undeviginti, poſt quos temporalem vitam æterna commutavit an. 1701. die 1. Februarii.

De eo Nic. Coleti in Addition. Ital. Sacr. Vghellianæ tom. 7. col. 256. n. LXII. edit. Venetæ, per Sebaſt. Coleti „ Simplicius Caravita nobili Neapolitana „ proſapia genitus, Monachus Ordinis S. Benedicti Congreg. Caſinen. Sacr. „ Theologiæ Lector, ac Decanus Ordinis ſui, declaratus eſt Archiep. Amal- „ phitanus anno 1682. die 25. Maji. deceſſit 1. Februar. anno 1701. Benedi- „ ctus Laudati in brevi Chron. S. Severini pag. 368.

* *De eo in Biblioth. L.B.*

T

T

THEODORUS VENETUS patria, familia *Georgi* *, in Monaſt. S. Juſtinæ Patavinæ noſtris adnumeratus eſt an. 1600. die 8. Decembr. anno autem 1622. * à Gregorio XV. Pontifice Max. electus fuit Epiſcopus Arbenſis in Dalmatia * ſub Archiep. Jadertenſi. *

* *Zorzi.*
* *Vel 1623.*
* *Illyrico.*
* *Zara.*

De eo Gabr. Buccel. in Bened. Rediv. ad an. 1623. Felix Egger Petruſianus Idea Ord. Hierar. Bened. l. 2. p. 2. diſſ. 4. Dec. 5. pag. 283. qui tamen errant in ejus annis, multo poſteriorem eum aſſerentes. In Regeſt. Ms. pag. 30. ſed in alio Regeſt. pariter Ms. pag. 13. in margine dicitur creatus Epiſcopus à Paulo V. quod minime verum eſt, nam Paulus V. vivere deſiit an. 1621.

THOMAS CARACCIOLUS nobili genere Neapoli in lucem prodiit, ac ibidem in D. Severini Cœnobio Benedictinum Cucullum induit an. 1656. die 30. Novem. Scholaſticæ, Moraliſque Theologiæ ſcientia floruit, quas plures annos in eodem S. Severini Monaſterio docuit, Doctoriſque Theologicæ facultatis in Neapolitano Lyceo laurea donatus fuit. Solidæ doctrinæ, vitæ integritatem, ſuavitatem conſuetudinis, regularis diſciplinæ zelum, aliaſque virtutes ſemper conjunxit, quas tunc maximè oſtendit, cum Averſæ, ac Neapoli Prioris Clauſtralis officio fungeretur. Ab Innico Cardinali Caracciolo

ejus

T

ejus propinquo, Archiepiſc. Neapolitano, plurimi factus, Cleri *Examinator, & S. Officii Conſultor* per totam Diœceſim electus, ab Innocentio verò XI. anno 1687. die 28. April. Epiſcopus Hieracenſis * in ulteriori Calabria creatus eſt. Quod equidem ejus virtutis, ac probitatis haud leve eſt teſtimonium; Cum enim illa Eccleſia Anteceſſoris Epiſcopi vel infortunio, vel culpa, admodum perturbata eſſet, optimo utique egebat Paſtore, qui omnia in priſtinum ſtatum ſanctè, ac prudenter componeret, qualem nempe Sanctiſſimus, ac Sapientiſſimus Pontifex Innocentius Thomam noſtrum eſſe, non inaniter arbitratus eſt, ſed dum ſtrenue in id incumbit, omneſque in viam ſalutis verbo, & exemplo dirigere conatur, immatura mors in ipſo ætatis, ac ſpei flore terrenis rebus illum eripuit, Epiſcopatus anno ſecundo minime elapſo, ætatis ſuæ 49. Æræ Chriſtianæ 1689. die 28. Martii.

* *Geraci.*

De eo Nicol. Coleti in Addit. Ital. Sacr. Ughell. tom. 9. Ven. 1721. col. 399. num. XXXIX. Benedictus Laudati in Brevi Chronico S. Severini Ms. par. 2. pag. 364.

THOMAS MANNARINUS Siculus, patria Panormitanus, in Cœnobio S. Martini de Scalis Monachus effectus eſt anno 1609. die 14. Sept. doctrina, ac pietate tùm in Italia, tùm in Germania celebris fuit, ejus virtute Fridericus Card. Borromeus in profligandis, & convertendis Hæreticis Gebennenſibus uſus eſt. Bononiæ deinde, ac Patavii graviores diſciplinas publice tradidit. A Ferdinando II. Cæſare in Germaniam poſtmodum vocatus in Salisburgenſi Academia docere juſſus, Magni Cancellarii titulo in eum collato, perhonorificam Provinciam ingenti cum laude ſexdecim annis obivit. Fundorum denique Epiſcopus in Latio, ſapientiæ, ac laborum merito electus, ſupervenientibus graviſſimis morbis, Epiſcopatus poſſeſſionem adire non potuit, quam ob cauſam ab Ughel. in Ital. Sacr. non recenſetur. In Siciliam itaque, & in prædictum S. Martini Cœnobium reverſus, ibique patientia, aliiſque bonis operibus aliquandiu ſeſe exercens, ex hac vita diſceſſit an. 1636. multis, præclariſque ingenii monumentis relictis: De eo Rocchus Pyrrhus Sic. Sac. l. 4. pag. 200. Antonin. Mongitore Bibl. Sic. par. 2. pag. 261. Nos etiam fuſe in noſtra Bibl. Benedict. Caſin. L. T. pag.

V

V

VINCENTIUS MANTUANUS in S. Benedicto de Padolyrone Sæculo valedixit an. 1490. die 6. Januarii: Creatus fuit Epiſcopus *Nullatenenſis*: ita Auguſtinus Florentinus in ſuo Regeſt. Ms. pag. 58. Nec amplius de eo hactenus.

VINCENTIUS RAGNI Neapolitanus Averſæ in Cœnobio S. Laurentii Congreg. noſtræ nomen dedit an. 1662. die 12. Martii; Sacræ Theologiæ ſtudiis ſtrenue incubuit, Doctoriſque lauream obtinuit, à Clemente X. Pont. Max. Epiſcopus Oppidi in Regno Neapolitano creatus fuit an. 1674. die 19. Februarii, præfuitque illi Eccleſiæ annis undeviginti, obiit enim an. 1693.

* *Urbs eſt in ulteriori Calabria.*

De eo Nic. Col. in Addit. Ital. Sacr. Ughel. tom. 9. col. 421. num. 24. edition. Venetæ per Sebaſtianum. Coleti.

VICTORINUS MANSUS ab Averſa apud Sanctiſſimæ Trinitatis Cavenſe Cœnobium votis Monaſticis ſeſe obſtrinxit an. 1561. die 5. Octob. Philoſophiæ, Theologiæ; Juris etiam utriuſque ſcientiæ, ac ſacris literis percelebris evaſit; Viginti enim annorum ſpatio ſcholaſticas diſciplinas præcipuis in Congreg. no-

Digitized by Google

V noſtræ Monaſteriis inſignis doctrinæ famâ docuit, & poſtmodum Abbatis dignitate iiſdem præfuit. A Clemente VIII. cui Sapientia, ac morum Sanctimonia plurimum commendabatur, Stabienſium primum an. 1598. ac deinde anno 1606. Arianenſium Epiſcopus renunciatus fuit. A Paulo V. Aſſiſtentium Epiſcoporum cætui aggregatur. XIV. annis Epiſcopales infulas geſſit, annoque 1611. Neapoli in S. Severino Cælum petivit, ibid. tumulatus quà chorum adeunt, hoc appoſito Epitaphio.

Victorino Manſo Averſano J. U. D. Abbati Caſin. Epiſcopo, & Regio à Latere Conſiliario, Doctrina percelebri, moribus incorruptis ita probato, ut mereretur à Clemente VIII. prius Stabienſium, deinde Arianenſium Antiſtes renunciari, demum à Paulo V. inter Aſſiſtentes Epiſcopos merito cooptari. Qui obiit tertia Aprilis, die Reſurrectionis Domini an. 1611. ætatis ſuæ LXVII.

D. Antonius Toſonus Neapolitanus Caſinenſis Monachus, & ſui Vicarius, grati, ac obſervantis M. P. an. D. 1612.

De eo Ferd. Ughel. Ital. Sacr. tom. 8. col. 311. primæ editionis Romæ n. 33.
„ Victorinus Manſus Averſanus Monachus Caſin. vir doctiſſimus, ſummuſque Theologus, antea Epiſcopus Stabienſis, ex Coadiutore Alphonſi Superioris, ſucceſſit in Arianenſi hac infula an. 1603. Neapoli obiit Scriptis
1606. ſuis celebratus an. 1611. die 3. Sept. jacet in Eccleſia S. Severini, de quo vide tom. 7. inter Epiſcopos Stabienſes ſive Caſtri-Maris. „ Felix Egger Petr. Idea Ord. Hier. Bened. l. 1. par. 3. diſſert. 4. pag. 281. „ Victorinus de Averſa: qui cum major eſſet, quam ut unius loci ambitu contineretur, nominis ſui, virtutis, ac eruditionis amplitudine implevit tria in primis Monaſteria longe celeberrima, Cavenſe ſcilicet, S. Severini apud Neapolim, & Caſin. ac duos deinde inclytos pariter Epiſcopatus Caſtri Maris nempe, & Arianum floruit 1603. „ Ita Egger. Sed cum mox, *Alterum Victorinum* recenſet è *Monte Caſino*, Epiſcopum primum *Stabienſem*, deinde *Arianenſem* à Clemente VIII. creatum, & inter Epiſcopos Aſſiſtentes ab eodem adlectum, quem floruiſſe dicit anno 1607. locorum ignoratione unum, eundemque *Victorinum* in duos dividit, Idem enim Victorinus Manſus eſt, qui Epiſcopus primum *Stabienſis*, ſive *Caſtri-Maris*, deinde Arianenſis a Clemente VIII. conſtitutus fuit: quod ex temporis convenientia facile dignoſci poteſt. Nec' alumnus fuit, aut indigena Montis Caſin. *e Monte Caſino*. Sed patria Averſanus, & S. Laurentii de Averſa Profeſſus, ut dicimus, nec à Clemente VIII. ſed à Paulo V. Epiſcopis Aſſiſtentibus adſcriptus: Nos quoque in noſtra Bibliot. L. V. pag.... & ſequen. ubi fuſe ejus opera recenſemus.

Die prima Sept. 1726. Senis compoſitus, Aſſiſii autem impreſſus die 30. Junii anno 1733. Ad Majorem Dei Gloriam.

IN-

INDEX
NOMINUM EPISCOPORUM.

Ægidius Columna Romanus Pag. 1.
Ægidius ab Alemannia pag. 2.
Alexander Pallavicinus pag. 2.
Alphonſus Mariconda pag. 3.
Ambroſius Croce pag. 4.
Anaſtaſius Uberti pag. 4.
Andreas Adeodati pag. 5.
Angelus de Nuce pag. 7.
Angelus Maria Quirini pag. 8.
Arſenius à Monelia pag. 9.
Auguſtinus Grimaldus pag. 9.
Auguſtinus Iſimbardi pag. 9.
Auguſtinus Odoardi pag. 10.
Baſilius Gradi pag. 10.
Bernardus Maria de Comitibus pag. 11.
Carolus Camillus Molza pag. 12.
Chryſoſtomus Calvini pag. 13.
Cœleſtinus Pezzancheri pag. 14.
Conſtantinus de la Noy pag. 14.
Cornelius à Neapoli pag. 15.
Cyprianus à Bario pag. 15.
Deſiderius Cavenſis pag. 15.
Emmanuel Brancaccius pag. 16.
Epiphanius Phanellus pag. 16.
Flavius Ferrarienſis pag. 16.
Fortunatus Maurocenus pag. 16.
Franciſcus Coppinus pag. 17.
Franciſcus a Naro pag. 17.
Gregorius Coppinus pag. 17
Gregorius Corteſius pag. 17.
Gregorius a Neapoli pag. 17.
Gregorius Santacrucius pag. 17.
Hercules Tambuſius pag. 18.
Hieronymus Burgheſius pag. 18.
Hierónymus de Judicibus pag. 19.
Hippolytus Andreatius pag. 19.
Hippolytus Mantuanus pag. 20.
Hippolytus Berarduccius pag. 20.
Honoratus Faſcitellus pag. 20.
Honorius Grifarius pag. 21.
Honorius ab Urbeveteri pag. 21.
Jacobus Caraccioli pag. 21.
Jacobus Lentius pag. 22.
Ignatius Coppinus pag. 23.
Joannes à Burgundia pag. 26.
Joannes de Primis pag. 27.
Joannes Baptiſta Bertuccioli pag. 30.
Joannes Baptiſta Gentili pag. 30.
Joannes Evangeliſta à Mediolano pag. 31.
Joannes Stephanus Senarega pag. 31.
Joſeph Lomellinus pag. 31.
Joſeph à Neapoli pag. 32.
Iſidorus Clarius pag. 32.
Iſidorus Robbia pag. 34.
Julius Maria Odeſcalchus pag. 35.
Julius de Vecchionibus pag. 37.
Laurentius Martinotius pag. 37.
Leander de Porzia pag. 37.
Leo Fidelis pag. 39.
Ludovicus Barbo pag. 39.
Marcus Pedocea pag. 41.
Marianus Mannus pag. 42.
Marinus Baduarius pag. 42.
Maurus Promontorius pag. 42.
Maurus Spinula pag. 42.
Michael Angelus Invrea pag. 42.
Nicolaus Maria Tedeſchi pag. 43.
Petrus Maria Juſtiniani pag. 43.
Petrus Vecchia pag. 44.
Petrus à Genua pag. 44.
Petrus Paulus Ruſtici pag. 45.
Philippus Michael Ellis pag. 45.
Philippus Tani pag. 47.
Pius Loterius pag. 47.
Placidus Pavanellus pag. 48.
Placidus de Baucio pag. 52.
Raphael Riarius pag. 53.
Robertus Altovitus pag. 53.
Sebaſtianus Milazzus pag. 54.
Simplicius Caravita pag. 54.
Theodorus Georgi pag. 54.
Thomas Caracciolus pag. 54.
Thomas Mannarinus pag. 55.
Vincentius Mantuanus pag. 55.
Vincentius Ragni pag. 55.
Victorinus Manſus pag. 55.

INDEX
COGNOMINUM EPISCOPORUM.

A Deodati	Andreas
Ab Alemannia	Ægidius
Altovitus	Robertus
Andreatius	Hippolytus
Baduarius	Marinus
Barbo	Ludovicus
A Bario	Cyprianus
De Baucio seu del Balzo	Placidus
Borarduccius	Hippolytus
Bertuccioli	Jo: Baptiſta
Brancaccius	Emmanuel
Burgheſius	Hieronymus
A Burgundia	Joannes
Calvini	Chryſoſtomus
Caraccioli	Jacobus
Caraccioli	Thomas
Caravita	Simplicius
Cavenſis	Deſiderius
Clarius	Iſidorus
Columna	Ægidius
De Comitibus	Bernardus Maria
Coppinus	Franciſcus
Coppinus	Gregorius
Coppinus	Ignatius
Corteſius	Gregorius
Croce	Ambroſius
Faſcitellus	Honoratus
Ferrarienſis	Flavius
Fidelis	Leo
Gentilis	Jo: Baptiſta
A Genua	Petrus
Georgi	Theodorus
Gradi	Baſilius
Grifarius	Honorius
Grimaldus	Auguſtinus
Invrea	Michael Angelus
Iſimbardi	Auguſtinus
De Judicibus	Hieronymus
Lentius	Jacobus
Lomellinus	Joſeph
Loterius	Pius
Mannus	Marianus
Manſo	Victorinus
Mannarinus	Thomas
Mantuanus	Hippolytus
Mantuanus	Vincentius
Mariconda	Alphonſus
Martinotius	Laurentius
Maurocenus	Fortunatus
A Mediolano	Jo: Evangeliſta
Melatius	Fabianus
Milazzus	Sebaſtianus
Molza	Carolus Camillus
A Monelia	Arſenius
A Naro	Franciſcus
A Neapoli	Cornelius
A Neapoli	Gregorius
A Neapoli	Joſeph
De la Noy	Conſtantinus
De Nuce	Angelus
Odeſcalchi	Julius Maria
Odoardi	Auguſtinus
Pallavicinus	Alexander
Pavanellus	Placidus
Pedocea	Maurus
Pezzancheri	Cœleſtinus
Phanellus	Epiphanius
De Porzia	Leander
De Primis	Joannes
Promontorius	Maurus
Quirini	Angelus Maria
Ragni	Vincentius
Riarius	Raphael
Ruſtici	Petrus Paulus
Santacrucius	Gregorius
Senarega	Jo: Stephanus
Spinula	Maurus
Tambuſius	Hercules
Tanus	Philippus
Tedeſchi	Nicolaus Maria
Uberti	Anaſtaſius
Vecchia	Petrus
De Vecchionibus	Julius
Ab Urbeveteri	Honorius

INDEX

Authorum, qui de noſtris Epiſcopis agunt, præter alios in noſtra Bibliotheca allegatos.

ACTA Conciſtorialia.
A..yſius Carafa *in Vita Jacobi de Graſſis* Ms.
Alphonſus Ciacconius *in Vitis Pontificum*.
Andreas Raynerius *in Hiſt. Panegyr. S. Anſelmi.*
Angelus Portenarius, *Felicità di Padova*.
Angelus Maria Quirini (nunc Cardinalis) in notis ad Diſſertationem ſuam *De Monaſtica Italiæ Hiſtoria* conſcribenda 1717. Romæ.
S. Antoninus *in Chronico*.
Antoninus Mongitore *Biblioth. Sicula*.
Antonius Libanori *in Ferraria Aurea*.
Arnoldus Wion *in Ligno Vitæ*.
Aubertus Miræus *in Orig. Bened.*
Auguſtinus Fortunius *in Hiſt. Camald.*
Authores Ephemeridum *Liter. Ital.*
Auguſtinus Oldoinus *in Addit. ad Ciacc.*
Bartholomæus de Alexandro a Paternione *in Chron. Ms. Monaſterii Catanen. S. Nicolai de Arenis*.
Bartholomæus Platina *in Vitis Pontific.*
Bartholomæus Sorinus *in Vita Julii M. Odeſcalchi* Epiſcopi Novarien. Io biblioth. Ambroſiana Mediolani.
Benedictus Bacchinus *in ſua ipſius Vita* impreſſ. Venetiis &c.
Benedictus Laudati *in Brevi Chron.* S. Severini Ms.
Bernardinus Scardeonius *de Antiquitate Urbis Paduæ*.
Bernardinus del Sera *in Comp.* pag. 17.
Cherubinus Myrtius *in Chron. Sublac* Ms.
Conſtantinus Cajetanus *in variis Operibus*.
Eudoxius Locatellus *in Vita S. Jo. Gualberti*, lib. 1. cap. 66.
Felix Egger Petruſianus; *idea Ord. Hier. Bened.*
Ferdinandus Ughell. *Ital Sacr.*
Fortunatus Ulmus Hiſt. S. Georgi M. Ven.
Franciſcus A.geloni; *in Hiſt. Interamn.* par. 2.
Franciſcus Gaſparoli *De Epiſc. Fanen.*
Franciſcus Rovelli è Congr. Somaſcha, *in Vita Julii M. Odeſcalchi Epiſc. Nov.* Ms.
Franciſcus M.urolicus, *Ocean. Regul.*
Gabriel Bucellin. *in Benedicto Redivivo*.
Hieronymus Alliottus *in Epiſt. Ms.* in Archivo Abbatiæ Aretinæ.
Hieronymus Fabri, *Sagre Memorie di Ravenna*.
Hieronymus à Potentia *in Hiſt. S. Juſtinæ* Ms.
Hilarion Corbetta *in Epiſtolis* Ms. io Archivio S. Salvatoris Papiæ.
Honuphrius Panvinius, *in utraque Epitome*.
Joannes Baptiſta de Groſſis *in Decachordo Catanen.*
Jo: Baptiſta Marus *in Annot. ad Placidi Petruccii* Suplem. de Vir. Illuſtr. Caſinen.
Joannes Franciſcus Piſanus *in Vita Julii Mariæ Odeſcalchi* Epiſc. Novar. Ms. Mediolani, in Biblioth. Ambr.
Joannes Mabill. *in Muſæo Italico*.
Joannes Marius Creſcimb. *in Coment. Hiſt. ſuæ Vulgaris Poeſeos*, & *in Vitis Illuſtr. Arcadum Academ.*
Iſidorus Morattinus *in Muſis Miſcellan.*
Julius Ambroſ. Lucenti, *in Ital. Sacr.* Ughell. reſtricta, aucta &c.
Lazarus Auguſtinus Cotta *in Muſæo Novar.*
Leonellus Crocecalle, *in Hiſt. Ms.* Abbatum S. Juſtinæ.
Ludovicus Jacobilli, *in Vitis Epiſcop.* Fulginei impreſſ ibidem 1626.
Ludovicus Moreri *Grand Dictionaire Hiſtorique*.
Marcus Antonius Guarini, *in Compend. Hiſt. Eccleſiaſt. Ferrar.*
Marcus Antonius Flaminius, *in Carmin.*
Marcus Antonius Maltempi, *Trattato di varie materie Iſtoriche: Orvieto* 1485.
Marianus Armellinus *in Biblioth. Bened. Caſin.*
Nicolaus Coleti *in nova Ughelli edit.*
Nicolaus Comnenus Papadopoli *in Hiſt. Gymnaſii Patavini*.
Petrus Ricordatus *in Hiſt. Monaſt.*
Placidus Petruccius *in Suplem. Petri Diac. de Vir. Illuſtr. Caſinen.*
Placidus Puccinellus *in Appar. Hiſt. de Illuſtr. Abbat. Floren. Viris*.
Proſper Eques Mandoſius *in Biblioth. Romana*.
Regeſta Monachorum Noſtræ Congreg.
Rocchus Pyrrhus *in Sicilia Sacr.*
Scipio Capycius *De principiis rerum*.
Seraphinus Paſolinus *de Viris Illuſtr. Raven.*
Thomas Perronus Aletinus *in notitiis Arcadum Defunctorum*.
Venantius Simi *in Catalog. Vir. Illuſtr. Congr. Vall. Umbroſæ*.
Vicentius Barralis Salerna *in Chron. Lirin.*

INDEX

Monaſteriorum ex quibus Epiſcopi Congregationis Caſinenſis fuerunt aſſumpti.

S. BENEDICTI DE MANTVA.

MAurus Pedocea
Gregorius Corteſius
Hippolytus Andreatius
Leo Fidelis
Vincentius Mantuanus

S. BENEDICTI FERRARIÆ.

Epiphanius Phanellus, qui prius S. Georgii M. Venetiarum
Hercules Tambuſius

S. BENIGNI GENVÆ.

Jo: Stephanus Senarega

CASINI.

Andreas Adeodati
Angelus de Nuce
Chryſoſtomus Calvini
Emmanuel Brancaccius
Honorius Griffarius
Michael Angelus Invrea
Honoratus Faſcitellus
Honorius ab Urbe Veteri
Jacobus Lentius, qui poſtea S. Pauli Romæ
Petrus Maria Juſtiniani
Petrus Lomellini
Petrus Paulus Ruſtici
Pius Lotherius
Raphael Riarius

S. CATHARINÆ GENVÆ.

Jo: Baptiſta Gentilis
Maurus Promontorius
Maurus Spinula

S. EVGENII SENARVM.

Hieronymus Burgheſius

S. GEORGII M. VENETIARVM.

Epiphanius Phanellus, qui poſtea S. Benedicti Ferrariæ
Marinus Baduarius

S. HIERONYMI DE STILVARIA.

Arſenius à Monelia

S. HONORATI LIRINI.

Auguſtinus Grimaldus

S. JO: EVANGELISTÆ PARMÆ.

Alexander Pallavicinus
Gregorius Coppinus
Iſidorus Clarius

S. JVSTINÆ PATAVII.

Ægidius ab Alemannia
Fortunatus Maurocenus, qui prius S. Vitalis Ravennæ
Joannes à Burgundia
Joannes de Primis
Leander Porzia
Ludovicus Barbo
Placidus Pavanellus
Thomas Georgii

S. LAVRENTII DE AVERSA.

Placidus de Baucio
Vincentius Ragni

S. MARIÆ DE CÆSENA.

Anaſtaſius Uberti
Jo: Baptiſta Bertucciolus

S. MARIÆ DE LA CROMA.

Baſilius Gradi qui prius Congregationis Melitenſis Meleda

S. MARIÆ DE FLORENTIA.

Angelus Maria Quirini
Iſidorus della Robbia
Laurentius Martinotius
Robertus Altoviti

S. MARTINI DE SCALIS.

Franciſcus à Naro
Marianus Maunus
Thomas Mannarinus

S. NICOLAI DE ARENIS CATANÆ.

Nicolaus Maria de Tedeſchis

S. PAVLI DE VRBE.

Bernardus Maria de Comitibus
Jacobus Lentius, qui prius Caſin.
Ignatius Coppinus
Philippus Tanus

S. PETRI IN CLASSIATE MEDIOLANI.

Ambroſius Croce
Jo: Evangeliſta à Mediolano
Julius Maria Odeſcalchi

S. PETRI MVTINÆ.

Carolus Camillus Molza

S. SALVATORIS PAPIÆ.

Auguſtinus Iſimbardus

S. SCHOLASTICÆ SVBLACI.

Julius de Vecchionibus
Ægidius Columna
Philippus Michael Ellis, qui prius Congregationis Anglicanæ

S. SEVERINI NEAPOLIS.

Alphonſus Mariconda
Auguſtinus Odoardi
Conſtantinus de la Noy
Cornelius à Neapoli
Cyprianus à Bario
Gregorius à Neapoli
Gregorius Santacrucius
Hieronymus de Judicibus
Hippolytus Berarduccius
Jacobus Caracciolus
Joſeph Lomellinus
Sebaſtianus Millazzus
Simplicius Caravita
Thomas Caracciolus

S. SI-

S. SIXTI PLACENTIÆ.
Cæleſtinus Pezzancheri
SS. TRINITATIS CAVÆ.
Deſiderius Monachus Cavenſis
Joſeph à Neapoli

Victorinus Manſo
S. VITALIS RAVENNÆ.
Fortunatus Maurocenus, qui poſtea S. Juſtinæ Patavii.

INDEX

Urbium in quibus Epiſcopi Congregationis Caſinen. vitales auras attraxerunt.

ÆSERNIÆ IN SAMNIO.
Honoratus Faſcitellus
AB ALEMANNIA.
Ægidius ab Alemannia
AMALPHI IN PRINCIPATU CITERIORI REGNI NEAPOLITANI.
Hieronymus de Judicibus
IN ANGLIA.
Philippus Michael Ellis
AVERSÆ IN CAMPANIA.
Victorinus Manſo
BARII IN APULIA.
Cyprianus à Bario
A BURGUNDIA.
Joannes à Burgundia
CÆSENÆ IN FLAMINIA.
Anaſtaſius Uberti
Jo: Baptiſta Bertucciolus
CASTELLI IN.....
Julius de Vecchionibus
CLARIS IN AGRO BRIXIANO.
Iſidorus Clarius
CAPUÆ IN CAMPANIA.
Placidus de Baucio
CATANÆ IN SICILIA.
Nicolaus Maria de Tedeſchis
FERRARIÆ IN GALLIA CISALPINA.
Hercules Tambuſius
FLORENTIÆ.
Iſidorus della Robbia
Robertus Altoviti
GENUÆ IN LIGURIA.
Auguſtinus Grimaldus
Jo: Baptiſta Gentilis
Jo: Stephanus Senarega
Joſeph Lomellinus
Maurus Promontorius
Maurus Spinula
Michael Angelus Invrea
Petrus Maria Juſtinianus
Petrus Lomellinus
S. GEMILIANI IN CALABRIA.
Chryſoſtomus Calvini
MANTUÆ.
Hyppolitus Andreatius
Hyppolitus Mantuanus
Vincentius Mantuanus

MASSÆ LUBRENSIS PROPE SURRENTUM.
Angelus de Nuce
MEDIOLANI.
Ambroſius Croce
Jo: Evangeliſta à Mediolano
Leo Fidelis
MESSANÆ IN SICILIA.
Joannes de Primis
MIRANDULÆ IN ÆMILIA.
Marcus Pedocca
MONELIÆ IN LIGURIA.
Arſenius à Monelia
MONOPOLI IN APULIA.
Andreas Adeodati
MUTINÆ IN AEMILIA.
Paulus Camilius Molza
Gregorius Corteſius
NARI IN SICILIA.
Franciſcus à Naro
NEAPOLI IN CAMPANIA.
Alphonſus Mariconda
Auguſtinus Odoardi
Conſtantinus de la Noy
Cornelius à Neapoli
Emmanuel Brancaccius
Gregorius à Neapoli
Gregorius Santacrucius
Jacobus Caracciolus
Joſeph à Neapoli
Petrus Paulus Ruſtici
Pius Lotherius
Simplicius Caravita
Thomas Caraccioli
Vincentius Ragni
NOVOCOMI IN INSUBRIA.
Julius Maria Odeſcalchi
PANORMI.
Thomas Mannarinus
PAPIÆ IN INSUBRIA.
Auguſtinus Iſimbardi
PARMÆ IN ÆMILIA.
Alexander Pallavicinus
Gregorius Coppinus
PATAVII.
Petrus Vecchia
Placidus Pavanellus

PERU-

Digitized by Google

PERVSIÆ IN ETRVRIA.

Honorius Griſfarius

PLACENTIÆ IN GALLIA CISALPINA.

Cœleſtinus Pezzacheri

PORZIÆ IN FOROJVLIO.

Leander de Porzia

PRATI IN TVSCIA.

Ignatius Coppinus

RAGVSII IN ILLYRICO.

Baſilius Gradi

ROMÆ IN LATIO.

Ægidius Columna

Bernardus Maria de Comitibus

Jacobus Lentius

Philippus Tanus

SAVONÆ IN LIGVRIA.

Raphael Riarius

SENIS IN TVSCIA.

Hieronymus Burgheſius

Laurentius Martinottius

VENETIIS.

Angelus Maria Quirini

Epiphanius Phsnellus

Fortunatus Maurocenus

Ludovicus Barbo

Marinus Baduarius

Thomas Georgii

VIGILIIS IN APVLIA.

Hippolytus Berarduccius

Sebaſtianus Milazzus

VRBEVETERI IN TVSCIA.

Honorius ab Urbeveteri

XACCÆ IN SICILIA.

Marianus Mannus

INCERTÆ PATRIÆ.

Deſiderius Monachus Cavenſis.

CATA-

Digitized by Google

CATALOGUS MONACHORUM CONGREGATIONIS CASINENSIS ALIAS S. JUSTINÆ PATAVINÆ

QUI ALIAS MONACHORUM CONGREGATIONES, VEL MONASTERIA REFORMARUNT.

Elegit ſacerdotes ſine macula voluntatem habentes in lege Dei, & mundaverunt Sancta. Machab. 1. 4. 42. & 43.

PRÆFATIO.

Caſinenſis D. Juſtinæ congregatio ab ipſo ſui exordio ea morum diſciplina adolevit, ac viguit, ut longe, lateque odorem, fructumque bonorum operum per Chriſtianum Orbem diffuderit, omniumque pontificum, catholicorum regum, ac principum, ne dum piorum hominum corda in ſui amorem, & admirationem allexerit. Nimius eſſem ſi Caroli V. cæſaris, Franciſci I., & Henrici IV. Gallorum regum, Ferdinandi Aragonum regis, ducum Mediolanenſium, aliorumque principum, omnium verò maxime ſummorum pontificum haud emendicatas laudes in medium afferrem, quibus monachorum congregationis noſtræ ſanctitatem, & virtutes in ſuis diplomatibus luculenter teſtantur. At quoniam vera laus ab exemplis præclariſſimorum facinorum, non à verbis petenda eſt, idcirco breviter memorabo ex noſtra congregatione tales exortos Viros, qui plures nobiliſſimas per Europam monachorum congregationes inſtaurare, atque ad optimam, priſtinamque vivendi formam redigere Deo bene juvante potuerint; ut ſicut almus P. Benedictus è Caſino illo monte per ſuos alumnos Urbem, Orbemque adhuc vivens ſanctiſſimis inſtitutis implevit, ſic Caſinenſis congregatio ejuſdem ſpiritu imbuta, poſtremis hiſce ſæculis monaſticam diſciplinam ubique reſtitueret, ut veriſſime de ea dici poſſit, *de plenitudine ejus omnes acceperunt* *. Quo facto, uti decet, noſtri temporis monachi permoti, forte efficient, ut majorum noſtrorum egregia facta æmulantes, ita ſuos inſtituant mores, ne regularis cenſuræ, quam in alios parentes noſtri præclare adeò geſſerunt, ipſi etiam filii nunc multo magis indigere videantur. Ne illis quoque eveniat, quod regius pſaltes dolens canebat, * *Spiritus vadit, & non redit*, & alibi, * *quoniam Spiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet, & non cognoſcet amplius locum ſuum*. Quod perinde eſſet, ac græculi illius ſimillimam exprobrationem mereri, qui cum gloriaretur, artes, ſcientiaſque omnes e Grecià fuiſſe egreſſas (* *Græcia* enim *capta ſuum captorem vicit, & artes intulit agreſti latio*) à latino audivit, *utique, nam nulla prorſus virtus, aut ſcientia apud Græcos remanſit*, quin potius ſi quid primævi fervoris temporis diuturnitate, & humanæ fragilitatis inevitabili conditione intermiſſum eſt, reparare, & in antiquum ſtatum reſtituere ſummaope nitantur.

Quod ſane præcipua vigilantia curare debent monaſteriorum antiſtites, quibus grave adeo onus incumbit cœnobiticas ſanctiones ſicubi protritæ ſunt, in antiquam obſervantiam reponere, & repoſitas ſartas, tectas conſervare ſicuti ſtrenuiſſimus quondam ille

* *Jo. 1. B. 16*

* *Pſ. 77. d 39.*

* *Pſ. 102. c. 16.*

* *Victorem.*

Digitized by Google

* Mach. 4. e. 36.
* Suet. in Jul.
* Reg. cap. 2. d. 3.
* Ad Timot. 2. 2.

ille Machabæorum Princeps commilitones ſuos hortabatur, * *Aſcendamus nunc mundare Sancta, & renovare*: probe intelligentes, quod primus Cæſarum de ſe ipſo dicebat, * *difficilius ſe de primo ad ſecundum quam de ſecundo ad infimum gradum dejici poſſe*; Idem prorſus regularibus etiam ordinibus contingere, in quibus minore certè negotio ſpiritus fervor, & regulæ omnimoda obſervatio diutiſſime retinetur, quam hæc ſemel corrupta, & deperdita in ſtatum priſtinum revocari poſſit, dummodo præſulum zelus proprio exemplo comitatus nervos omnes intendat, ne tranſgreſſionibus ipſi conniveant, neve aditum permittant, * *ne peccata delinquentium diſſimulent, ſed mox ut oriri cœperint radicitus ea amputent*, ut tam diſtricte ſanctiſſimus noſter legislator eis præcipit, Heli ſacerdotis de Silo formidando judicio illis propoſito, qui ut S. Baſilius ait, * *quod filios ſuos peccantes, non aſperius objurgaſſet, tantum ſtomachum movit patientia divinæ*. At contra ſi boni paſtoris partes omnes impleverint ab apoſtolo conſtitutas, *argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina*, & ſuas, & ſubjectorum animas ſalvas facient.

* 1. Corint. D. 31.
* Ad Rom. 12. A. 2.
* Levit. 6. B. 2.
* Ad Rom. 8. F. 29.
* Jo: 1. 3. A. 2.

Ut hi quidem *æmulantes charismata meliora* proficiant de virtute in virtutem, & ſanctiſſimæ regulæ, quam profeſſi ſunt, obſervantiam, conſtantiſſime teneant, & tantum abſit, ut in minimis frangant, aut enervent, ut potius augeant, & cumulent. Paupertatis, ſilentii, ſolitudinis, jejuniorum, divinæ pſalmodiæ, cæterarumque obſervationum ſtudium certatim præſeferant, apoſtolo plane obſequentes, *nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in novitate ſenſus veſtri*, ut tamquam ignis ille perpetuus (*ignis in altari meo ſemper ardebit*) divinæ charitatis pabulo ſpiritus enutritus jugiter conſervetur, & vigeat, ſi vero tepeſcere aliquantiſper cœperit, depulſa ſtatim ſegnitie, velut cinere diſcuſſo illico reviviſcat. Qua ratione, Dei opitulante gratia, huic ſæculo omnino abſimiles, *conformes evadamus imaginis Filii Dei*, ut tandem Deo ipſi in cæleſti patria *ſimiles ſimus, cum videbimus eum ſicuti eſt*.

CATALOGUS ALTER MONACHORUM
CONGREGATIONIS CASINENSIS
Qui alias monachorum congregationes, vel monaſteria reformarunt.

A

ANTONIUS DOMINICI filius familia de Nobilibus Florentiæ natus in cœnobio S. Mariæ monachum profeſſus eſt anno 1424. die 14. Maji. Is cum virtutis, ac regularis obſervantiæ famâ floreret, monachorum Ciſtercienſium demandatam ſibi à Pont. Max. reformationem ſtrenue aggreſſus, eam feliciter perfecit, & ad optatum exitum perduxit, creatus fuit abbas S. Salvatoris *Septimi*; obiitque Florentiæ in monaſterio S. Mariæ Magdalenæ prope portam, quæ *Pinti* appellatur anno 1485. ejuſque parentationi interfuit D. Benedictus Amerighi Florentinus abbas prædicti monaſterii noſtri S. Mariæ. Ita prorſus Plac. Puc. in chron. abbat. Floren. pag. 62. lin. 2. & ſeqq. qui tamen locum ejus obitus non adeo clare deſcribit, ſed nonnihil confundit; nam Florentiæ Ciſtercienſes monachi apud portam *Pinti* olim habitabant; eorum cœnobium Ciſtercium, vulgo *Ciſtello*, vocabatur; titulus autem eccleſiæ erat, hodieque eſt *S. Mariæ Angelorum*: Urbanus VIII. eos inde amovit, tranſque Arnum, ubi prius Carmelitæ moniales, (inter quas S. Maria Magdalena de Pazzis ſanctitate floruit) morabantur collocavit, & moniales viciſſim apud portam *Pinti* in relicto à Ciſtercienſibus ejus juſſu monaſterio conſtituit, atque eo pacto utriuſque loci, & vocabuli à monachis, & monialibus facta eſt commutatio, ut ex inſcriptione eidem cœnobio, quâ publicam viam ſpectat affixa, perſpicuum eſt. „ Urbano VIII. „ Pont. Max. qui monaſterium hoc ex anguſtiore loco translatum, in am- „ pliorem formam cultumque meliorem ſuis impenſis reſtituit &c. æternum „ grati animi monumentum, virgines ſanctimoniales P. P. „ quod non „ ſatis Puccinellus diſtinxit, aliquando melius id præſtat pag. 122. ejuſdem „ chronici. „ D. Antonio di Domenico da Fiorenza 14. Maggio per la ſua „ dottrina, ed eſemplarità d' ordine ponteficio fu eletto riformatore de Ci- „ ſtercienſi, pigliando l' abito di S. Bernardo; Fu abbate di S. Salvatore di „ Settimo, e di S. Maria Maddalena di Ceſtello preſſo la porta à *Pinti*; (ora „ poſſeduto dalle Carmelitane) ove con odore di vero ſervo di Dio l' anno „ 1485. ceſsò di vivere tra noi mortali. Si legge nelle matricole antiche „ D. Antonius à Florentia obdormivit in Domino anno ſalutis 1485. in monaſterio Ceſtelli, in habitu S. Bernardi; vixit in religione, laudabili, & ſancta vita, ann. 62. menſ. 11. die 4. qui obiit die 28. menſis Junii 1485. requieſcat in pace: Inſuper ejus meminit Petrus Ricord. hiſt. monaſt. dial. 4. pag. 471. Dum autem Antonius adhuc inter noſtros degeret, & ſanctimoniæ fa-

* *Di Settimo, quia nimirum eſt ſeptimum, ac ultimum Monaſt. ab Hugone Comite ædificatum.*

* *Porta a Pinti.*

* *Di S. Maria degl' Angeli (dicere debuerat, non S. Maria Magd. de Pazzis vulgo vocatur, poſtquã illic ejus Sanctæ incorruptum corpus conditum fuit.*

ma

A

na ubique floreret, à Hieronymo Alliotto noviſſimo abbatiæ Aretinæ commendatario, abbatum Caſinenſium primo, accepit adminiſtrationem ejuſdem Aretini cœnobii, teſte laudato Puccinello in appar. hiſtor. de illuſtrib. abbat. Floren. viris c. 6. pag. 39.

ARCHANGELUS DE RUBEIS ſeu de Bonavoltis Florentiæ natus, ibidem in cœnobio S. Mariæ monaſticam regulam profeſſus eſt anno 1540. die 26. Decembris. Is fuit ex monachis noſtris unus, qui monachos Ciſtercienſes in Etruria reſormarunt, quos Archangelus verbo, & exemplo ad regularem obſervantiam provocabat, & mirum in modum in via Domini ſolabatur; Quamobrem ejus virtutem, prudentiam, charitatem, & in agendo induſtriam, & dexteritatem admiratus S. Pius V. Pont. Max. Archiepiſcopales infulas illi obtuliſſe dicitur, quas vir humilis invicta conſtantia recuſavit, ſatis habens prioris clauſtralis officio, quod ſumma laude pluribus in cœnobiis exercuit, ad obitum uſque deſungi, qui feliciter ei obvenit Genuæ in monaſterio S. Nicolai de Buſchetto anno 1578.

De eo Plac. Pucin. in chron. abbat. Florent. pag. 143. & ſeq. & in appar. hiſt. ac illuſtr. abb. Flor. viris c. 9. pag. 69. Illa autem Ciſtercienſium monachorum reſormatio Florentiæ hoc potiſſimum ordine proceſſit, ut ego quidem adhuc juvenis accepi à ſenioribus abbatiæ Florentinæ. Dimidium monachorum Ciſtercenſium in noſtram abbatiam commigravit, & dimidium noſtrorum monachorum Ciſtercium (Florentiæ Ceſtello dictum) tranſivit, atque hac ratione facillime, ac ſuaviter Ciſtercienſes monachi utrobique, domi videlicet ſuæ, ac noſtræ, regularem diſciplinam, ritusque, laudabiliter iterum receperunt: Quod utique etiam in reformatione monachorum Vallis-Umbroſæ factum eſſe opinor, ea nempe de cauſa, ne monaſteria reformanda, tanto monachorum, tum indigenarum, tum advenarum numero, in re familiari, alimoniis, aliiſque in rebus, ultra vires diſpendia paterentur; Certè unus Timotheus Ricci, de quo infra, eorundem Ciſtercienſium, & ipſe reformator, octo abbatiæ Florentinæ monachos ſecum duxit, nec pauciores, niſi forte plures, Plac. Pavan. pro Vallis Umbroſæ reformatione à B. Gometio *Eugenii IV.* juſſu impetravit, alique alios; æquum igitur fuit, tantundem monachorum in noſtram Florentinam abbatiam mitti, qui tandiù ibi manerent, donec Deo grata reformatio perficeretur, nec interim operarii in vinea Domini, in noſtro ſcilicet monaſterio, plus æquo imminuerentur.

B

B

BARTHOLOMÆUS NELLI Florentiæ natus, ibidemque in cœnobio S. Mariæ noſtris adſcriptus anno 1427. die 12. Octobris, ob virtutum, ac regularis obſervantiæ meritum ſocius fuit Placidi Pavanelli in reformatione monachorum congregationis Vallis-Umbroſæ, in qua creatus fuit abbas S. Michaelis de Paſſiniano. Ita Plac. Puccin. in chron. abbatiæ Florentinæ pag. 123.

BENEDICTUS AMERIGHI Florentinus tum patria, tum monaſtica inſtitutione, quam in eodem cœnobio S. Mariæ an. 1452. die 8. Sept. auſpicatus eſt, illuſtri facto memorabilem ſe poſteris reddidit; Nam anno 1481. abbas cum eſſet ejuſdem monaſterii, oſſa celeberrimi comitis Hugonis, qui jam à quingentis circiter annis ædem illam ſacram erexerat, ac magnificentiſſime ditaverat, ſolemni pompa, totiuſque Florentinæ nobilitatis frequentia, ex

urna

Digitized by Google

B

urna porphiretica, in novum, ac pulcherrimum ſepulchrum, quod nuper Salvator de Acerbis abbas prædeceſſor per Minum Feſulanum, ejus ævi inſignem ſculptorem, ex candido marmore excitandum curaverat, tranſtulit, inſculpto quoque ipſi ſarcophago tali elogio.

D. O. M.

Hugoni Ottonis III. affini, ac Hetruſcorum, Camertum, Spoletanorumque duci marchioni Andeburgenſi, qui D. Benedicto hoc olim, & ſex alia cænobia condidit, pii hujus loci monachi, de ſe benemerito ſepulchrum vetuſtate attritum inſtaur. an. Sal. MCCCCLXXXI.

H. M. H. N. S.

Obiit an. Sal. MI. XII. Kal. Januarias.

Quo die, & monachorum pietas, gratuſque animus in conditorem benemerentiſſimum, & magni principis fama clarius eluxit. Poſt hæc Benedictus ab Innocent. VIII. Pont. Max. ejus doctrinæ, ac probitatis opinione permoto, una cum ſacræ camaldulenſis eremi præſule, (majorem illi vocant) monachos Florentinos S. Mariæ Angelorum congr. Camaldulen. juſſus eſt reformare, qua provincia egregie perfunctus, dum monaſteria noſtræ congregat. in Neapolitano regno conſtituta, cum imperio viſitaret, hyemalis itineris incommodis, aliiſque laboribus fractus, in gravem morbum incidit, ex quo Neapoli in S. Severino magno ferventis in Deum ſpiritus, ac religioſæ virtutis exemplo diem clauſit extremum anno 1477. die 28. Octobr. Ut primum Florentiam ejus obitus nuncium pervenit, D. Lucianus cœnobii prior ei ſolemniter juſta perſolvit, adſtantibus, præter noſtros, Camaldulenſibus etiam monachis, pluribus Florentinis proceribus, cunctiſque ex nobili familia Amerigha propinquis.

De eo Plac. Pucc. in chron. abbat. Florent. pag. 61. & ſeq. ubi Innoc. VIII. de Camaldulen. reformatione per eum, ſacræque eremi generalem præſulem facienda tale affert diploma.

INNOCENTIUS PAPA VIII.

Dilecti Filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

„ Ex fide dignis relationibus intelleximus in domo S. Mariæ de Angelis Floren.
„ ordinis Camaldulenſis, fractis modeſtiæ, & regularis obſervantiæ habe-
„ nis, non rectam vitam duci, ſtatuta ordinis non ſervari, quinimo divi-
„ num ibi cultum in dies magis intermitti, atque imminui, nec non eccleſia-
„ ſtica dictæ domus ornamenta, bona quoque mobilia, & immobilia quoti-
„ die alienari, & diſſipari, itaut niſi opportune occurratur, domus ipſa in
„ collapſum, & totalem fere deſolationem brevi ſit perventura. Unde Nos,
„ qui alias dum in minoribus eſſemus, bonum de ea famæ odorem perſenſi-
„ mus, atque ex plurium quoque atteſtatione cognovimus, illam tempori-
„ bus retroactis, continentiæ, & ſanctimoniæ ſacellum eſſe conſueviſſe:
„ certè tale, quod nunc audientes, non potuimus non commoveri animo,
„ & diſplicentiam merito ſuſcipere. Proinde ad paſtorale officium noſtrum
„ pertinere duximus, talem huic morbo medelam adhibendam eſſe, per
„ quam omnia ad ſanum redeant, tum pro ſummi Dei reverentia, tum pro
„ religionis honore, tum denique pro Chriſtifidelium ſalute, & conſolatio-
„ ne, ac ipſius domus conſervatione. Itaque de veſtra integritate, doctri-
„ na, & probitate, ſpecialem in Domino fiduciam ſumentes, tametſi hoc
„ ipſum jure ordinario, titulo generalis incumbat, vobis ambobus tenore

Digitized by Google

B

„ præſentium, & in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus; quatenus pariter, & conjunctim ad domum ipſam de Angelis perſonaliter vos conferatis, illamque authoritate noſtra debito modo viſitetis, ac de vita, moribus, & progreſſu perſonarum ibi degentium, informetis, & prout expediens eſſe videbitis, domum ipſam, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, & tam in capite, quam in membris reformare, & ad bonum, utilemque vivendi modum reducere ſtudeatis: ut (authore Domino, & veſtra cooperante bonitate, & ſolertia) domus ipſa in eiſdem temporalibus, & ſpiritualibus manuteneatur, & augeatur; concedentes vobis dicta authoritate plenam, & omnimodam facultatem, & poteſtatem perſonas ipſas ad vos vocandi, & examinandi, & (ſi ita viſum fuerit) amovendi, privandi, deponendi, ab officio, & cura ſibi injunctis ſuſpendendi; alias utiles, & idoneas ſubrogandi, cæteraque omnia, & ſingula faciendi, diſponendi, & ordinandi, quæ in præmiſſis ſecundum Deum, & conſtitutiones dicti ordinis Camaldulenſis utilia, & neceſſaria eſſe judicaveritis; non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac ordinis, & obſervantiæ prædictorum ſtatutis, & privilegiis, & conſtitutionibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 16. Martii 1485. pontificatus noſtri anno primo.

Dilectis filiis generali ſacræ Eremi Camaldulen. & abbati monaſterii S. Mariæ Florentinæ ordinis S. Benedicti, congregationis S. Juſtinæ de Padua. L. Criſus.

BENEDICTUS BONSIGNORIUS nobili genere Florentiæ natus, ibidem adulta jam ætate monachis noſtris adſcribi voluit anno 1534. & qui in ſæculo doctor, & linguarum latinæ, & græcæ profeſſor celebris fuerat, in monaſtico quoque inſtituto ex diſcipulo, quamprimum magiſter evaſit, tyroneſque vix ipſe tyrocinium egreſſus, in regulari obſervantiâ optime inſtruxit, mox Prior, deinde Abbas creatus anno 1557. doctrinæ præſtantia, & morum honeſtate omnium tum cœnobiorum, tum laicorum animos in ſui amorem, & venerationem convertit. In Siciliam cum poteſtate miſſus monaſterium S. Martini extra Panormum ſapienter admodum adminiſtravit. Prudentia namque in rebus agendis, in gubernando benignitate, vi, & efficacia in concionando, omnia ad priſtinam tranquillitatem, & commendabilem normam redegit; quod idem Averſæ in cœnobio S. Laurentii egregie præſtitit; congregationem quoque univerſam viſitatoris munere quatuor vicibus perluſtravit, ubique regularium virtutum, & ipſe exempla præbens, & ut monachi aliis præberent, ſerio admonens, & frequenter inculcans: Quibus cognitis SS. Pius V. Pont. Max., eum digniſſimum judicavit, cujus opera in monaſteriorum reformatione uteretur; Perhonorifico itaque munitum *Brevi* dato Pontificatus ſui an. 2. reformatorem, commiſſarium, & viſitatorem apoſtolicum monachorum Ciſtercienſium per Etruriam Benedictum conſtituit. Eique Coſmus I. Magnus Dux, cui talis reformatio cordi erat, Vincentium Borghinum, ejuſdem abbatiæ Florentinæ monachum, doctrina, & virtute celeberrimum, & nobiles viros *Julium del Caccia*, *& Aloyſium Capponium* ſocios, & adjutores attribuit, ut refert Plac. Puccin. in chron. abbatiæ Florentinæ pag. 88. ubi, ſicut & in antecedenti, de eo inter abbates Florentinos copiosè agit: Aſſiduis denique laboribus, itinerum præſertim frigidiſſimo hyemis tempore, pro viſitandis, reformandiſque cœnobiis confectus, æger Florentiam rediit, ibique ingraveſcente morbo, piiſſime animam Deo reddidit anno 1578. perfecti monachi famam una cum pluribus ingenii ſui monumentis poſteris relinquens, ejuſque exequias cum Ciſtercienſes monachi, tum Florentina nobilitas frequentes decorarunt.]

De

Digitized by Google

De eo nos fuſiſſime in noſtra Bibliotheca L. B. pag. 89. & ſeqq. ubi ejus opera, authoreſque de eo agentes diligenter referimus. **B**

C

CÆSARIUS de CURTIS, ſeu ut aliis placet, de Puſterulis à Mediolano, apud S. Petrum in Glaſſiate ejuſdem urbis monachum profeſſus eſt an. 1576. die 21. Sept. decanum, ac tyronum magiſtrum, & in baſilica S. Pauli de Urbe *pœnitentiarium* laudabiliter egit anno Jubilæi 1600. ſub Clemente VIII. A Paulo deinde V. præſes, & viſitator apoſtolicus monachorum Melitenſium in mari Adriatico, & in ditione Raguſina deſignatus fuit. Eo in munere, cum apud illos decem manſiſſet annos, ad noſtros rediens, Cæſenam ſeſe recepit, ab Urbano VIII. abbatis titulo decoratus. Denique cum in patriam conceſſiſſet, peſtilenti lue graſſante, rebus humanis exemptus eſt anno 1626. **C**

Agit de eo Plac. Puc. in chron. Glaſſiaten. pag. 362. In regeſt. ms. pag. 97. à tergo vocatur Cæſarius Ciniſellus à Mediolano, diciturque in margine *viſitator apoſtolicus Melitenſium, apud eos manſit annos* 10. ſed in alio reg. ms. pag. 91. à tergo appellatur *Cæſarius Curtus Poſterla*.

CHRYSOSTOMUS CALVINI Calaber à S. Gemiliano, in Caſinenſi monaſterio D. Benedicti aſſecla effectus eſt an. 1530. die 26. Julii. Floruit trium linguarum peritia, latinæ, græcæ, atque hebraicæ, & theologica doctrina; nec minus morum integritate, & religionis zelo celebris fuit. Creatus abbas S Sſmæ Trinitatis Cajetæ, miſſuſque ad Tridentinum concilium, interfuit ſeſſ. 5. anno 1546. & ſeſſ. 7. & 8. anno 1547. ac denique ſeſſ. 9. & 10. habitis Bononiæ eodem anno 1547. Poſtmodum jubente Paulo III. Pont. Max. monaſteria congreg. Melitenſis in mari Adriatico prope Raguſium reformavit, & ad inſtar Caſin. congr. conſtituit; quapropter ejuſdem Melitenſis congregationis pater, & inſtitutor hodieque audit. Ut autem facilius eam reformationem perficeret, plures nobiles Raguſinos pietate, ac literis à ſe imbutos, monaſtico donavit cucullo, adeo felici eventu, ut omnes cum bonæ frugi viri eſſent, variarum eccleſiarum epiſcopalibus infulis donati fuerint. His Chryſoſtomi beneficiis Raguſinus ſenatus ſe obſtrictum ſentiens, ejuſque virtutes in dies magis, magiſque admirans, à Pio V. Pont. Max. in ſuum metropolitam eum poſtularunt, impetraruntque an. 1560. eo paſtorali munere annis ferme quatuordecim, ſummo omnium ordinum conſenſu, & gaudio perfunctus, anno 1574. ætatis ſuæ 80. animam cœlo reddidit, incredibili totius civitatis mærore, ac luctu; cunctis namque civibus, cunctoque populo valde proficuum ſeſe præbuerat. Permanet uſque in præſens apud Raguſinos venerabilis ejus memoria, præcipue apud Melitenſes monachos, qui quotannis, anniverſaria ejus obitus die, in eccleſia monaſterii S. Jacobi, tamquam patri, & conditori inſigni pompa eidem juſta perſolvunt. In noſtra bibliotheca L. C. pag. 275. & ſeqq. plura de eo, ejuſque lucubrationibus, ubi etiam authores de eo agentes in medium adducimus.

* *Meleda.*

Hic autem verba Arnoldi Wionis Lign. Vitæ par. 2. lib. 5. cap. 11. pag. 606. tantum referemus. „ Reformata eſt, & congregatio illa Melidæ inſulæ juxta Raguſium in Dalmatia, anno Domini circiter 1560. à D. Chryſoſtomo „ monacho Caſinenſi & poſtmodum archiepiſcopo Raguſino.

CLEMENS à NEAPOLI S. Severini ibidem alumnus factus anno 1578. die 24.

C

Januar. in reg. ms. pag. 111. à tergo in margine dicitur, *obiiſſe dum eſſet abbas Caſtrovillarum, ac viſitator apoſtolicus Sardiniæ*, nec tamen exprimitur; an cleri ſæcularis, vel regularis, vel utriuſque, an verò peculiaris alicujus congregationis viſitator fuerit. Idem habet Plac. Puccinel. in appar. hiſt. de illuſtr. abbat. Florent. viris cap. 10. pag. 84. ubi eum laudat, utpote inſignem in virtutibus moralibus, & aſſiduâ mortis contemplatione, qua ſemper vivebat, ut moriturus.

E

E

EUTYCIUS CORDES Belga Antuerpiæ natus, cum in Italiam, atque Patavium ſtudiorum cauſa veniſſet, monaſticæ vitæ deſiderio incenſus, in cœnobio S. Juſtinæ inter noſtros locum obtinuit anno 1540. die 3. Sept. felici quidem omine, nam & doctrinæ præſtantia, & vitæ ſanctimonia tum patriam, quam reliquit, tum congregationem quam ingreſſus eſt, illuſtravit. Trium nobiliorum linguarum intima peritia, divinarum literarum, ſanctorumque patrum aſſidua lectione, ad ſacræ theologiæ faſtigium brevi curſu pervenit, abbas creatus S. Fortunati de Baſſano apud Lacum Benacum, ad Tridentinum concilium una cum aliis noſtræ congregationis theologis directus fuit, ubi publicis, privatiſque ſermonibus eruditionis ſuæ amplitudinem, ac robur oſtendit, quam deinde pluribus voluminibus digeſtam, poſteris commendavit. Itaque Martinus Geſtmannus epiſcopus Uratiſlavienſis, qui jamdiu Eutycii virtutem, morum innocentiam, & regularis diſciplinæ zelum perſpectum habebat, (illum namque, dum adhuc juvenis Martinus Patavii ſtudiis ſcentiarum incumberet, conſcientiæ ſuæ arbitrum, ac moderatorem adhibuerat) in Sileſiam eum advocavit, ut cœnobia illius regionis in antiquum monaſticæ regulæ vigorem reſtitueret. Eumdem Eutycium præſes, ac definitores noſtræ congregationis ſe miſſuros promiſerunt Rmo Cardin. Carolo à Lotharingia, (qui ab eiſdem petierat monachum aliquem pro reformando quodam monaſteri ordinis noſtri:) ut gentis mores, loci conſuetudines, monaſterii ſitum, magnitudinem, ac vires exploraret; ut patet ex epiſtola eorumdem PP. laudato cardinali ſcriptam, quæ legitur in lib. ms. orationum &c. in concilio Tridentino habitarum a Stephano Cataneo, Cæſenæ in noſtro S. Mariæ de Monte cœnobio aſſervato pag. 101. Denique in monaſterio S. Juſtinæ, ubi monachum profeſſus fuerat, ſingulari pietatis, ac divini timoris exemplo, ſpiritum ſummo rerum Conditori reddidit anno 1582. menſe Sept. Vide noſtram biblioth. L. E. pag. 407. ubi ejus opera, authoreſque de co agentes clare, ac diſtincte afferuntur.

EUTYCHIUS à S. ANGELO profeſſus eſt noſtrum inſtitutum Placentiæ in monaſterio S. Sixti an. 1631. die 16. April. fuit abbas S. Vitalis Raven. J. U. D. vitæ integerrimæ, reformator Montiſſerrati; Ita prorſus in reg. ms. pag. 54. à tergo. Nec de eo aliud hactenus; notum eſt autem Montemſerratum apud Cathalauniam celeberrimum eſſe, ac obſervantiſſimum cœnobium ordin. noſtri congr. Vallis-Oletanæ, quæ hucuſque ſanctitate, & doctrina plurimum floret.

ILO.

F

FLORIBERTUS A' PLACENTIA, nobili familia Burgo, monachus congr. Caſinen. fuit œconomus collegii Hiſpanici S. Clementis Bononiæ, quo munere ſumma laude functus eſt, ut aſſerit Petrus Maria Campi in hiſtor. eccleſiaſtica Placentina par. 3. lib. 24. pag. 227. col. 1. quem vide. Ne mireris autem lector me monachum hunc œconomiæ laude præſtantem hic recenſere, nam mihi propoſitum fuit oſtendere, plures è Caſinen. monachis ea prudentia, induſtria, ac virtute in rebus agendis præditos fuiſſe, ut ad reformandas alienas quoque congreg. cœnobia domos, qua in moralibus, qua in œconomicis, aptiſſimi inventi fuerint.

Idem dicendum de Cæſario à Brixia S. Mariæ de Cæſena alumno facto anno 1521. die 1. Junii, qui in reg. ms. pag. 160. in marg. dicitur *abbas titul. fuit œconomus in collegio Montis-Alti Bononiæ*; & in alio reg. ms. pag. 185. „ Fuit œconomus in collegio Montalto Bononiæ, & ampliatis fundis, „ & fabricis, effectus eſt abbas titularis, ſic jubente Illmo Montalto Pro- „ tectore. „ & de Raphaele Thomaſſio à Sulzano, in S. Euphemia Brixiæ, regulam D. Benedicti profeſſo an. 1596. die 11. Decembr., qui pariter in regeſt. pag. 161. à tergo in margine dicitur *abbas tituli ex priore regim. œconomus Montis-Alti Bononiæ*, & de Jacobo a Verona ejuſdem collegii Montis Alti itidem œconomo, de quo infra L. I. Nec mirum fuerit, tot ex noſtra congregatione monachos ad collegii Montis-Alti œconomiam, Bononiam accerſitos; nam cardinalis Alexander Perettus, alias Montis-Alti congreg. noſtræ protector, cum optime noſſet viros in noſtra congregatione rei familiaris curâ, integritate, ac diligentia præſtantes, eos facile pro ſua authoritate in œconomos illius collegii a Sixto V. patruo ſuo erecti (cujus propterea regimen, eo jubente, ad ſe maxime pertinebat) à noſtris ſupremis moderatoribus impetrabat, imo verò imperabat.

FRANCISCUS ALTOVITI nobili ſtemmate Florentiæ natus, ibidem in monaſterio S. Mariæ D. Benedicti cucullum induit an. 1426. die 22. Sept. In ſuſcepti inſtituti obſervantia plurimum cum profeciſſet, ac regularium virtutum exemplar omnibus ſeſe præberet, à beato Gometio ſocius additus eſt Placido Pavanello pro reformatione monachorum congr. Vallis-Umbroſæ, apud quos creatus abbas S. Michaelis de Paſſiniano, mox ejuſdem congr. gener. præſes an. 1450. renunciatus, annis fere 30. quibus illam moderatus eſt, prudentiam, & manſuetudinem ſeveritati conjunctam ſemper oſtendit inter proſpera, & adverſa; decreta, ac leges ſaluberrimas edidit; monaſterii Vallis-Umbroſæ ædificia plurimum ampliavit: Sacrarium à fundamentis erexit, ſacriſque ſanctorum lipſanis, multaque ſupellectili decoravit: à Paulo II. Pont. Max. cœnobium S. . . . . . de Ripolis prope Florentiam pro monachorum valetudinario obtinuit. monaſtico induit cucullo B. Angelum eremitam filium Andreæ Signorini. Denique anno 1479. dum monaſterium Vallis-Saſſinæ gubernaret, gravi correptus ægritudine ad extrema devenit die 22. Aprilis in prædio Guarloni non longe à Florentia, delatuſque ad monaſterium Vallis-Umbroſæ, ibidem maximo cum honore tumulatus fuit.

Ita Plac. Puc. in chron. abbat. Florent. pag. 122. ubi de eo agit, virumque morum integritate, & vitæ innocentia inſignem depredicat; ſed in generali illius congreg. magiſtratu parum felicem ob domeſticas monachorum diſcordias, & civiles contentiones, quibus tamen Franciſcus fortiter, ſuaviter-

F

ter-

F terque pro virili occurrit; & in app. hiſt. de illuſtr. abb. Florent. viris c. 6. pag. 41. ubi virum doctum, & monaſticæ diſciplinæ obſervantiſſimum eum appellat.

At Arnold. Wion Lign. Vit. par. 1. lib. 1. cap. 34. pag. 65. ubi inter *Generales perpetuos* ordinis Vallis-Umbroſæ de eo agit, ſepultum eum aſſerit in monaſterio Vallis-Saſſinæ.

Petrus Ricor. hiſt. monaſt. Dial. 4. pag. 470. à tergo „ Dio voleſſe, che i mo-
„ naci aveſſero avuto ne tempi à dietro molti uomini ſimili à Jacopo Niccoli-
„ ni, Franceſco Altoviti, & Iſidoro Miniati tutti e trè nobili Fiorentini: i
„ quali come uomini non meno dotti, che di grandiſſimo governo, furono
„ mandati da Gomezio abbate à riformare la congregazione di Valembro-
„ ſa, e dagli altri padri ancora: de quali Jacopo &c. Il ſecondo Franceſco
„ Altoviti ſaggio anch' egli, e di ſanti coſtumi ornato, morì præſidente pur
„ di Valembroſa l' anno di noſtra ſalute ſe ben mi ricordo 1470. „ In reg. ms. pag. 95. *fuit generalis Vallis Umbroſæ*.

Præterea de eo agit Eudoxius Locatellus l. 2. c. 66. in vita S. Jo. Gualberti.

G

G GALVANUS SALVIATI nobili familia Florentiæ ortus in cœnobio S. Mariæ ibidem monachus fieri voluit an. 1421. die 20. Auguſti: à B. Gometio (de quo mox) cujus erat diſcipulus, datus fuit ſocius Placidus Pavanello pro reformandis monachis Vallis-Umbroſæ, ad eoſque tranſiens, effectus eſt abbas S. Salvii, & vicarius generalis illius congregat. de eo Eudoxius Locatellus in vita S. Jo: Gualberti l. 2. c. 66. Plac. Puc. chron. abb. Florent. pag. 118. & in appar. hiſt. de illuſtribus abb. Flor. viris cap. 6. pag. 40. alibique.

GERMANUS à GENUA S. Juſtinæ Patavinæ monachus factus an. 1547. die 28. Octobr. vir ſacris, humaniſque literis ornatus, & græcis etiam non parum præſtans, ſolerti, ac prudenti ingenio præditus, à Gregorio XIII. Pont. Max. miſſus fuit una cum D. Ludovico Grigionio Neapolitano ad viſitanda, ac reformanda monaſteria ordinis S. Baſilii non minus nonaginta tribus, tum in Latio, ubi Crypta Ferrata, tum in Lucania, Apulia, Calabria, ac Sicilia, idque an. 1575. in ipſo ejuſdem S. Baſilii pervigilio, die nempe 13. Junii, qua provincia egregiè, ſummoque zelo perfunctus, ad noſtros rediit, creatuſque abbas, monaſterium SS. Trinitatis Caven. adminiſtravit, ibique ſanctè obiit anno 1587. de eo Petr. Ricor. hiſt. monaſt. dial. 4. pag. 471. à tergo, & ſeq. regeſt. quoque ms. pag. 11. à tergo. In necrologio monachorum S. Juſtinæ legitur hoc ejus epitaphium.

Germanus Genuenſis S. Juſtinæ monachus, & abbas, vir miro ingenio præditus, literis græcis eruditus, monachorum S. Baſilii in Calabria viſitator, piiſſime obiit anno 1587.

GOMETIUS NATIONE LUSITANUS natus eſt Ulyſſipone nobiliſſima ſtirpe, regiæ familiæ propinqua. In Italiam curioſitatis, & ſtudiorum cauſa, atque adeo Patavium profectus, Ludovici Barbo, aliorumque monachorum cœnobii S. Juſtinæ, ubi per id temporis regularis obſervantia reſtituta fuerat, morum ſanctimonia, ac ſuavitate allectus, in eorum cætum admitti enixe poſtulavit; voti compos effectus an. 1413. brevi admodum, & ſodalium exemplis, & propria virtute in monaſtica diſciplina mire profecit. Quamobrem

bien-

G

biennio poſt, 1415. ab eodem Ludovico Florentiam miſſus, monaſterium S. Mariæ prioris primum, mox abbatis authoritate, cum in ſpiritualibus, tum in temporalibus rebus ad optimum ſtatum redegit; Eum Odoardus Luſitaniæ Rex oratorem ſuum ad apoſtolicam ſedem legavit, & viciſſim apoſtolica ſedes nuncium in idem regnum direxit anno 1424. Florentiam reverſus, ab ea Republica theologus, & conſultor declaratur, & Florentinæ nobilitatis depoſitarius, ſcripturarumque cuſtos eligitur, unaque cum V. Ambroſio de Portico monachorum Camaldulenſium generali præſide, aliiſque nobilibus viris Reipublicæ oratoribus Piſas mittitur, ut Eugenium IV. Pont. Max. Roma profugum honorifice exciperent, & Florentiam deducerent: Quò perveniens Pontifex, cum Gometium ſelectiſſimæ virtuis virum, & ad monaſteriorum reformationem unice natum jam diù noſceret, viſitatorem eum apoſtolicum, ac reformatorem omnium monaſteriorum urbis Florentinæ deſignavit: Hac igitur authoritate, maximaque prudentia, ac dexteritate fretus, Ciſtercienſes monachos cœnobii, vulgo di *Settimo* extra Florentiam, quò octo abbatiæ Florentinæ monachos deduxit, reformavit; monachos deinde Silveſtrinos, qui per id temporis, cœnobium D. Marci incolebant ad perfectam regulæ obſervantiam revocavit: etiam monachos Humiliatos cœnobii omnium Sanctorum, & Fratres Minoritas conventus Monticelli: moniales quoque Sanctæ Birgittæ *del Paradiſo* prope Florentiam inviſit, ſaluberrima ſingulis monita relinquens; reformavit pariter ſorores S. Dominici in Pulveraria, incorrigibiles quaſdam inde expellens: Longum ſit referre, quot regularium utriuſque ſexus, diverſorumque ordinum de uno ad aliud cœnobium in urbe Florentina juſtis de cauſis tranſmigrationes præceperit; unica, eaque celeberrima ſufficiat, tredecim, fœminarum, quæ Appolloniæ D. Catharinæ Senenſis Romæ olim ſociæ exemplo, in arctiſſima ædicula ſupra pontem Arni, *Rubaconte* dictum, non ſine multis vitæ, ac quietis periculis degebant, quas inde amotas, in novum, commodius, ac tutius intra urbem cœnobium an. 1424. ſolemni pompa tranſtulit, muroque januam obſtruens, *Muratarum* nomen illis indidit, quod hodieque retinent; eiſque D. P. Benedicti regulam, & peculiares leges tradidit, feliciſſimo quidem omine, nam ex eo tempore nobilium virginum, numero, & ſanctitate, collegium inſigne accrevit, Gometium inſtitutorem, & fundatorem benemerentiſſimum agnoſcens, ac deprædicans. Hæc Florentiæ: Piſis autem ab ejus urbis Senatu rogatus, monaſterium S. Domnini martyris per Ignatium, alioſque abbatiæ Florentinæ monachos reformavit, & in priſtinam regulæ obſervantiam reſtituit. Anno deinde 1439. à prælaudato Eugenio IV. monachorum Camaldulenſium (poſt obitum Ambroſii) prior generalis creatur, ut illam quoque congregationem ad regularem perfectionem dirigeret; quod cum naviter egiſſet, eo magiſtratu ſeſe abdicavit, & ad noſtros rediit anno 1441. Sed jam tantæ virtutis, tantæque in cœnobiis reformandis vis, & gratiæ fama longius pervadente, à ſupramemorato rege Odoardo expetitus, ut in patria, eadem, quæ in Italia, præſtaret, nuncii apoſtolici, ac viſitatoris titulo decoratus, iterum in Luſitaniam profectus eſt, monaſteria illius regni reformaturus; In id dum ſtrenue incumbit, Conimbriæ in monaſterio S. Crucis, cujus tunc Gometius abbas erat commendatarius, piiſſime, & cum ſanctitatis opinione ad cælos migravit an. 1442. toti regiæ aulæ, totique regno magnum ſui deſiderium relinquens.

* *Eligitur*;

* *Is eſt Ambroſius Camaldulenſis.*

* *Modo extincti ſunt, ibique Minores de obſervantia nunc degunt.*

* In Polveroſo.

* *Vide Puccin. in chron. abb. Floren. pag.* 35.

* *Ubi olim S. Antonius Patavinus poſtea dictus Canon. regul. fuerat.*

De eo Arn. Wion lign. vitæ lib. 1. c. 20. pag. 39. in prioribus generalibus perpetuis totius ordinis Camaldulenſis; Auguſtinus Fortunius Camaldulenſis lib. 2. cap. 70.

G

cap. 70. Gabriel Pennottus lib. 2. cap. 60. Michael Poc. in ſummario eccleſiarum pag. 10. Scipio Ammiratus prope finem ſuæ hiſtoriæ Plac. Puc. in chron. abbat. Florent. pag. 33. & ſeqq. & in vita ejuſdem Gometii à ſe italicè ſcripta, & Mediolani edita anno 1645. in 4. quam vitam multo antea latinè exaraverat Thomas Salvettus Florentinus; Petrus Ricor. hiſtor. monaſt. dial. 3. pag. 322. à tergo, & ſeq. ut nos in noſtra biblioth. (ubi de Gometio fuſiſſime.) jam diximus.

Epiſtola Timothei monachi in curia Eugenii IV. Pont. Max. degentis ad Gometium. „ Reverendiſſimo in Chriſto patri D. Gometio abbati Florentino patri col.

J E S U S.

„ Rev. pater cubicularius, & ego fuimus cum Cardinali Placentino pro illis ne„ gotiis regis, & oſtendimus illi literas regis, quas ad me miſiſti, & primum „ de negotio dominæ Beatricis, dixit, ut faceremus fieri unam ſupplicatio„ nem, & ipſe præſentaret Domino N. Poſtmodum enarravimus ſibi mo„ dum, quem rex tenuerat in publicanda Cruciata, quæ res vehementer ſi„ bi placuit: mandavit etiam, ut literas illas regis traduceremus in latinum, „ quas ego ſatis eleganter, & devote traduxi, quibus viſis cardinalis miro „ quodam modo gavisus eſt de illa tam bona re, ac tam devota, publicavit„ que nonnullis aliis prœgaudio, procuravimuſque, ut ipſe oſtendat domino „ noſtro, ac etiam cardinalibus, ut egregia facta regis promulgentur, quam „ rem apprime rex deſiderat. Vale è Bononia 9. Octobr. participem me fa„ ciat in orationibus veſtris.

Timotheus Monachus.

„ Eugenius Papa IV. dilecto filio D. Thaddæo de Florentia, monacho monaſte„ rii S. Mariæ ord. S. Benedicti vicario apoſtolico, ſalutem, & apoſtolicam „ benedictionem.

„ Quia monaſterium S. Mariæ Florentiæ ordinis S. Benedicti, propter transla„ tionem dilecti filii *Gometii* abbatis olim præfati monaſterii ad prioratum „ eremi, & generalatum ordinis Camaldulenſis, vacare contingit, & vacat „ ad præſens. Ne hujuſmodi vacantiâ diſpendium in ſpiritualibus, aut tempo„ ralibus dictum monaſterium patiatur, te monachum ejuſdem monaſterii „ expreſſe profeſſum, & in ſacerdotio conſtitutum, authoritate apoſtolica, „ tenore præſentium ipſius monaſterii Florentini vicarium conſtituimus, & „ ordinamus, abſolventes omnes alios, & ſingulos officiales præfati mona„ ſterii ab eorum officiis, niſi in quantum tibi videbitur eiſdem committen„ dum: mandantes inſuper omnibus, & ſingulis monachis ſub pœna excom„ municationis, quam, ipſo facto, qui contrafecerint, incurrant, ut tibi obe„ dientiam præſtent, donec aliter de dicto monaſterio diſpoſuerimus provi„ dendum. Datum Florentiæ ſub annulo Piſcatoris 25. Novembris 1489. „ pontificatus noſtri anno IV.

„ Eugenius IV. Epiſcopus Servus Servorum Dei. Chariſſimo in Chriſto filio „ Odoardo Portugalliæ, & Algarbii regii illuſtri ſalutem, & apoſtolicam „ benedictionem. Literis tuis fili chariſſime, quas dudum cum aliis nonnul„ lis accepimus, nos requiris, ut dilecto filio *Gometio* abbati S. Mariæ Floren„ tinæ apud celſitudinem tuam nuntio noſtro, viſitandi, & reformandi ec„ cleſias, & loca in regno tuo facultatem tribuere velimus: Cæterum cum „ oratores ad nos venturos in dies expectemus, negotium ipſum nonnullis „ rationibus animum noſtrum moventibus uſque ad illorum adventum pro„ ferre decrevimus, quid in ea re melius viſum fuerit, illis præſentibus di-

ſpoſi-

G

„ ſpoſituri. Datum Bononiæ anno Dominicæ Incarn. 1436. 13. Kalen. Julii
„ Pontif. noſtri anno 6.

Joannes de Steccatis.

Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Chariſſimo in Chriſto filio Odoardo Portugalliæ, & Algarbii regi illuſtri ſalutem, & apoſtolicam benedictionem: Inter nonnullas literas, quas nuper à tua ſerenitate recipimus, illæ nobis gratiſſimæ fuere, quibus decretum de annatis non recipiendis in concilio Baſileenſi minus honeſte, & rationabiliter editum, te non recipere reſponſum dediſti, tam per dilectum filium *Gometium* abbatem S Mariæ Florentinæ nuntium noſtrum, quam per noſtras literas requiſitus, quam ob rem cum eſſet nobis longe antea perſpecta, & cognita tuæ erga nos, & Romanam eccleſiam devotionis ſinceritas, nihil fere iis literis novi nobis allatum eſt. Igitur excellentiam tuam in Domino commendantes, quas valemus gratias eidem ſerenitati referimus. Datum Bononiæ an. incarn. dominicæ 1436. 13. Kalen. Julii Pont. noſtri an. 6.

Joannes de Steccatis.

„ Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio *Gometio* abbati Flo-
„ rentino ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Poſteaquam dilectum fi-
„ lium Placidum cubicularium noſtrum creavimus abbatem Vallis-Umbroſæ,
„ & illius ordinis generalem, nulla ipſum re magis indigere conſideravimus,
„ quam monachis in obſervantia regulari vivere conſuetis, quibus ordinem
„ illum hactenus caruiſſe ſcimus; Quare cum tua devotio, largiente *humili-*
„ *tati, & manſuetudini tuæ*, gratiarum authore Domino, præſtantes hujuſ-
„ modi habeat monachos, eandem hortamur, requirimuſque, ut aliquot
„ ex ipſis monachis eidem Placido abbati velis dare, tandiu ſecum futuros
„ etiam in habitu tuo, quoad & ſuos, quos in ordine reperiet, & alios quos
„ inſtituet, ad debitam vivendi normam poterit perducere, quod quidem
„ illi facilius non dubitamus futurum, ſi præfatos monachos ex tuis ſecum
„ habebit, quorum exemplo novitii invitentur. Quamquam vero non du-
„ bitemus te, qua es erga omnes charitate, hunc quem noſti creaturam no-
„ ſtram eſſe, favoribus quibuſcumque poſſibilibus proſequuturum, ut tamen
„ ejus tyrocinia veteranus adjuves, & conſilio illi, directione, & ubi opor-
„ teat, rebus, & opera ſis adjumento, eandem devotionem tuam iterato hor-
„ tamur, & quam poſſumus ſtricte ſuademus. Datum Bononiæ ſub annulo
„ Piſcatoris die 17. Junii 1436. Pontificatus noſtri anno 6.

Leguntur ad calcem chronici abbatiæ Florentinæ à Placido Puccinello compoſiti pag. 307. & ſeqq.

In memoriis verò ſepulchralibus ejuſdem authoris pag. 36. & 37. & ſeq. extant duæ ſequentes inſcriptiones, quæ Florentiæ in eccleſia monialium Muratarum parietibus inculptæ leguntur.

D. O. M.

D. Virgini Nuntiatæ. Virginum hoc ſacrarum examen, Muratarum dicunt, ponti primum incubuerat Rubaconti, exile dante initium Apollonia ex ſodalitio olim S. Catharinæ Senenſis; Cæterum majora ſtruente Numine, *Gometius* abbatiæ Florentinæ abbas, primus virgines illas non dum authoratas in militiam patriarchæ Benedicti ſacramento adegit, eduxitque XIII. numero in hanc auguſtiorem ſedem anno Domini 1424. Quare ei viro *fundatoris* nomen merito conſcitum eſt.

G

D. O. M.

Apollonia S. Catharinæ Senenſis comes XIII. virginum ſodalitium ſuper ponte Rubaconte inſtituit, Spiritu Sancto annuente *Gometius* abbatiæ Florentinæ præſul an. Domini 1424. virgines has nulli adhuc certæ regulæ initiatas ab exili ædicula in hoc auguſtius cœnobium ſub D. Mariæ Annunciatæ, ſanctique Benedicti ſacramento adegit; Hinc & fundatoris nomen ſibi vindicavit; & earum omnium cineri ad annum uſque 1557. monumentum hoc addictum eſt.

GOTTARDUS à LONGOBARDIA S. Mariæ urbis Florentinæ ſodalis factus eſt an. 1421. die 30. Novembr. Hic à B. Gometio miſſus fuit una cum aliis monachis ad inhabitandum, & reformandum monaſterium S. Domnini Piſarum, ubi anno 1428. in Domino obdormivit.

GREGORIUS CASAMATTA à CASTIONO SS. Floræ, & Lucillæ Aretii ſodalis factus anno 1557. die 7. Octobr. in reg. mſ. pag. 185. à tergo, & in alio reg. pag. 212. dicitur obiiſſe abbas Caſini, fuiſſe præſ. & viſitat. apoſtol. Melitenſium: Marcus Ant. Scipio in elogiis abb. Caſin. pag. 184. dicit, eum præfuiſſe cœnobio Caſinen. annos tres, menſes ſeptem obiiſſe anno 1608.

H

H

HIERONYMUS FLORENTINUS MINIATI filius S. Mariæ in urbe Florentia alumnus effectus an. 1428. die 20. Febr. cum ſcientia æque, ac vitæ integritate floreret, adjutor, & cooperator datus eſt Plac. Pavanello in reformatione monachorum congreg. Vallis-Umbroſæ. Id enim præceperat Eugenius IV. nuper laudato Gometio abbati Florentino, ut monachos aliquot regulari obſervantia præſtantes pro Vallumbroſanorum reformatione Pavanello concederet, ut ex brevi ejuſdem pontificis, ad eundem Gometium, ſupra relato. Cæterum de Hieronymo Florentino vide noſtram bibliothecam par. 1. pag. 52. & ſeqq.

HIERONYMUS RUSCELLUS, alias Bruggia Peruſiæ natus, Florentia tamen oriundus, profeſſus eſt regularem vitam in cœnobio S. Petri ejuſdem Peruſinæ urbis anno 1555. die 24. Febr. Floruit multa doctrina ſacra, profanaque; ſed in primis mathematicis diſciplinis illuſtris fuit, in rebus quoque agendis prudentiæ, ac induſtriæ laude enituit. Abbas creatus nobiliora congregationis noſtræ cœnobia ſapienter, ac utiliter rexit, ingentibus, & elegantibus ædificiis ſingula exornans. Florentiæ, quod cœnobium annis 4. ab anno ſcilicet 1586. uſque ad annum 1590. adminiſtravit, novas monachorum cellas, hoſpitum cameras, horrea, aliaſque ſtructuras à fundamentis excitavit, quantum loci anguſtia permiſit commodas, & venuſtas, probatæque architectonices legibus reſpondentes, majoris clauſtri, quod nunc comitis Hugonis appellant, ab ejuſdem ſtatua poſtea ibidem erecta, primum lapidem hac inſcriptione inſignitum poſuit ritu ſolemni.

„ Ad gloriam Dei, & in honorem S. Annæ Matris Dei genitricis, anno à nati-
„ vitate 1588. die 16. menſis Auguſti, Sixti papæ V. pontificatus anno IV.
„ Ferdinandi magni Ducis III. anno 1. abbas, & monachi Caſinenſes hujus
„ clauſtri primum lapidem poſuere.

„ Nec minora erga proximum charitatis dedit ſpecimina, præſertim dum plures
„ familias Arni fluminis alluvione obſeſſas, ideoque fame periclitantes, fre-
„ quentibus, largiſque eleemoſinis à præſenti periculo liberavit, dum in mo-
„ nachorum Ciſtercienſium reformationem operam, & zelum ſuum diligen-

„ tiſſi-

„ tiſſimè contulit, ut teſtatur Plac. Puc. in chron. abbatiæ Florent. pag. 97. H
„ Nos verò de eo agimus biblioth. noſtræ par. 1. pag. 529. & ſeqq. plureſque
„ authores de eo agentes in medium adducimus. Obiit Hieronymus Peruſiæ
„ an. 1603. ætatis ſuæ 70.

I

JACOBUS NICOLINI nobili ſtemmate Florentiæ natus ibidem in cœnobio S. Mariæ regularem profeſſionem emiſit an. 1424. die 14. menſis Maji. Qui cum virtutum ſplendore natalium gloriam augeret, & monaſticum inſtitutum ſanctimoniæ fama illuſtraret, à D. Gometio, ſocius, & adjutor additus eſt Plac. Pavanello pro ſupra memorata reformatione monachorum congreg. Vallis-Umbroſæ, cujus mox abbas generalis creatus fuit, demumque abbas dum eſſet S. Salvii, naturæ debitum perſolvit an. 1449. die 10. Junii. I
De eo Plac. Puc. in chronico abbatiæ Florent. pag. 122. & in app. hiſtor. de vir. illuſtrib. abbat. Florent. c. 6. pag. 4. Eudoxius Locatellus in vita S. Jo: Gualberti l. 2. c. 66. Petr. Ricord. hiſt. monaſt. dial. 4. pag. 410. à tergo „ Dio
„ voleſſe, che i monaci aveſſero avuto ne' tempi addietro di molti uomini ſi-
„ mili à Jacopo Nicolini, Franceſco Altoviti, & Iſidoro Miniati tutti è tre
„ nobili Fiorentini, i quali come uomini non meno dotti, che di grandiſſimo
„ governo, furono mandati da Gometio abbate à riformare la congregazio-
„ ne di Vallembroſà, e dagli altri padri ancora: de quali *Jacopo* non man-
„ co per virtù, e coſtumi, che per ſangue illuſtre morì poco doppo la detta
„ riforma, abbate di S. Salvi, allora ſecondo monaſt. della detta congrega-
„ zione di Vallembroſa à di 10. Giugno 1448.
In necrologio monachorum abbat. Florent. pag. 2. de Jacobo Nicolini ſic ſcriptum reperitur.

Anno Domini MCCCCXLVIIII.

„ Dominus Jacobus Nicolinus, non minus morum, quam ſanguinis nobilitate
„ præclarus; Qui ob ſumma virtutum inſignia; & vitæ integritatem, ad re-
„ formandam Vallis-Umbroſæ congregationem à Ven. Gometio legatus,
„ eam non ſolum reformavit, ſed etiam non mediocriter auxit. Tandem in
„ monaſterio S. Salvii, cui præerat abbas, feliciter moritur IV. idus Junii."

JACOBUS à VERONA profeſſus eſt monaſticam regulam ibidem in cœnobio S. Nazarii anno 1559. De eo Gratianus Trezzi in ſuo reg. ms. pag. 150. dicit, „ *Hic fuit primus economus in Collegio Montalto Bononiæ, cui poſſeſſiones, fabricas & redditus ampliavit.*

IGNATIUS FERRUCCIUS patria Floren. in cœnobio S. Mariæ monachum profeſſus anno 1421. die 30. Nov. à B. Gometio abbate Floren. reformationem S. Domnini Piſarum aggrediente, illuc miſſus fuit, ut ei cœnobio abbatis authoritate præeſſet, illudque ad regularem obſervantiam redigeret; quod dum exequitur, Florentiam quorundam negotiorum cauſa ſe contulit, ubi ægritudine oborta ad meliorem vitam tranſivit anno 1430. De eo Plac. Pucc. in chron. abb. Floren. pag. 118.

JOANNES BAPTISTA FOLENGUS nobilis Mantuanus in cœnobio S. Benedicti inter Padum, & Larionem monaſticæ militiæ rudimenta poſuit an. 1512. die 8. April. vir doctrina ſacra, profanaque percelebris, & aliquot divinæ Scripturæ librorum commentator inſignis, qui à Paulo IV. Pont. Max. ejus monaſticæ virtutis fama permoto, in Hiſpaniam miſſus ad reformanda noſtri

G

D. O. M.

Apollonia S. Catharinæ Senenſis comes XIII. virginum ſodalitium ſuper ponte Rubaconte inſtituit, Spiritu Sancto annuente *Gometius* abbatiæ Florentinæ præſul an. Domini 1424. virgines has nulli adhuc certæ regulæ initiatas ab exili ædicula in hoc auguſtius cœnobium ſub D. Mariæ Annunciatæ, ſanctique Benedicti ſacramento adegit; Hinc & fundatoris nomen ſibi vindicavit; & earum omnium cineri ad annum uſque 1557. monumentum hoc addictum eſt.

GOTTARDUS à LONGOBARDIA S. Mariæ urbis Florentinæ ſodalis factus eſt an. 1421. die 30. Novembr. Hic à B. Gometio miſſus fuit una cum aliis monachis ad inhabitandum, & reformandum monaſterium S. Domnini Piſarum, ubi anno 1428. in Domino obdormivit.

GREGORIUS CASAMATTA à CASTIONO SS. Floræ, & Lucillæ Aretii ſodalis factus anno 1557. die 7. Octobr. in reg. ms. pag. 185. à tergo, & in alio reg. pag. 212. dicitur obiiſſe abbas Caſini, fuiſſe præſ. & viſitat. apoſtol. Melitenſium: Marcus Ant. Scipio in elogiis abb. Caſin. pag. 184. dicit, eum præfuiſſe cœnobio Caſinen. annos tres, menſes ſeptem obiiſſe anno 1608.

H

H

HIERONYMUS FLORENTINUS MINIATI filius S. Mariæ in urbe Florentia alumnus effectus an. 1428. die 20. Febr. cum ſcientia æque, ac vitæ integritate floreret, adjutor, & cooperator datus eſt Plac. Pavanello in reformatione monachorum congreg. Vallis-Umbroſæ. Id enim præceperat Eugenius IV. nuper laudato Gometio abbati Florentino, ut monachos aliquot regulari obſervantia præſtantes pro Vallumbroſanorum reformatione Pavanello concederet, ut ex brevi ejuſdem pontificis, ad eundem Gometium, ſupra relato. Cæterum de Hieronymo Florentino vide noſtram bibliothecam par. 1. pag. 52. & ſeqq.

HIERONYMUS RUSCELLUS, alias Bruggia Peruſiæ natus, Florentia tamen oriundus, profeſſus eſt regularem vitam in cœnobio S. Petri ejuſdem Peruſinæ urbis anno 1555. die 24. Febr. Floruit multa doctrina ſacra, profanaque; ſed in primis mathematicis diſciplinis illuſtris fuit, in rebus quoque agendis prudentiæ, ac induſtriæ laude enituit. Abbas creatus nobiliora congregationis noſtræ cœnobia ſapienter, ac utiliter rexit, ingentibus, & elegantibus ædificiis ſingula exornans. Florentiæ, quod cœnobium annis 4. ab anno ſcilicet 1586. uſque ad annum 1590. adminiſtravit, novas monachorum cellas, hoſpitum cameras, horrea, aliaſque ſtructuras à fundamentis excitavit, quantum loci anguſtia permiſit commodas, & venuſtas, probatæque architectonices legibus reſpondentes, majoris clauſtri, quod nunc comitis Hugonis appellant, ab ejuſdem ſtatua poſtea ibidem erecta, primum lapidem hac inſcriptione inſignitum poſuit ritu ſolemni.

„ Ad gloriam Dei, & in honorem S. Annæ Matris Dei genitricis, anno à nati-
„ vitate 1588. die 16. menſis Auguſti, Sixti papæ V. pontificatus anno IV.
„ Ferdinandi magni Ducis III. anno 1. abbas, & monachi Caſinenſes hujus
„ clauſtri primum lapidem poſuere.

„ Nec minora erga proximum charitatis dedit ſpecimina, præſertim dum plures
„ familias Arni fluminis alluvione obſeſſas, ideoque fame periclitantes, fre-
„ quentibus, largiſque eleemoſinis à præſenti periculo liberavit, dum in mo-
„ nachorum Ciſtercienſium reformationem operam, & zelum ſuum diligen-

„ titi-

„ tiſſimè contulit, ut teſtatur Plac. Puc. in chron. abbatiæ Florent. pag. 97. H
„ Nos verò de eo agimus biblioth. noſtræ par. 1. pag. 529. & ſeqq pluresque
„ authores de eo agentes in medium adducimus. Obiit Hieronymus Peruſiæ
„ an. 1603. ætatis ſuæ 70.

I

JACOBUS NICOLINI nobili ſtemmate Florentiæ natus ibidem in cœnobio S. Mariæ regularem profeſſionem emiſit an. 1424. die 14. menſis Maji. Qui cum virtutum ſplendore natalium gloriam augeret, & monaſt icum inſtitutum ſanctimoniæ fama illuſtraret, à D. Gometio, ſocius, & adjutor additus eſt Plac. Pavanello pro ſupra memorata reformatione monachorum congreg. Vallis-Umbroſæ, cujus mox abbas generalis creatus fuit, demumque abbas dum eſſet S. Salvii, naturæ debitum perſolvit an. 1449. die 10. Junii. I

De eo Plac. Puc. in chronico abbatiæ Florent. pag. 122. & in app. hiſtor. de vir. illuſtrib. abbat. Florent. c. 6. pag. 4. Eudoxius Locatellus in vita S. Jo: Gualberti l. 2. c. 66. Petr. Ricord. hiſt. monaſt. dial. 4. pag. 410. à tergo „ Dio
„ voleſſe, che i monaci aveſſero avuto ne' tempi addietro di molti uomini ſi-
„ mili à Jacopo Nicolini, Franceſco Altoviti, & Iſidoro Miniati tutti è tre
„ nobili Fiorentini, i quali come uomini non meno dotti, che di grandiſſimo
„ governo, furono mandati da Gometio abbate à riformare la congregazio-
„ ne di Vaſſembroſa, e dagli altri padri ancora: de quali *Jacopo* non man-
„ co per virtù, e coſtumi, che per ſangue illuſtre morì poco doppo la detta
„ riforma, abbate di S. Salvi, allora ſecondo monaſt. della detta congrega-
„ zione di Vallembroſa à di 10. Giugno 1448.

In necrologio monachorum abbat. Florent. pag. 2. de Jacobo Nicolini ſic ſcriptum reperitur.

Anno Domini MCCCCXLVIIII.

„ Dominus Jacobus Nicolinus, non minus morum, quam ſanguinis nobilitate
„ præclarus; Qui ob ſumma virtutum inſignia; & vitæ integritatem, ad re-
„ formandam Vallis-Umbroſæ congregationem à Ven. Gometio legatus,
„ eam non ſolum reformavit, ſed etiam non mediocriter auxit. Tandem in
„ monaſterio S. Salvii, cui præerat abbas, feliciter moritur IV. idus Julii.

JACOBUS à VERONA profeſſus eſt monaſticam regulam ibidem in cœnobio S. Nazarii anno 1559. De eo Gratianus Trezzi in ſuo reg. ms. pag. 150. dicit „ *Hic fuit primus economus in Collegio Montalto Bononiæ, cui poſſeſſiones, fabricas & redditus ampliavit.*

IGNATIUS FERRUCCIUS patria Floren. in cœnobio S. Mariæ monachum profeſſus anno 1421. die 30. Nov. à B. Gometio abbate Floren. reformationem S. Domnini Piſarum aggrediente, illuc miſſus fuit, ut ei cœnobio abbatis authoritate præeſſet, illudque ad regularem obſervantiam redigeret; quod dum exequitur, Florentiam quorundam negotiorum cauſa ſe contulit, ubi ægritudine oborta ad meliorem vitam tranſivit anno 1430. De eo Plac. Pucc. in chron. abb. Floren. pag. 118.

JOANNES BAPTISTA FOLENGUS nobilis Mantuanus in cœnobio S. Benedicti inter Padum, & Larionem monaſticæ militiæ rudimenta poſuit an. 1512. die 8. April. vir doctrina ſacra, profanaque percelebris, & aliquot divinæ Scripturæ librorum commentator inſignis, qui à Paulo IV. Pont. Max. ejus monaſticæ virtutis fama permoto, in Hiſpaniam miſſus ad reformanda

noſtri

Digitized by Google

I

noſtri ordinis monaſteria, demandatæ ſibi provinciæ abſolutiſſime ſatisfecit; teſtatur id Antonius Yepes in hiſt. monaſteriorum; Conſalvus Illeſcas in hiſtor. pontif. par. 2. l. 6. cap. 30. Conſtant. Cajetan. comment. in vitam Gelaſii Papæ II. pag. 119. aliique. Diploma autem Pauli IV., quo ea in Hiſpaniam miſſio eidem Folengo injungitur. Datum fuit Romæ anno 1555. die 8. Novem. vide noſtram bibliothecam par. 1. pag. 635. & ſeqq. ubi plura ſcitu digniſſima de eo referuntur.

JOANNES à BURGUNDIA cum in Italiam veniſſet, cœnobiticæ vitæ deſiderio captus monachis D. Juſtinæ Patavinæ adnumerari obtinuit anno 1430. utque erat doctrina, & probitate conſpicuus, ab Eugenio IV. Pont. Max. apoſtolicus primum cubicularius, deinde reformator, & generalis abbas monachorum congregat. Vallis-Umbroſæ, demumque epiſcopus Parentinus in Iſtria creatus fuit; Ita regeſtum noſtrorum monachorum à Gratiano Trezzi Mediolan. exaratum pag. 8. quod Mediolani in biblioth. S. Simpliciani aſſervatur, à me viſum ibidem anno 1688. Sed undenam Gratianus id hauſerit, minime conſtat, nam neque Ughel. neque Nicolaus Coleti in ital. ſacr. ejuſque append. in epiſcopis Parentinis, neque denique Arnol. Wion lign. vit. l. 1. cap. 34. & 35. pag. 52. & ſeqq. in abbatibus generalibus perpetuis ordinis Vallis-Umbroſæ, & in præſidentibus triennalibus ejuſdem ordinis, aliquid de eo habent.

ISIDORUS MINIATI nobili familia Florentiæ ortus, ibidem in cœnobio S. Mariæ monachorum albo adſcriptus fuit an. 1427. die 12. Octob. Eum quoque V. Gometius, cum religionis zelo, & prudentiæ virtute præditum cerneret, dignum exiſtimavit, qui una cum Jacobo Nicolinjo, & Franciſco Altoviti ſupra memoratis, aliiſque Placido Pavanello, de quo infra, in reformatione monachorum congreg. Vallis-Umbroſæ ſocius, & adjutor adeſſet. Nec ſpes illum fefellit; nam verbo, & exemplo, regendique optima ratione plurimum emolumenti congregationi illi cum in temporalibus rebus, tum in ſpiritualibus attulit; demumque Paſſiniani cœnobium abbatis authoritate dum gubernaret feliciter ex hac vita ad immortalem migravit an. 1485.

De eo Petrus Ricord. hiſtor. monaſt. lib. ſeù dial. 4. pagin. 470. à tergo „ ora
„ Diò voleſſe, che i monaci aveſſero avuto ne tempi addietro di molti uo-
„ mini ſimili à Jacopo Nicolini, Franceſco Altoviti, & *Iſidoro Miniati* tut-
„ ti è trè nobili Fiorentini: i quali come uomini non meno dotti, che di
„ grandiſſimo governo; furono mandati da Gometio abbate à riformare la
„ congregazione di Vallembroſa, è dagl' altri padri ancora; de quali....
„ Iſidoro l' ultimo, pur uno de tre riformatori già detti, morì abbate di Paſ-
„ ſignano l' anno 1485. Doppo di aver tutti fatto in quella congregazione in-
„ credibile utile, è giovamento con la dottrina loro, governo, & eſempio
„ di vita. „ Meminit ejus Plac. Pucc. in chron. abbat. Florent. pag. 125. & in app. hiſt. de illuſtribus abbatiæ Florent. viris c. 6. pag. 41. ubi virum magni conſilii & in arduis negotiis exercitatiſſimum cum vocat.

ISIDORUS MONTAUTI nobilis Florentinus, cœnobij S. Mariæ alumnus, ac deinde abbas, vir doctrina, ac pietate inſignis, à M. Coſmo I. Ætruriæ duce præfectus fuit celeberrimo noſocomio S. Mariæ Novæ in urbe Florent. an. 1570. ingenti ſane ejuſdem domus emolumento; nam ære alieno, variiſque corruptelis ſublatis, omnia ad optimam tum vivendi, tum agendi rationem, ac formam redegit, editis etiam pro eadem reformatione ſtabilienda, ac firmanda ſaluberrimis, & ſapientiſſimis conſtitutionibus, ibidemque anno 1573. pereuntem vitam æterna commutavit, in tertio ſarcophago intra cho-

rum

rum eccleſiæ ejuſdem hoſpitalis domus ſepultus. Vide noſtram bibliothecam L. I. ubi ejus lucubrationes, authores de ea agentes, aliaque memorabilia fuſe referimus. I

L

LAURENTIUS LUCALBERTI Florentiæ in lucem prodiit, ibidemque in monaſterio S. Mariæ benedictinæ militiæ rudimenta poſuit anno 1573. die 25. Aprilis. Linguarum peritia, ſacra theologia, aliiſque ſcientiis celebris fuit, quibus regularis diſciplinæ zelus, morum gravitas, actuumque circumſpectio decus addebant. His cognitis Paulus V. Pont. Max. in Lotharingiam, & Burgundiam eum miſit, ut cardinali Carolo à Lotharingia pontificio legato in reformatione monaſteriorum earum regionum præſto adeſſet, eiſque congregationis noſtræ ritus, conſuetudines, ac leges præſcriberet, earumque obſervantiam introducendam curaret. Ex ea itaque viſitatione, & reformatione, triplex congregatio monaſticæ regulæ obſervantiſſima, Deo bene juvante, emerſit, SS. ſcilicet Vithoni, & Hydulphi in Lotharingia, & Burgundia, S. Placidi in Belgio, S. denique Mauri in Gallia, ſanctitate ac literis in hodiernum uſque diem florentiſſimæ. Reverſus poſthæc in italiam Laurentius, & in ruralem abbatiæ Florentinæ eccleſiam, ſibi, & ſtudiis vacaturus, ſecedens, ibidem infelici fato occubuit, noctu à latronibus, vel, ut ab aliquibus audivi, à proprio famulo proditoriè obtruncatus an. 1621. ætatis ſuæ 70. De eo Gratianus Trezzi in reg. ms. pag. 105. *fuit miſſus ad reformationem monachorum Lotharingiæ à Pontifice*; Extant Florentiæ in tabulario ejuſdem abbatiæ acta, & varii tractatus Lotharingicæ reformationis, pluraque alia ad eandem ſpectantia, de quibus omnibus nos fuſiſſime in noſtra bibliotheca par. I. pag. 751. & ſeqq. quam vide: Interim accipe quid de eo, ejuſque Lotharingiea miſſione dicatur, in libro cui titulus, *L'année Benedictine, ou les vies des ſaints de l'ordre de Saint Benoiſt, pour tous les jours de l'année, composées par la Mere Jaqueline Boüette de Bl..ur religieuſe Benedictine de l'Abbaye de la Sainte Trinité de Caen. A Paris chez Louis Billeine 1672.* L

Novembre. die 14. pag. 291.

„ Le Pape èclairé de Dieu accordà une ſi juſte demande par un Bref du
„ vingt-troiſieme de Juillet 1605. ce qui obligea le pere Roſet d'aller une ſeconde foi au Mont-Caſſin pour s'inſtruire parfaictement de points neceſſaires au retabliſſement de la Sainte Regle; ils dreſſerent enſemble douze articles remplis d'une ſageſſe divine ſelon qu'il eſt ecrit: *La prudence eſt la ſcience des Saints.*

„ Pour la rendre plus authentique le Pape deputà avec luy, le Rev. pere *D. Laurent Lucalbertius* Florentin, religieux, & doyen de la congregation du Mont-Caſin, avec ordre d'aſſiſter aux viſites des monaſteres de ſaint Benoiſt, pour luy en faire le rapport; ce qui facilità beaucoup les affaires. Le pere Lucalbertius reſtà pres d'un an parmi nos religieux, eſtant charmè de la puretè de leurs mœurs, principalement de celles du pere de la Cour: il le regardoit comme un Ange, ne jugeant pas qù il y euſt au Monde un moine plus ſainte, ni plus attachè à ſon etat. C'eſt temoignage, qù il en rendit au pape, & aux ſuperieurs de la congregation du Mont-Caſſin, lorſqù il retournà en Italie, & qù il laiſſa ecrit de ſa main dans une epiſtre adreſſée

* Pag. 191. per. 17.

L

„ reſſée aux peres, qui alloient au chapitre general de Saint Vanne, il leur „ conſeilla de deferer à ſes ſentimens, comme à ceux du Vicaire di ſaint Be- „ noiſt &c.

In Chronicis autem Generalibus Ordinis S. Benedicti compoſitis ab Antonio Yepeſio, in Gallicum ſermonem translatis à D. Martino Rethelois monacho Benedictino congregationis SS. Withoni, & Hydulphi impreſſis Tulli 1648. hæc habentur. „ Voila la ſubſtance du Bref du Papa Paul V. preſenté „ à Nanci au Cardinal Legat le 21. de Novembre de la meme année 1605. „ par le Pere Roſet arrivé d'Italie avec le Rev. Pere D. Laurent Lucalber- „ tius Florentin Religieux, & Doyen de la congregation du Mont-Caſſin, „ *grand Theologien*, & ſpecialement deputé par ſa Sainteté pour aſſiſter auec „ les Commiſſaires du Cardinal Legat, aux viſites des Monaſteres de l'Or- „ dre de S. Benoiſt, & luy en faire recit come temoin oculaire „ Pagina deinde 188. aſſerit, viſitationem Lucalbertii una cum D. Claudio Franciſco de Moien-Monſtier *, & Domino de la Ferté plurimum contuliſſe ad reformationem plurium monaſteriorum: quibus peractis Lucalbertius animadvertens congregationem SS. Witoni, & Hydulph jam ſtabilitam, & in perfecta regulæ obſervantia firmatam, itaut minime jam omittere, aut reiicere poſſet ordinem conſervationis à R. P. D. Deſiderio a Curia introductum; paſſim dictitans, religioſos ſic reformatos veros angelos eſſe, quibus ſanctiores, ſapientiores, ac perfectiores monachos nuſpiam vidiſſet, arbitranſque ſe ſatis edoctum de ſtatu illius congregationis, ut Pontifici Maximo, ſuiſque ſuperioribus de eo referret, ſtatuit de medio monaſterio tandem recedere, & in Italiam regredi circa finem Menſis Auguſti 1606. poſtquam annum fere integrum apud congregationem SS. Witoni, & Hydulphi perſtitiſſet; ut vero optimam, quam de illis conceperat opinionem, eximiamque ab eis ſibi exhibitam charitatem æternum teſtaretur, egregiam ſcripſit epiſtolam ad patres ejuſdem reformatæ congregationis, qui ad capitulum generale pergebant, adjectis ſaluberrimis monitis pro bono regimine novellæ illius congregationis, in primiſque ut ſenſibus P. Deſiderii plurimum, & omnino deferrent, ejuſque juſſionibus in omnibus obtemperarent, tamquam à Deo electi ad regularem ordinis D. Benedicti obſervantiam inſtaurandam. At poſtquam Lucalbertius patres congregationis Caſinenſis iis de rebus certiores fecit, Rmus P. D. David præſidens humaniſſimam epiſtolam gratulatoriam ſcripſit patribus SS. Witoni, & Hydulphi pro felici ſucceſſu, & ſtabilitate reformationis, offerens perpetuam amicitiam, mutuumque auxilium, & reciprocum ſtudium inter utramque congregationem. Cæterum Lotharingicam hanc reformationem maximus monaſteriorum numerus ex diverſis provinciis ſuapte ſponte eſt amplexatus, ex quibus plures aliæ congregationes emanarunt, inter quas S. Placidi in Belgio, & S. Mauri in Gallia omnium florentiſſima celebrantur &c. qua de re Henricus Spondanus ann. tom. 3. pag. 130. n. 13. ad ann. 1604. *Hoc in exemplo, in Gallia congreg. S. Mauri erecta eſt*.

* De Medio Monaſterio.

LEO cognomine FIDELIS, Mediolanenſis, de Vicomercato, in cœnobio S. Benedicti agri Mantuani monaſticæ regulæ nomen dedit an. 1580. die 12. Martii. Fuit prior clauſtralis S. Pauli de Urbe, & poſtea viſitator apoſtolicus, & reformator congregationis *S. Ambroſii ad Nemus* Mediolani, ubi tunc erant fratres quidam ſub regula S. Auguſtini viventes, (nunc vero degunt fratres minores de obſervantia) teſte Plac. Pucc. in chron. SS. Petri, & Pauli Inglaſſiaten: Mediolani cap. 130. pag. 263. Sed Gratianus Trezzi in regeſto ms. monachorum noſtræ congregat. pag. 56. à me viſo Mediolani an. 1688.

1688. in bibliotheca S. Simpliciani; dicit Leonem reformaſſe fratres S. Hieronymi, qui Mediolani erant *Fratres Jeſuati*, poſtea extincti, ubi nunc patres Soc. Jeſu ſecundum tyrocinium, & ſtudium rethoricæ habent; imo ipſemet Puccinellus in nomenclat. abbatum congregat. Caſin. edit. Mediol. 1647. pag. 28. ex laudato regeſt. Gratiani aſſerit, Leonem reformaſſe fratres congregat. S. Hieronymi. Fortaſſis igitur Leo utrumque cœnobium S. Ambroſii ad Nemus, & Sancti Hieronymi, Summi Pontificis juſſu reformavit: Ut ut ſit Clemens VIII. an. 1605. creavit Leonem epiſcopum Lavelli in Apulia, ubi poſt annos 8. ex hac vita ad immortalem migravit. Vide noſtrum catalogum epiſcoporum congr. Caſinen. pag. 72. Ex libro epiſtolarum Angeli Grylli impreſſo Venetiis anno 1612. apud Juntam, Ciottum, & ſocios pag. 886. cognoſcimus Leonem à Mediolano viſitatorem apoſtolicum fuiſſe etiam inſulæ Corſicæ, ita enim Gryllus ad eum ſcribit.

A l P. D. Leon di Milano viſitatore apoſtolico dell' iſola di Corſica. Che voſtra „ paternità vada in Corſica, mi è caro: perche va dove la dimanda il ſuo va„ lore, e dove la manda chi n'è dritto eſtimatore. Va d'ordine di N. Si„ gnore è per ſervigio di S. Chieſa. Iddio ch' hà iſpirato queſta ſanta im„ preſa, ſpirerà grazia anche ne mezzi, & felicità ne fini; e diſporrà gli ani„ mi di chi può à gli ajuti, & preſidj neceſſarj; & ſtimo che il ſignore go„ vernatore dell' iſola ſarà pronto à porgerle ogni favore, à cui ne ſcrivo „ caldamente, & con qualche guſto di buona confidenza, per aver egli un „ figlio monaco appreſſo di noi, & io appreſſo di lui amicizia di qualche an„ no. Se io foſſi à Roma, muoverei coteſti illmi porporati compatriotti, ò „ ſe in Genova i parenti, e gli amici à procurar à voſtra paternità ogni age„ volezza poſſibile: ma per hora non poſſo più. Accetti queſto picciol frut„ to della mia buona volontà, & la coltivi ſpeſſo co' ſuoi comandamenti, „ che non la troverà in tutto pianta diſutile, è ne potria un giorno produr de „ più grandi. Iddio l'accompagni. di Subiaco.

LEONARDUS à TUDERTO, Peruſiæ in cœnobio S. Petri regulæ noſtræ nomen dedit anno 1586. die 1. Novemb. Hic reformavit monaſteria Piceni, quod nunc *Marchia Anconitana* dicitur; quo in officio vivere deſiit. De eo in regeſt. ms. pag. 89. & pag. 116. à tergo: in margine *obiit reformator monaſteriorum Marchiæ*. Hæc autem Marchiæ monaſteria quondam fuerunt unita noſtræ congreg. ſed poſtea juſtis de cauſis dimiſſa. Vide Pium Mutium noſtrum in ſuis mss.

LUDOVICUS GRISONUS monachus S. Juſtinæ Patavinæ factus anno 1568. 19. Decembris legum Doctor, à Gregorio XIII. Pontifice Maximo miſſus fuit una cum D. Germano Genuenſi, ad viſitanda, ac reformanda omnia monaſteria ordinis S. Baſilii, tam in Latio, quam in regno Neapolitano, atque Sicilia exiſtentia anno 1575. die 13. Julii, ut author eſt Petrus Ricord. hiſt. monaſt. dial. 4. pag. 472. „ e D. Ludovico Grigioni illuſtre Napolitano dot„ tor di Leggi, ambidue, (ipſe ſcilicet, & D. Germanus à Genua,) mo„ naci di S. Giuſtina, quali ſono ſtati mandati dalla Santità di Papa Gregorio „ XIII. (come D. Theofilo quattro giorni ſono vi accennò) opera veramen„ te degna di un tanto, ſaggio, pio, e religioſo Pontefice; à rivedere, e „ viſitare da novantatrè monaſterj del ſacro ordine del Magno Baſilio poſti „ nel Latio, come Grotta Ferrata, nella Calabria, Baſilicata, Puglia, Ter„ ra d'Otranto, e Sicilia, i quali appunto alli 13. di Giugno nell' anno 1575. „ che era la vigilia di eſſo glorioſo Santo Baſilio, furono da ſua Santità ſpedi„ ti, e benedetti, accioche inviare ſi poteſſero à un coſi pio, e ſanto nego-

L „ zio

L

„ zio, con proviſione abbaſtanza per queſto effetto ordinata dagl' illmi, è „ rmi cardinali, cioè Savello, Sirleto, S. Severino, & Caraffa, riformatori ſopra ciò. E' con indulgenza plenaria, quando che in cotal viaggio di „ ſanta obbedienza, dal Signore foſſero accettati per ſacrificio, fortificati „ parimenti, & armati: Il larghiſſimo d' ogni grazia adunque, è bene Donatore, ſii quello, che per retta via dal ſuo divino Angelo gli facci guidare, accioche un tanto negozio à perfezione, e buon fine condurre poſſino. in regeſt. ms. pag. 12. à tergo ſic de Ludovico Griſono in margine *juris V. doctor clariſſimus, Pauli IV. V. S. referendarius gubernator Orvieti, & viſitator congregationis S. Baſilii in Italia.* Quæ verba ita intelligenda ſunt, ut ſcilicet ante religionis ingreſſum prælatus romanæ curiæ fuerit ſub Paulo IV., ad utriuſque ſignaturæ referendarius, poſt monachatum verò reformator Baſilianorum à Gregorio XIII. deputatus.

De eo Marcus Antonius Maltempi Peruſinus in libro perraro, cui titulum dedit (*Trattato di varie materie*) ubi propriam vitam, variaſque ſui temporis hiſtorias deſcribit, impreſſo Urbeveteri an. 1585. in 4. apud Baldum Salviani. lib. 2. c. 2. pag. 100. „ Federico, chiamato nella Religione D. Ludovico era „ di nobil caſa Griſoni di Napoli, laſciò prima le delizie, e li fumi della „ corte, perchè fu cameriere di Paolo IV. ſuo parente, & referendario di „ Pio IV. fu fatto governatore della città d' Orvieto, e finito il governo preſe l' abito monaſtico, nel qual viſſe con buona, è ſanta vita. „ In necrologio monachorum S. Juſtinæ Patavinæ in bibliotheca aſſervato, ſubſequens legitur epitaphium.

Ludovicus Griſonus Neapolitanus J. U. D. gubernator Orvieti, & viſitator congregationis M. Baſilii in Italia, vir magni ingenii, inſignis theologus, ac humilis monachus, contentus namque decani ſolo titulo vixit, obiit an. 1595. die 10. Maji, Apoplexia correptus.

M

M

MATTHÆUS MARCI filius Florentiæ natus, ibidemque in cœnobio S. Mariæ regulam noſtram profeſſus anuo 1429. die 24. Auguſti, unus fuit ex iis monachis, qui Piſas miſſi fuerunt à V. Gometio ad cœnobiticam diſciplinam reſtituendam in monaſterio S. Domnini, ut author eſt Plac. Pucc. in chron. abbat. Flor. pag. 125. In necrologio monachorum ejuſdem abbatiæ, quod in cella prioris pro tempore aſſervatur, hujuſmodi, Matthæi Florentini memoria invenitur. „ *D. Matthæus de Florentia Piſis obiit in monaſterio die 29. Junii anno* 1430. Error igitur eſt vel in anno profeſſionis, vel obitus; cum veroſimile non videatur eum anno ab eadem profeſſione primo ad reformandum Piſarum monaſterium miſſum fuiſſe, niſi vel provecta ætate monachus factus, vel inſuetâ, conſumatâque virtute præditus, vel denique non tamquam reformator, ſed tamquam tyro, in exemplum aliorum tyronum ſub ſeniorum diſciplinâ adhuc imbuendus deputatus fuerit.

MONACHI CONGR. CASIN. reformarunt congr. ordinis noſtri *Caſalis-Benedicti* nuncupatam, in Gallia, quæ in Arvernis potiſſimum floruit, à *Guilielmo Alabatio* inſtitutam, abbate S. Petri Caſalis-Benedicti diœceſis Bituricenſis, conſtabatque quinque, vel ſex monaſteriis, quorum ſingula ſuos abbates clauſtrales habebant, præter cenobium S. Germani à Pratis prope Pariſios, quod priore tantum clauſtrali gaudebat, eo quod ejus abbas eſſet commen-

mendatarius; Quæ congreg. poſtea tota ſimul unita fuit congreg. ampliſſimæ, ac celeberrimæ S. Mauri, quæ pariter, ut ſupra dictum eſt in Laurentio Lucalberti, reformationis initium, ac præcepta à noſtra congregatione per eumdem Lucalbertum accepit: Conſtat id ex chronico Lirinenſi Vincentii Barralis Salerna impreſſo Lugduni an...... par. 2. pag. 185. ubi exhibentur ſequentes literæ monachorum S. Germani à Pratis Pariſien. in elargitione ſanctarum reliquiarum monachis Lirinenſibus ab eiſdem facta.

„ In nomine D. N. J. C. Nos Fr. Philippus Laurens humilis prior clauſtralis mo„ naſterii S. Germani à Pratis prope Pariſios, & totius ejuſdem loci conven„ tus. Haudquaquam immemores, prima S. reformationis documenta à „ devota congregatione Montis-Caſini, alias S. Juſtinæ de Padua, ad noſtram „ *Caſalis-Benedicti* congregationem dimanaſſe, ut hanc tamquam *matrem* „ venerari, & honorare teneamur, maxime cum in capitulo generali anno „ immediate præcedenti, in monaſterio S. Mariæ de Pratalea diœceſis Pa„ duanæ celebrato, novas mutuæ unionis literas tranſmiſerint per Rev. in „ Chriſto Patrem D. Hilarium ab Antipoli, abbatem S. Honorati ſacræ „ inſulæ Lirinenſis, præfatæ congregationis Sanctæ Juſtinæ non infimum „ membrum; quem quidem diu apud nos religioſe conſervari contigit, ut à „ faucibus ſingularis feri ſuos, ſuæque domus ſubſtantiam eriperet; quod ma„ gni momenti negotium, Deo primum, ac deinde chriſtianiſſ. Francorum „ rege Henrico IV. nonnulliſque proceribus faventibus penè omnino confe„ cit: èa propter &c. anno Domini 1599. die penultimo menſis Auguſti. Hu„ jus autem unionis litteræ tales ſunt; quæ leguntur ad calcem conſtitutionum „ PP. congr. Caſinenſis impreſſarum poſt regulam D. P. Benedicti Moguntiæ „ in 8. apud Balthaſarem Lippium, ſumptibus Nicolai Steinii, & conſortis „ ejus an. 1604. pag. 159. & ſeqq.

Hieronymus de Placentia, humilis Præſidens congr. Caſinen. alias S. Juſtinæ de Padua, cœterique definitores capituli generalis, Revmis in Chriſto PP. præſidenti, definitoribus, abbatibus, prioribus, monachis, novitiis, & converſis congregationis Caſalis-Benedicti, in Domino amantiſſimis. Cum nuper a dilecto nobis filio Cæſario Graſſenſi, noſtri Lirinenſis monaſterii prælato acceperimus, quanta in vobis ſit vitæ ſanctitas, quantoque ſummo cum honore noſtram congreg. (à qua tanquam filii a parente, lac inſtitutionum noſtrarum exſuxiſſe, palam cunctis libere profitemini) proſequuti ſemper fueritis: ſummæ nos ingratitudinis jure optimo notandos fore arbitraremur, ſi noſtri quoque animi in vos propenſionem aliquo peculiari argumento non demonſtraremus. Vos itaque paterno affectu complexi, in partem bonorum omnium ſpiritualium, quæ in noſtra congregatione Dei benignitate fiunt, & in poſterum fient, libenter accipimus, congr. veſtram, quaſi hujus ipſius noſtræ germanam ſororem in Chriſto Jeſu agnoſcentes. Noſtra quoque monaſteria omnia, ubicumque locorum fuerint, veſtris ſemper commodis reſerata, ac paratiſſima eſſe volumus. Præcipientes omnibus prælatis, & monachis noſtris præſentibus, & futuris: ut unumquemque veſtrum, ſi quando ad ipſorum monaſteria perveniri contigerit, ea ſemper humanitate recipiant, qua & par eſt inter ſeſe à veris monachis accipi, & qua vos ipſos non ſemel pleroſque ex noſtratibus in Gallia accepiſſe cognovimus. In quorum omnium fidem has noſtras præſentes literas fieri, noſtrique ſoliti ſigilli appenſione muniri juſſimus. Datum in monaſterio noſtro S. Benedicti de Padolyrone diœceſis Mantuanæ reſidente ibidem capitulo noſtro generali. Quarto Kal. Mai. 1559. *Andreas de Aſula ſcriba capituli*. Evolutis inde quadraginta annis

M

(anno ſcilicet Chriſti 1599.) præfati reverendi patres, rurſus alias fraternæ unionis literas nobis largiti ſunt, quarum ſequitur exemplar.

Nos D. Michael à Venetiis, humilis præſidens congreg. Caſinenſis alias S. Juſtinæ de Padua, cæterique definitores capituli generalis, reverendis in Chriſto patribus viſitatori, definitoribus, abbatibus, prioribus, monachis, novitiis, congr. Caſalis-Benedicti, in Domino amantiſſimis. Retulit nobis dilectus filius noſter R. D. Hilarius ab Antipoli, abbas monaſterii noſtri S. Honorati Sacræ Inſulæ Lirinenſis, (qui apud vos per triennium degit à vobis cum omni humanitate, & charitate receptus) quam ſtrenuè regularis obſervantia apud vos vigeat, & monaſtica diſciplina in dies augeatur: Quippe qui vobis ita ſe devinctum fatetur, ut tota congregatio noſtra ex hoc vobis devinctior reddatur. Ex quo fit ut ſi quando quempiam veſtrum ad aliquod noſtrorum monaſteriorum accedere contigerit tanquam filium noſtrum chariſſimum nos recepturos ſciatis: cum veſtram totam congregationem, tanquam filiam aut ſororem chariſſimam pio amore complectamur, & vobis ſemper conjunctos fore, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus bonis ſemper gaudeamus: maxime qui juxta diploma apoſtolicum piæ memoriæ Leonis X. veſtram ipſam congreg. ex noſtra lac ſuxiſſe, ac inſtitutam fuiſſe, plurimum lætamur: voſque omnibus noſtris privilegiis, immunitatibus, & libertatibus ex eodem diplomate gaudere admodum gratulamur: aſſidueque in Chriſti amore ſemper vos nobiſcum conjunctos diù vivere peroptamus. Quo fit, ut quidquid in nobis eſt, veſtrum eſſe credatis: ita ut in nobis omnibus impleatur illud ex actibus Apoſtolorum, *credentium erat cor unum, & anima una*. Sicque Caſinen. & Caſalis-Benedicti congregatio eadem ſemper maneat, & exiſtat. Volumus inſuper omnia monaſteria noſtra commodis veſtris, & uſibus eſſe aperta, & paratiſſima: maxime cum ſecum veſtras teſtimoniales ad nos detulerit: Præcipientes omnibus prælatis, & monachis noſtris præſentibus, & futuris, ut quemlibet veſtrum in dictis noſtris monaſteriis, tanquam unum ex noſtris ipſis cum omni humanitate tractent, & recipiant, ſicut vos dictum reverendum noſtrum, & pleroſque alios ex noſtris in Galliam profectos recepiſſe audivimus. In quorum fidem omnium has noſtras præſentes literas fieri juſſimus, noſtrique ſoliti ſigilli appenſione muniri. Datum in monaſterio S. Mariæ de Pratalea diœceſis Paduanæ; reſidente ibidem noſtro capitulo generali, die 18. menſis Aprilis Anno Domini 1598. Collatio facta eſt cum originali in pergamena ſcripto, & ſignato * *Victorinus Averſanus ſcriba capituli*. ſigilloque chordulis ſericis rubri coloris appenſo, & pixide ferri albi concluſo per me Fratrem * Jacobum de BREUL, monachum, & ſcribam capituli noſtri S. Germani a Pratis Par: die 19. menſis Junii, anno 1599.

* *Is eſt Victorinus Manſo celeberrimus.*

* *Is fuit Doctiſ. Operum S. Iſidori Hiſpal. poſt Margarinum de la Bigne editor.*

N

N

NICOLAUS RICCIOLI, & Aſmundo Siculus Catanæ natus ibidem in cœnobio S. Nicolai de Arenis monaſtica vota Deo nuncupavit anno 1651. die 1. Novembr. ſcholaſticas diſciplinas nedum in noſtris monaſteriis, ſed etiam in Catanenſi gymnaſio doctoris titulo, ac inſignibus ornatus, publicè docuit. In Italiam deinde veniens apud Caſinum aliquandiù commoratus eſt. Cum autem Carolus Kopec regni Poloniæ ſenator, & caſtellanus Trochenſis illuc appuliſſet, ac monachos aliquot noſtros pro nova congr. Caſtro-Caſin. à ſe in Lithuania erigenda, noſtræque caſin. congreg. ſubiicienda enixe poſtulaſſet,

Digitized by Google

N

laſſet, arduam æque; ac illuſtrem hanc provinciam Nicolaus cum nonnullis aliis monachis, quorum ipſe veluti Dux erat, & anteſignanus, ſuperioribus noſtris annuentibus, aggreſſus, ac in Lithuaniam profectus, non ſolum monaſterium Caſtro-Caſini novellæ congreg. caput, ſed & alterum S.Crucis nuncupatum à Caſimiro Radzovio principe, ac duce Olikenſi excitatum, ad integram, perfectamque noſtræ regulæ obſervantiam ſapienter ordinavit, & rexit: Qua de cauſa Clemens Pont. Max. Nicolaum monaſterii Caſtro-Caſin. inſtitutorem, perpetuumque abbatem dixit. Ex Lithuania ſemel in Siciliam reverſus eſt, ſed paulo poſt idem iter Polonicum denuò confecit in eodemque Caſtro-Caſin. cœnobio ad obitum uſque permanſit, qui feliciter ei contigit anno *1693.* ætatis ſuæ circiter ſexageſimo, non ſine monachorum, omniumque, qui eum noverant, mærore, ac luctu, cunctorum enim animos tum doctrinæ præſtantia, tum vitæ ſanctimonia, morumque ſuavitate, tum denique catholicæ Fidei, & monaſticæ diſciplinæ zelo, ſibi arcte devinxerat. De eo Bartholomæus de Alexandro in chron. mss. monaſterii Catan. Noſque in noſtra biblioth. par. 2. pag. 114. ubi etiam ejus ſacras lucubrationes referimus.

P

P

PAULUS GRAVINA natione item Siculus, itemque Patria Catan. nobili familia ortus, in cœnobio S. Nicolai de Arenis monaſticæ regulæ jugum ſubivit an. 1557. die 23. Febr. prior extitit clauſtralis S. Pauli de Urbe an. 1575. ac deinde abbas Caſtrovillarum in Calabria; quo tempore à Gregorio XIII. Pontifice Max. deſignatus fuit reformator, ac præſidens monachorum S. Baſilii in eadem Calabria,& in Sicilia,quibus cucullum noſtri ad inſtar deferendum dedit,ſed tamen ita, ut monachi Baſiliani barbam perpetuò nutrirent, quò eos à monachis Caſinenſibus internoſcere omnes facile poſſent. Anno autem 1581. prædictum monaſt. Catan. S. Nicolai de Arenis adminiſtravit uſque ad annum 1585. obiitque anno 1592. De eo, deque Baſilianorum per eum reformatione, agit laudatus Barthol. de Alexandro à Paternione in chron. ms. monaſterii Catan. & Petrus Ricor. hiſt. monaſt. dial. 4. pag. *466.* ubi ejus in theologica facultate, aliiſque ſcientiis doctrinam ſingulari humanitati, & affabilitati conjunctam valde commendat. Sed ejus acta haud ultra prioratum Romæ geſtum an. 1575. deſcribit, quo eodem anno Ricordatus opus ſuum Romæ edidit.

PETRUS PAULUS BENALLI è caſtro S. Stephani in Campania Romana, Florentiæ apud S. Mariæ cœnobium monachorum cætui junctus fuit an. 1560. die *6.*Junii: excelluit divinis, humaniſque literis J. U. prudentia, mathematicis diſciplinis, linguarum denique tam veterum, quam recentiorum exquiſita peritia: quibus ſi addas morales etiam virtutes, quæ in eo ſplenduerunt, virum numeris omnibus abſolutum, fatearis neceſſe eſt. Nil ergo mirum ſi tot inſtructus præſidiis, plurium monaſteriorum reformationes adeo egregie exequi, adeoque feliciter adimplere potuerit: Cum enim Clemens VIII. Pont. Max. utriuſque Germaniæ monaſteria ordinis D. Benedicti reformari maxime cuperet, ad tantum onus ſubeundum Petrum Paulum delegit an. 1593. eumque abbatis titulo ornatum, & apoſtolici nuntii, ac viſitatoris authoritate munitum, illuc direxit; Nam quamvis eſſet ea legatio periculoſæ plenum opus aleæ, Benallii nihilominus conſilium, & animi fortitudo vicit omnia,

P omnia, omniaque, corruptelis undique eliminatis, in antiquam integritatem, reduxit: Extant Florentiæ in biblioth. & in archivo prælaudatæ noſtræ abbatiæ, & Romæ in bibliot. Rom. Sapientiæ inter mss. biblioth. Aniciana Conſtan. Cajet., *Acta Germanicæ per Benallium viſitationis, & conſtitutiones* pro reformatione monaſteriorum ejuſdem Germaniæ an. 1594. aliaque ad eandem reformationem pertinentia. Redux in Italiam Benallius, à patribus noſtris miſſus fuit orator ad Chriſtianiſſimum Galliarum regem Henricum IV. pro graviſſima cauſa abbatiæ Lirinenſis, quæ calumniatorum quorundam operâ, e noſtra congregatione juſſu ejuſdem regis, ſeparata, & avulſa fuerat; qua in re ſtrenue adeo, ac ſolerter ſe geſſit, ut rex captus oratoris eloquentia, ac mirâ in arduo negotio tractando ſuavitate, eum ipſum abbatem perpetuum Lirin. cœnobii ſummè honorifico diplomate conſtituerit, quam provinciam annis quinque utiliter, ac ſapienter cum adminiſtraſſet, temporalia bona cœnobio recuperans, ſpiritualia ſalubri reformatione redintegrans, in Italiam iterum rediit ad generalia comitia; in iiſque regium diploma, ac Lirin. abbatiam congreg. *Definitorio*, ideſt ſupremo regimini, libere tradidit, ac dimiſit, ab eodem *Definitorio* Farfenſis cœnobii abbas creatus, ubi paulo poſt lethali oborta ægritudine, magna veræ pietatis ſignificatione animam Deo reddidit an. 1608.

De eo Plac. Pucc. in chron. abb. Florent. pag. 151. & ſeqq. & in appar. hiſt. de viris illuſtr. abbat. Florent. cap. 6. pag. 75. Gratianus Trezzi in reg. ms. pag. 105. „ *Obiit abbas, & fuit miſſus à Clemente VIII. ad reformandos monachos Germaniæ.* „ Nos etiam in noſtra biblioth. par. 2. pag. 68. & ſeqq. ubi alia ejus egregia facta, ab eoque compoſita plura docta volumina, binaſque Clementis VIII. bullas ad eum datas fuſe, ac diligenter referimus.

PHILIPPUS SCANNASORCI natus eſt apud Cavam regni Neapolitani civitatem in principatu citeriori, & in celeberrimo SS. Trinitatis Cavenſis cœnobio monaſticum habitum ſumpſit anno 1525. die 23. Junii creatus abbas ad Florent. monaſterium regendum an. 1572. miſſus fuit, quod cum agit, monachorum Ciſtercien. reformationem a SS. Pont. Pio V. ſibi demandatam ſubire cogitur, iterumque cum eam curam vellet dimittere, obedientiæ addito præcepto, eandem, proſequi, ut ex epiſtola Ferdinandi cardinalis Medicei mox referenda perſpicuè conſtat. Monaſterium Cavenſe bis deinde adminiſtravit, anno 1573. & anno 1582., uſque ad annum 1586. qui ei vivendi terminum impoſuit in eodem Cavenſi cœnobio: De eo Plac. Puccin. in appar. hiſt. de vir. illuſtr. abbat. Florent. pag. 29. & in chron. abbat. Florentinæ pag. 90. ubi in margine citat de eo agentes Alexandrum Rodulphum in chron. caven. ms. Cherubinum Myrthium in chron. Sublacen. item Conſtantin. Cajet. exhibet poſtea epiſtolam cardinalis Medicei, quæ talis eſt.

Al Molto Rev. Padre come fratello D. Filippo della Cava abbate della badia di Firenze.

„ R. P. Noſtro Signore, eſſendo informato dell' utilità, che porti l' opera, e
„ ſopraintendenza voſtra alle coſe di quelli padri Ciſtercienſi di coſtì, e della
„ ſperanza, che ſi ha, che preſto ſiano per ridurſi, mediante eſſa, da diſor-
„ dini, in che erano caduti, al buono ſtato di prima, deſideroſo, che ciò
„ ſiegua effettualmente ha giudicato ottimo eſpediente perciò eſortarvi, è co-
„ mandarvi in virtù di ſanta obedienza, che dobbiate continuarla, con la
„ medeſima integrità, è carità, che avete fatto fin qui, ſenza ſperare, che
„ la Santità di N. Sig. fuſſe per ammettere per ora la raſſegnazione di quella
„ cura, nella quale, biſognando, vi conferma la medeſima facoltà, che

„ ave-

P

„ avete fin quì per breve, ò altro ordine della Santità Sua, e per teſtimonio, „ & effetto di tutto ciò, ha voluto, che io faccia la preſente, col fine della „ quale vi prego ogni contento. Di Roma lì 10. Novembre 1572.

Voſtro Ferdinando Cardinal Medici.

In regeſt. ms. pag. 227. in margine ſic de eo „ obiit abbas Cavæ 1586. fuit cum „ Ferdinando Cardinali Mediceo Ciſtercienſium reformator.

PIUS PLACENTINUS familia de Medicis, de Ruvere, Sixti IV. Pont. Max. fratris, vel ſororis filius, Venetiis apud D. Georgium majorem regulam noſtram profeſſus eſt anno 1454. die 22. April. Ob inſignem animi virtutem, annuente, & approbante eodem ſummo Pontifice, electus fuit *commendator, & præceptor magni hoſpitalis Romani Sancti Spiritus in Saxia*, & ejuſdem ordinis *generalis magiſter*, ut habent noſtra fere omnia regeſta ms. & adhuc luculentius Petrus Saulnier Gallus in lib. cui titulus, *De Capite ſacri ordinis S. Spiritus* impreſſo Lugduni an. 1649. cap. 6. argumento 5. pag. 93. & ſeqq. in ſerie *commendator*. „ Pius de Medicis de Ruvere Placen. nepos Sixti IV. „ profeſſus diù multa cum religioſitatis laude ordinem S. Benedicti in monaſterio S. Pauli de Urbe, ſociorum S. Spiritus ſuffragantibus votis, & annuente Pontifice eodem, migravit ad ordinem, & domum S. Spiritus in Saxia, cujus domus, & hoſpitalis effectus fuit commendator, ſeu præceptor, ſuffragiis ſiquidem, & votis eorumdem fratrum S. Spiritus, annuente tamen, & non ſolum approbante, ſed etiam præſente, & gaudente Pontifice eodem, ut apparet ex bulla ejuſdem Sixti IV. hac de re emanata ann. 1483. pontificatus ſui XIII. in qua inter cætera hæc leguntur: „ volentes tibi, quem etiam dilecti filii conventus dicti hoſpitalis, die ad eligendum præfixa, ut eſt moris, coram nobis convenientes in unum pro electione futuri inibi præceptoris procedentes, vocatis omnibus, qui voluerint, & potuerint electioni hujuſmodi commode intereſſe, in eorum, & dicti hoſpitalis præceptorem, ac in eorum religionis generalem magiſtrum elegerunt, præmiſſorum meritorum tuorum intuitu &c. præceptoriam prædictam, ut caput, à quo etiam hoſpitale S. Spiritus de Corneto dependet &c. „ conferimus, teque religionis prædictæ, & illius domorum, præceptoribus, rectoribus, fratribus, & perſonis præficimus in præceptorem generalem &c. „ Subdit vero Saulnier, ſe non vana, ſed certa, firmaque ſuſpicione conjicere, Pii opera communicatas fuiſſe, eidem ordini S. Spiritus prærogativas omnes, gratias, ac facultates à variis Pontificibus congreg. S. Juſtinæ de Padua conceſſas; itemque eumdem Pium res alias omnes tum ordinis, tum domus, ut longe plurimum poterat, promoviſſe. Nec Saulnierium conjectura feſellit, nam in prælaudata bulla Sixti IV. impreſſa in bullario Romano Laertii, & Angeli Mariæ Cherubini anno 1655. Lugduni par les Bordé, Arnaud, & Rigaud, §. 6. Sic legitur. „ Ac pro majori hoſpitalis, & „ aliarum præceptoriarum, ac membrorum, fratrum, aliarumque perſonarum, ſubditorum, & vaſſallorum prædictorum favore, & quiete, & „ motu, & ſcientia ſimilibus concedentes eiſdem, quod de cætero perpetuis „ futuris temporibus omnibus, & ſingulis prærogativis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, conſervatoriis, privilegiis, gratiis, & indultis, „ præfatæ congreg. S. Juſtinæ, aliorumque monaſteriis, locis, membris, & „ perſonis, per ſedem prædictam, quæ alias quomodolibet, in genere, & „ in ſpecie conceſſis, aut in poſterum concedendis, quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus insererentur, haberi volumus „ prò ſufficienter expreſſis, uti, potiri, & gaudere, libere, & licite in omnibus,

P

„ bus, & per omnia poſſint, & debeant, perindè ac ſi eis ſpecialiter conceſſa „ fuiſſent, qui ad eos, & ea omnino extendimus, & ampliamus &c.

PLACIDUS PAVANELLUS Patavii natus, ibidem in cœnobio S. Juſtinæ monaſticam regulam profeſſus eſt an. 1430. die 30. Novembr. mox creatus abbas, monaſterium S. Pauli de Urbe adminiſtravit, cujus doctrina, ac probitate allectus Eugenius IV. Pont. Max. in familiarium ſuorum numerum, & in intimum cubicularium eum aſcivit, ejuſque fidelem operam pluries expertus eſt, tùm vero maximè, cum anno 1434. gliſcentes Romæ turbas fuga evadere coactus, Placido, & Arſenio monachis dumtaxat comitantibus, Piſas, indeque Florentiam tutè pervenit. Ibi Pontifex, tanto defunctus periculo, nihil de paſtoralis ſolicitudinis cura intermittens, in monachorum congregationis Vallis-Umbroſæ reformationem plurimum intentus, eam provinciam Placido Pavanello ampliſſima cum poteſtate commiſit, de cujus vitæ integritate, zelo diſciplinæ, doctrinæ præſtantia, juſtitiæ cultu, ac prudentiæ laude, nihil ſibi non pollicebatur, utque res facilius, ac felicius procederet, monachos aliquot noſtros ſpectatæ virtutis; voluntatem habentes in lege Domini, monaſticæque obſervantiæ diu aſſuetos à D. Gometio abbate Florentino ei additos voluit, quorum exemplis regulare inſtitutum refloreſceret, ac firmaretur; abbas igitur generalis perpetuus illius congr. ab eodem Pontifice renunciatus, annis circiter 13. inſigni tum rei familiaris augmento, tum cœnobiticæ pietatis profectu, fortiter, ac ſuaviter eam gubernavit, infracto animo contemnens indiſciplinatorum dicteria, & odium, quo illum gratis proſequebantur, amore, ac beneficiis rependens; nam præter optimam vivendi formam juxta D. Benedicti placita reſtitutam, cœnobium etiam Vallis-Umbroſæ, aliaque ejuſdem congreg. vetuſtate fatiſcentia reſtauravit, mitra gemmis ornata, argentea D. Jo: Gualberti ſtatua cingulo tenus, in qua caput ejuſdem Sancti recondidit, ac multiplici ſuppellectili, eccleſiam, & ſacrarium ditavit, prædia ab anteceſſoribus diſtracta poſt liminio recuperavit. Tot denique, tantaque commoda eidem congreg. peperit, ut alter à D. Jo: Gualberto ejuſdem inſtitutor, ac parens dici meruerit, jure optimo propterea à Venantio Simi congreg. Vallis-Umbroſæ in Romana curia generali procuratore in catalogo viror. illuſtrium congr. Vallis-Umbroſæ edit. Romæ an. 1693. poſt tria fere ſæcula, vocatus, *Velut alter Joannes Baptiſta, veniens ad eos, in ſpiritu, & virtute Eliæ, vinum, & ſiceram non bibens omnibus diebus vitæ ſuæ (nam fuit etiam à natura abſtemius,) & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem præteritarum tranſgreſſionum*. Nec intra clauſtra tantummodo ejus virtus enituit, ſupra candelabrum quoque Biblenſis primum, deinde Parentinæ à Nicolao V. poſtremo Torcellanæ eccleſiæ à Paulo II. Pontificibus Maxx. collocata reſplenduit, ubi tandem in ſenectute bona ad cæleſtes ſedes migravit an. 1471.

Vide noſtrum catalogum epiſcoporum ex congr. Caſin. pag. 48. & ſeqq. ubi de eo fuſiſſime agimus, allatis in medium pluribus authoribus ipſum laudantibus, aliiſque rebus ſcitu digniſſimis. Vide etiam Angelum Portenarium *Felicità di Padova* lib. 9. cap. 21. pag. 436. Jacob. Cavac. hiſtor. S. Juſtinæ l. 5. pag. 204. & 226. Bernardinum Scard. lib. 2. d. 6. fol. 114.

RA-

R

RAPHAEL THOMASIUS à Gordono Brixiæ in cœnobio S. Euphemiæ noſtris adſcriptus anno 1596. die 25. Decembris, in regeſto ms. pag. 141. à tergo dicitur, *abbas titul.* fuit œconomus collegii Montalti Bononiæ.

T

THEOPHILUS BENEINTENDI nobili familia Florentiæ natus, apud S. Mariæ cœnobium monaſticam profeſſionem emiſit anno 1536. die 15. Octobr. & poſtea anno 1558. ejuſdem monaſterii abbas, (ubi) campanam pondo 1750. librarum conflandam curavit; Ipſe etiam SS. Pii V. juſſu viſitator apoſtolicus, & reformator Ciſtercienſium fuit conſtitutus, & anno 1569. ab eodem ſummo Pontifice ejus virtutum fama allecto Romam vocatus, D. Pauli cœnobium regendum accepit, à quo Pontifice plura eximii amoris, & præclaræ de ipſo opinionis argumenta accepit ſicut etiam à ſacro cardinalium collegio, aliiſque principibus viris obtinuit, ibique anno 1571. ſpiritum Deo reddidit.

De eo Plac. Puccin. in chron. abb. Floren. pag. 85. Petrus Ricord. eo utitur interloquutore in ſuis dialogis hiſtoriæ monaſticæ.

THOMAS PRÆSTONUS Anglus Caſinum veniens monachus ibidem fieri voluit anno 1591. eoque ejus virtus cum in ſcientiis, tum in moribus proceſſit, quo nos etiam primum in bibl. mox in catalogo virorum ſanctimonia illuſtrium ſtatim edendo perveniſſe deſcripſimus. Nunc vero pauca de titulo *reformatoris*, quem jure meruit, dicendum eſt. Nam cum Anglicana monachorum noſtrorum congr. quæ peculiari voto apoſtolicas miſſiones obeundi ſeſe obſtringit, ad unum dumtaxat, eumque capularem ſenem fuiſſet redacta, hic prævidens, eumdem & vitæ, & congregationis ſuæ finem appetere, Thomæ Præſtono jam à multis annis Caſinenſi monacho facultatem tribuit, opportunis, enixiſque adhibitis precibus, ut eandem Anglicanam congregationem inſtaurandam, & veluti Phœnicem ex rogo ſui ipſius redivivam efficiendam curaret; libentiſſime hanc provinciam ſuſcepit Thomas, indutiſque monaſtico habitu pluribus Anglis juvenibus, iiſque regularibus inſtitutis, & neceſſaria ad tantum munus recte implendum doctrina optime inſtructis, eccleſiæ, ordini, Angliæ denique egregie conſuluit, idque circa initium ſæculi XVII.

Ex Epiſtola cl. abb. D. Eraſmi Gattola ad me data Caſino 13. Kalen. Aug. 1733.

TIMOTHEUS à FLORENTIA nobili familia de Riccis, five de Joannis, ibidem in cœnobio S. Mariæ regulam noſtram profeſſus eſt anno 1433. die 6. Decembr. Ob ſingulares deinde virtutes, agente egregio S. R. E. cardinali Dominico Capranica, ſummi Pont. juſſu, creatus fuit abbas S. Salvatoris Septimi * congreg. monachorum Ciſtercien. in Etruria, unuſque ex reformatoribus ejuſdem congregat. conſtitutus, quam ut facilius in priſtinum regularis diſciplinæ optimum ſtatum reſtitueret, octo ex obſervantioribus monachis noſtris ſecum adduxit, quorum auxilio, atque exemplis, rem adeo inſignem

* *Di Settimo: idest ſeptimi Monaſterii à Comite Hugone in Etruria conſtructi.*

T

ex voto prorſus confecit, denique anno 1484. dum Romæ SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias, vulgo ad tres fontes, eſſet abbas, piiſſime è vivis exceſſit.

De eo Plac. Pucc. in chron. abbat. Florent. pag. 124. iterumque in appar. hiſt. de illuſtr. abb. Florentinæ viris, c. 6. pag. 4. ubi virum eruditum in omnibus ſcientiis, & in Scriptura Sacra, miræque in agendo prudentiæ, ac dexteritatis eum appellat, & Petrus Ricor. in hiſt. monaſt. dial. 4. pag. 471. „ il quale (Timoteo) poichè di commiſſione del Sommo Pontefice ebbe riformata la congregazione di Ceſtello, non meno con dar eſempio di S. vita, che colla dottrina, e prattica, che grandiſſima ebbe de governi, già vecchio, & inabile alle fatiche, doppo eſſerſi ripoſato qualche anno, morì finalmente tutto pieno di ſantita l'anno 1450. „ hæc Ricord. ſed erratum exiſtimo in numero annorum; Si enim anno 1450. obiit, non utique jam ſenex, & laboribus fractus dici potuit, cum nonniſi anno 1433. monachus factus ſit, Puccinello teſte; qui ejus obitum in an. 1484. rejicit; niſi forte provecta admodum ætate religionem fuerit ingreſſus. Interim dum meliores notitiæ deſunt, alterutrius anachroniſmum corrigere ſuperſedeo.

T

TIMOTHEUS À NEAPOLI S. Severini urbis ejuſdem alumnus factus an. 1575. die 21. Mart. in regeſt. ms. pag. 111. à tergo, dicitur obiiſſe in Sardinia dum viſitatorem apoſtolicum ageret, nec explicatur cujus generis hominum fuerit viſitator, Clerj ne ſæcularis, an regularis, vel utriuſque, vel peculiaris alicujus congr. vel cœnobii. Plac. Puccin. in app. hiſt. de illuſtr. abb. Floren. viris c. x. pag. 84. vocat eum virum in literis eximium, & ſanctitate celebrem, viſitatorem, & reformatorem apoſtolicum Sardiniæ, nihilque aliud dicit, ſicut nec Gratianus Trezzi in ſuo reg. ms. pag. 139.

*Ibidem.

V

V

VICTORINUS MANSO, patria Averſanus, in cœnobio SS. Trinitatis apud Cavam monaſticum induit cucullum an. 1561. die 5. Octobr. floruitque multifaria doctrina, præſertim theologica, in qua ſuo tempore inter noſtrates primas obtinuit, nec ſane immerito, ut præclara, quæ in publicam lucem emiſit opera, nuncuſque oſtendunt. Huic reconditæ, ac ſelectæ eruditioni morum innocentia, regularis diſciplinæ zelus, ac prudentiæ robur ſemper reſpondit, quarum virtutum gratia Pontifex Max. vicarium eum apoſtolicum, & reformatorem monachorum Meliteuſium ordinis D. Benedicti in mari Adriatico, & monachorum ordinis S. Baſilii in urbe Neapoli deſignavit. Utrique muneri cum ſatis, ſuperque feciſſet, abbas creatus, Cavenſe, mox Caſinenſe, denique Neapolitanum S. Severini cœnobium utiliter, & egregie adminiſtravit. At Clemens VIII. Victorini virtutem latiori ambitu dignam exiſtimans, Stabienſem primum, deinde Arianenſem epiſcopum eſſe voluit. Diuturnum 14. annorum eccleſiæ regimen ſanctè, ac ſapienter geſtum, & optimi paſtoris famam in terris, & meritorum cumulum ei peperit in cælis, quò an. 1611. Neapoli in cœnobio S. Severini feliciter migravit ætatis ſuæ anno 67.

De eo inter alios Plac. Puccin. in chron. abbat. Florent. pag. 94. „ Fù ſpedito vicario apoſtolico, e riformatore de monaci Melidenſi nel diſtretto di Raguſa. Riformò ancora li monaci Baſiliaui in Napoli. Fatto abbate del ſuo monaſtero l'anno 1588. riſtorò la chieſa, aggrandì il dormitorio, ar-
„ ric-

Digitized by Google

„ ricchi la libraria di molti libri conſpicui, ornò la ſagriſtia di apparati pre- V
„ zioſi, riduſſe l'archivio in buon ordine, per trovare con facilità le ſcrit-
„ ture, è ricuperò le giuriſdizioni, e poſſeſſioni del monaſtero; in Monte-Ca-
„ ſino conſervò parimente le giuriſdizioni di tanta abbadia, & in S. Seve-
„ rino di Napoli fabricò il refettorio, e gran parte del monaſterio &c." Vide noſtram bibliothecam, noſtrumque catalogum Epiſcoporum &c. L. V.

VINCENTIUS BORGHINI Florentiæ nobili genere natus, ibidem in S. Mariæ cœnobio monachis noſtris adſcriptus fuit anno 1532. die 24. Junii. Vir omnigena eruditione clarus, morum honeſtate, & in rebus agendis induſtria, prudentiaque conſpicuus, à Magno Coſmo Etruriæ duce academiæ graphicæ præpoſitus fuit, additusq; ſocius Benedicto Bonſignorio, qui à SS. Pio V. Pont. Max. electus fuerat reformator, commiſſarius, & viſitator apoſtolicus monachorum ciſtercienſium in Etruria. Franciſcus autem item primus, Coſmi filius, priorem eum, ſeu hoſpitalarium magnæ domus Innocentium elegit, cui domui innumera commoda, & utilitates, tum vigilantia, & labore erga alios, tum continentia, & parſimonia erga ſe ipſum, indeſinenter peperit. ibique obiit anno 1580. De eo Plac. Puccin. in chron. ab. Floren. pag. 88.
„ Fu da Coſimo I. Gran duca dato per compagno & ajuto à D. Benedetto
„ Buonſignori, il quale da Pio V. era ſtato eletto riformatore, commiſſario,
„ e viſitatore apoſtolico de monaci Ciſtercienſi di Toſcana." Noſque in noſtra biblioth. par. 2. pag. 232. & ſeqq. ubi præclara ejus opera, alioſque authores de eo honorifice agentes referimus.

Z

ZENOBIUS PROLAGUS Florentinus patria, & monaſtica profeſſione, quam in ſupradicto S. Mariæ cœnobio emiſit anno 1534. die 1. Novembr. excelluit doctrina, & pietate, ob quas à prælaudato SS. Pontifice Maximo Pio V. viſitator apoſtolicus, & reformator monachorum Ciſtercienſium in Etruria una cum paulo ante memorato Benedicto Bonſignorio deſignatus fuit; quo munere laudabiliter, & ſtrenuè expleto, Florentiam ad noſtros rediit, abdicataque abbatis dignitate, qua plures annos inſignitus fuerat, in ordinem ſe redegit; ac deinceps Deo tantummodo, ſibique vacans, ſanctè vixit ſanctèque obiit anno 1579. Z

De eo Plac. Puccin. in chron. abbat. Florent. pag. 89. ubi inter cætera. „ D'
„ ordine di Pio V. ancor egli fu viſitatore apoſtolico, e riformatore de Ci-
„ ſtercienſi, colli quali ſi portò con molta pietà, e miſericordia." vide noſtram bibliothecam par. 2. pag. 260. & ſeqq. ubi ejus lucubrationes authoreſque de eo agentes perſpicies.

SENIS Die 27. Januarii 1726. hora ſexta noctis, componi, Aſſiſii autem die 4. Septembris 1733. imprimi deſiit.

SOLI DEO HONOR, ET GLORIA.

INDEX
NOMINUM REFORMATORUM.

Antonius Florentinus Pag. 65.
Archangelus de Rubeis pag. 66.

Bartholomæus Nelli pag 66.
Benedictus Amerighi pag. 66.
Benedictus Bonſignorius pag. 68.

Caſarius de Curtis pag. 69.
Chryſoſtomus Calvini pag. 69.
Clemens à Neapoli pag. 69.

Eutychius Cordes pag. 70.
Eutychius à S. Angelo pag. 70.

Floribertus Burgo pag. 71.
Franciſcus Altoviti pag. 71.

Galvanus Selvisti pag. 72.
Germanus à Janua pag 72.
Gometius Luſitanus pag. 72.
Gottardus à Longobardia pag. 76.
Gregorius Caſamatta pag. 76.

Hieronymus Florentinus pag. 76.
Hieronymus Ruſecllus pag. 76.

Jacobus Nicollni pag. 77.
Jacobus à Verona pag. 77.
Ignatius Ferruccius pag. 77
Joannes Baptiſta Folengus pag. 77.

Joannes à Burgundia pag. 78.
Iſidorus Miniati pag. 78.
Iſidorus Montauti pag. 78.

Laurentius Lucalberti pag. 79.
Leo Fidelis Mediolanenſis pag. 80.
Leonardus à Tuderto pag. 81.
Ludovicus Grigioni pag. 81.

Matthæus Florentinus pag. 82.

Nicolaus Riccioli pag. 84.

Paulus Gravina pag. 85.
Petrus Paulus Benalli pag. 85.
Philippus Scannaforci pag. 86.
Pius Placentinus pag. 87.
Placidus Pavanelli pag. 88.

Raphael Thomaſius pag. 89.

Teophilus Benintendi pag. 89.
Thomas Præſtonus pag. 89.
Timotheus Florentinus pag. 89.
Timotheus a Neapoli pag. 90.

Victorinus Manſo pag. 90.
Vincentius Borghinus pag. 91.

Zenobius Prolagus Florentinus pag. 91.

INDEX
COGNOMINUM REFORMATORUM.

Altoviti Franciſcus
Amerighi Benedictus
A S. Angelo Eutychius

Benalli Petrus-Paulus
Benintendi Teophilus
Bonſignorius Benedictus
Borghinus Vincentius
Burgo Floribertus
A Burgundis Joannes

Calvini Chryſoſtomus
Caſamatta Gregorius
Cordes Eutychius
De Curtis Cæſarius

Ferruccius Ignatius
Fidelis Leo
Florentinus Antonius
Florentinus Hieronymus
Florentinus Matthæus
Florentinus Timotheus
Folengus Jo: Baptiſta

A Genua Germanus
Gravina Paulus
Grigioni Ludovicus

A Longobardia Gottardus
Lucalberti Laurentius
A Luſitania Gometius

Man.

Digitized by Google

Manſo	Victorinus	Prolagus	Zenobius
Miniati	Iſidorus		
Montauti	Iſidorus	Riccioli	Nicolaus
		De Rubeis	Archangelus
A Neapoli	Clemens	Ruſcelli	Hieronymus
A Neapoli	Timotheus		
Nelli	Bartholomæus	Salviati	Galvanus
Nicolini	Jacobus	Scannaſorci	Philippus
Pavanelli	Placidus	Thomaſins	Raphael
Placentinus	Pius	A Verona	Jacobus

INDEX

Authorum qui de noſtris reformatoribus agunt, vel mentionem faciunt præter alios in noſtra biblioteca allegatos.

Alexander Rodulphus *in chron. Cavenſi* ms.
Angelus Grillus *in epiſtolis*.
Antonius Yepes *in hiſtor. monaſt.*
Arnoldus Wion *in ligno vitæ*.
Auguſtinus Fortunius *in hiſt. Camald. l.* 2.

Bartholomæus de Alexandro à Paternione *in chron.* ms. monaſ. S. Nicolai de Arenis.
Brevia ſummorum Pontificum Innocentii VIII Eugenii IV. Pauli II. III. IV. V. Sixti V. Clementis VIII. Gregorii XIII. & S. Pii V.

Conſalvus Illeſcas *in hiſt. Pontif.*
Conſtantinus Cajetanus *in vita Gelaſii II. Papæ*.

Diplomata Ludovici XIII. & Ludovici XIV. Galliarum regum.

Eudoxius Locatellus *in vita S. Joannis Gualberti*.

Ferdinandus cardinalis Mediceus, (qui poſtea M. dux Etruriæ fuit) *in epiſtolis*.

Gabriel Pennottus l. 2.

Henricus Spondanus *in annal. tom.* 3. *ad an.*1604.

Jacobina Bovetta de Blemur *in Annee Benedictine &c. A' Paris.* 1673. *Chez. Lovis Billaine*.

Michael PoccIantius *in ſummario*,
Marcus Antonius Maltempi *Trattato di varie materie iſtoriche Urbeveteri* 1585.
Marcus Antonius Scipio *in elogiis abb. Caſin.*
Monachi S. Germani à Pratis Pariſien. tunc congreg. Caſalis-Benedicti, nunc S. Mauri *in epiſtolis ad congreg. Caſin.* apud Vincentium Barralem Salerna in chron. Lirinenſi.

Petrus Maria Campi *in hiſt. eccl. Placen. par.* 3, *l.* 24.
Petrus Ricordatus *in hiſt. monaſt.*
Petrus Saulnier *de capite ſacr. ord. S. Spiritus Lugduni* 1649.
Placidus Puccinellus *in chron. abb. Floren. & in appar. hiſt. de illuſtr. abb. Flor. vir. & in chron. Glaſſiat.*

Regeſta mss. noſtræ congreg.

Scipio Ammiratus *in hiſt. prope finem*.

Thomas Salvettus *in vita B. Gometii Luſitani*.

Vincentius Barralis Salerna *in chron. Lucinenſi*.

IN.

INDEX

Monaſteriorum, in quibus reformatores floruerunt.

S. BENEDICTI MANTVÆ.

Jo: Baptiſta Folengus
Leo Fidelis

CASINI.

Chryſoſtomus Calvini
~~Monachi congregationis Caſinenſis~~

S. EVPHEMIÆ BRIXIÆ.

Raphael Thomaſius

SS. FLORÆ, & LVCILLÆ ARETII.

Gregorius Calamatta

S. GEORGII MAJ: VENETIARVM.

Pius de Medicis de Ruvere

S. JVSTINÆ PATAVII.

Euthychius Cordes
Germanus Genuenſis
Joannes à Burgundia
Ludovicus Griſonus
Placidus Pavanellus

S. MARIÆ DE FLORENTIA.

Antonius de Nobilibus
Archangelus de Rubeis
Bartholomæus Nelli
Benedictus Amerighi
Benedictus Bonſignorius
Franciſcus Altoviti
Galvanus Salviati
Gometius Luſitanus
Gottardus à Longobardia
Hieronymus Florentinus
Jacobus Nicolini
Inocentius Corſini
Ignatius Ferruccius
Iſidorus Miniati
Iſidorus Montauti
Laurentius Lucalberti
Matthæus Florentinus
Petrus-Paulus Benalli
Timotheus Ricci
Theophilus BenIntendi
Vincentius Borghinus
Zenobius Prolagus

SS. NAZARII, ET CELSI VERONÆ.

Jacobus à Verona

S. NICOLAI DE ARENIS.

Nicolaus Riccioli
Paulus Gravina

S. PETRI IN GLASSIATE.

Cæſarius de Curtis

S. PETRI PERVSII.

Hieronymus Ruſcelli
Leonardus à Tuderto

S. SEVERINI NEAPOLIS.

Clemens à Neapoli
Timotheus à Neapoli

S. SIXTI PLACENTIÆ.

Euthychius à S. Angelo

SS. TRINITATIS CAVÆ.

Philippus Scannaſorci
Victorinus Manſo

INCERTI MONASTERII.

Floribertus Burgo Placentinus

Digitized by Google

INDEX

Urbium ubi Reformatores natale ſolum habuerunt.

S. ANGELI IN....

Eutychius à S. Angelo

ANTVERPIÆ IN BELGIO.

Eutychius Cordes

AVERSÆ IN CAMPANIA.

Victorinus Manſo

BRIXIÆ.

Cæſarius à Brixia
Raphael Thomaſius

CASTRI S. STEPHANI IN CAMPANIA ROMANA.

Petrus Paulus Benalli

CATANÆ.

Nicolaus Riccioli
Paulus Gravina

CAVÆ IN REGNO NEAPOLITANO.

Philippus Scannaforci

FLORENTIÆ.

Antonius de Nobilibus
Archangelus de Ricciis
Bartholomæus Nelli
Benedictus Amerighi
Benedictus Bonſignorius
Franciſcus Altoviti
Galvanus Salviati
Hieronymus Miniati
Iacobus Nicolini
Ignatius Ferruccius
Innocentius Corſini
Iſidorus Miniati
Iſidorus Montauti
Laurentius Lucalberti
Matthæus à Florentia
Teophilus Benintendi
Vincentius Borghini
Zenobius Prolagus

S. GEMILIANI IN CALABRIA.

Chryſoſtomus Calvini

GENVÆ.

Germanus à Genua

MANTVÆ.

Jo: Baptiſta Folengus

MEDIOLANI.

Cæſarius de Curtis
Leo Fidelis

NEAPOLI IN CAMPANIA.

Clemens à Neapoli
Ludovicus Grigioni

N. IN BVRGVNDIA.

Joannes à Burgundia

N. IN LONGOBARDIA.

Gottardus à Longobardia

PATAVII.

Placidus Pavaneſius

PERVSII.

Hieronymus Ruſcelli

PLACENTIÆ.

Floribertus Burgo
Pius de Medicis, de Ruvere

TVDERTI IN VMBRIA.

Leonardus à Tuderto

VERONÆ.

Jacobus à Verona

VLYSSIPONE IN LVSITANIA.

Gometius Luſitanus

Digitized by Google

Homines divites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes. Eccl.44. v. 6.

CATALOGUS VIRORUM

Digitized by Google

1.4.14 BK 2

CATALOGUS VIRORUM SANCTITATE ILLUSTRIUM E CONGREGATIONE CASINENSI ALIAS S. JUSTINÆ PATAVINÆ.

PRÆFATIO.

SAnctitatis quoque inſignia Caſinenſi congregationi non defuerunt. Finis hic, & ſcopus cujuſque religioſi inſtituti. Cœnobium ſanctimoniæ gymnaſium, virtutum licæum, perfectionis paleſtra; Idcirco in hanc domum ſuam vocavit nos Deus vocatione ſua ſancta, ut ſancti ſimus, & perfecti, *ſicut & Pater noſter cæleſtis perfectus eſt*. Omnes quidem regulares ordines pluribus ſanctis floruerunt, ſed D. P. Beoedicti ordo ampliſſimus, ſicut antiquitate, & dignitate omnibus antecellit, ſic innumeris propemodùm Sanctis præ reliquis claruit, ut de ejus etiam ſanctiſſimis filiis rectiſſime dici poſſit, * *numera ſtellas ſi potes*, & ſacer quidam poeta de noſtro ordine jure optimo cecinerit.

Iſte quot indigites, quot divos protulit ordo!
Vix faſti capiunt numerum, ſunt æthere plures,
Quam qui ſanctorum ſunt in monumenta relati.

* Matth. 5.
* Gen. cap. 15. 5.

Unum ſane Caſinenſe archiſterium ſupra quinquies mille in divorum Canonem aſcriptos receoſet. Quid de Floriacenſi moaaſterio dicam, in quo per duo fere ſæcula monachi omnes ſanctè vixerunt, ſancteque objerunt, ita ut in eorum exequiis, * *Gloria in excelſis Deo, & alleluja* à monachis caneretur, veluti jam pro explorato habentibus, illos ſtatim ad cæleſtem patriam evolaſſe? Ut nihil de Cluniacenſi, Benchorenſi, Huenſi, Lirinenſi, Gemmaticenſi, Corbejenſi, Luxovienſi, Cavenſi, Augienſi, aliiſque pluribus ſubdam, quorum aliqua aduſque tria millia monachorum ſanctitate illuſtrium, uno, eodemque tempore io terris aluerunt, in cælis poſtmodum coronanda.

* Gabr. Bucelin. Praf. in Menol. Benedict. diviſ. 1.
* Idem ibid. diſt. 2.

Cum enim ſanctiſſimus noſter parens *omnium juſtorum ſpiritu plenus fuerit*, teſte Magno Gregorio, * de ejuſdem ſpiritus plenitudine filii quoque perquam abunde acceperunt, & noſtræ quidem congregationis monachi haud ſane pauci *Filios Sanctorum* ſeſe agnoſcentes, *æmulati charismata meliora*, ſanctitatis iter aggreſſi, perfectionis apicem attigerunt, conſumatoque virtutum omnium curriculo, ad juſtitiæ bravium in cælis percipiendum migrarunt. Utinam eorum omnium tum nomina, tum præclara geſta litteris diligeoter mandata, ad poſterorum notitiam fuiſſent tranſmiſſa. Quanta inde nobis utilitas? quaota beatis ipſis laus? Quanta Deo Optimo Maximo gloria? dolendum igitur, vel temporum infortuniis, vel majorum incuria plura eorum vocabula, plura egregia facta partim intercidiſſe, partim ſilentio adhuc involvi. Quamobrem operæ pretium me facturum exiſtimo, ſi pro coronide mearum lucubrationum, quibus viros è congregatione noſtra doctrina, ac dignitate illuſtres è tenebris, latebriſque erutos, in publicam lucem revocare ſum conatus, catalogum etiam virorum

* Dialog. l. 2.
* Tob. cap. 2. 18. & cap. 8. 5.
* 1. Corint. 12. d.

Digitized by Google

ſanctitate celebrium adjecero, eorum ſcilicet, quorum memoriæ adhuc ſuperſtites variis in locis latitant, aut ſparſim apud probatos authores inveniuntur; Eas majori qua potui diligentia undique coadunatas, alphabetico ordine, ut nobis in ſimilibus moris eſt, Deo adjutore, digeſſimus, in ſpem maximam adducti, monachis præſertim noſtris ad vitæ ſanctimoniam aſſequendam, eas plurimum profuturas, nam ut vitiorum, ſic etiam virtutum, * *magis nos movent exempla domeſtica*, ut canebat Satyricus; & ut urgebat moralis philoſophus, *ſumus inter exempla, quare deficimus? quidquid fieri potuit, poteſt*, rectiuſque Judas ille ſtrenuiſſimus Machabæorum princeps, * *mementote qualiter ſalvi facti ſunt patres noſtri*; ac denique Divus Ambroſius * *agneſcamus illos non naturæ præſtantioris fuiſſe, ſed obſervantioris*. Erit quoque reliquis Chriſtifidelibus commodum, ac jucundum intelligere, atque in hiſce paginis veluti in ſpeculo intueri. D. Benedicti ſpiritum per tot ſæcula in ejus aſſeclis qua vividum, qua redivivum.

* *Juvenal. Satyr. 4.*

* *Mach. 1. c. 5. 9.*

* *Lib. de S. Joſeph.*

* *Declaratio authoris.*

Sed antequam rem aggrediar, hic potiſſimum omnibus me denunciare oportet, quidquid in hoc catalogo, de virtutibus, ſanctitate, miraculiſque eorum omnium, de quibus in eo agitur, enarratur, humana dumtaxat fide niti, & ea tantum authoritate fulciri, quam ſcriptores, qui id referunt, promerentur, donec ab apoſtolica ſede, cujus irreformabili judicio, tamquam veritatis magiſtræ, me ipſum, uti par eſt, libentiſſime, ac humillime ſubmitto, recognitum, & approbatum, vel ſecus fuerit, juxta mentem decreti SS. Urbani VIII.

Illud etiam lectorem admonitum volo, plures à me in hoc catalogo memorari, de quorum ſanctitate tum in bibliotheca, tum etiam in ſuperioribus catalogis plura jam diximus; Quod quidem ideò factum, quia cum illa ſcriberemus, propoſitum nobis adhuc non erat, peculiarem de eorum heroicis virtutibus tractatum edere: quod ſi tunc cogitaſſem, totum id, aut fere totum, quod ad noſtrorum ſanctitatem pertinet, ibi reticuiſſem, & ad hunc locum reſervaſſem, nunc autem id faciendi nec vires, nec tempus amplius ſuppetunt, *omnia enim fert ætas*; contingere etiam poteſt hoſce catalogos, vel ſeorſim unumquemque, vel unitos ſimul omnes, ab mea tamen bibliotheca ſeparatos in lucem edi, eorumque editionem pluries iterari, qua ratione utile imò neceſſarium eſſet, in ipſis ea omnia dici de eorum ſanctitate, quæ jam in bibliotheca fuerant dicta, mutatis quidem quoad fieri poteſt, verbis, & phraſibus, ſed rei ſubſtantia retenta, tunc enim nec facile, nec conveniens eſſet, lectores pro iis cognoſcendis ad bibliothecam remittere, quam forſitan nec haberent, nec habere poſſent. Nec tamen actum hic agere, aut crambes recoquere dicendus ſum; Longe enim alia ratione, aliaque methodo, & laxiori ſtylo, ac plane hiſtorico, de eorum ſanctitate, hic agitur; Ea inſuper, quæ hac de re jam dicta ibi ſunt, vel hic prætermittimus, vel ſatis breviter, ac ſtrictim tantummodo attingimus. Faxit autem Deus, ut ad meliorem vitam horum quoque ſanctorum monachorum exempla nos provocent, quatenus quorum præclara geſta recolimus etiam virtutes imitemur.

Digitized by Google

CATALOGUS VIRORUM SANCTITATE ILLUSTRIUM E CONGREGATIONE CASINENSI.

A I. Patria, parentes, monaſtica profeſſio.

ALOYSIUS CARAFA natus eſt Neapoli anno 1589. die 15. menſis Julii; *Scipio* illi nomen è ſacro fonte inditum, velut in præſagium ſpiritualis militiæ, cujus adverſus principes tenebrarum, pugil ſtrenuiſſimus erat futurus: parentes æque nobiles ac pii Fabritius Caraſa dux Andriæ, & Maria itidem Caraſa principis Stigliani filia, tantæ virtutis fœmina, ut *ſpeculum chriſtianæ perfectionis* à Daniele Bartoli in vita Vincentii Caraſa Aloyſii fratris, ac poſtea Soc. Jeſu præpoſiti generalis jure, ac merito nuncupetur; pietatem itaque à genitoribus una cum lacte nutricis hauſtam Aloyſius ingenti fœnore adauxit. Pene infans cruce equeſtris ordinis Hieroſolymitani inſignitus, eam anno 1604. ætatis ſuæ 15. monaſtica D. Benedicti Cruce, pœnitentiæ profeſſoribus adſcribendus, commutavit, eo ſane ardentis ſpiritus fervore perfectionis iter arripiens, ut in ſtadio hoc percurrendo fræno potius, quam calcaribus indigere à proprio magiſtro ſit creditus. Humilitas, modeſtia, obedientia, ſilentium illi in deliciis fuere; cella, in qua tempus omne quod à communibus exercitiis reliquum erat, clauſus manebat, virtutum omnium paleſtra.

Exacto tyrocinio, demandatam ſibi infirmorum curam diligentiſſime obivit, propriis ipſe manibus alimenta, ſimulque proprio ore monita ſalutis illis peramanter miniſtrans; quod idem in excipiendis hoſpitibus ad regulæ noſtræ præſcriptum, illi mos erat, in re quacumque etiam viliori eiſdem inſerviens; nec erubuit aliquando Vincentio Caraſa patruo ſuo, (ita ut erat ad ollas, aliaque vaſcula detergenda præcinctus) è culina prodeuntem, conſpiciendum ſeſe præbere, adeò ſibi deſpectus, mundoque mortuus evaſerat. II. Humilitas.

Fulgorem tantæ lucis nequaquam ſub modio abſcondendum ejus abbas arbitratus, rectorem cœnobii S. Renati in urbe Surrento, quod monaſterio S. Severini adnexum eſt, & ſubeſt, illum conſtituit, unde quum ejus ſanctitatis fama quaquaverſum diffunderetur, cæca mulier, frigida, qua ille inter ſacrificandum manus abluerat, oculos aſpergens, illico amiſſum lumen recepit. Neapolim revocatus, vix trigeſimum ætatis annum attingens, tyronibus inſtruendis præficitur, ut qui ſibi, ſuique animi moribus tam ſancte imperare didicerat, noviter religionem ingreſſis, perviam monaſticæ perfectionis ſemitam demonſtraret. Laborioſum, ſed æque maximi momenti munus triennio geſſit, quo vero animarum fructu, quo cœnobii decore, quo regularis obſervantiæ incremento, diſcipulorum ejus (inter quos *Angelus Perfectus*, qui Aloyſii vitam italice ſcripſit, eminuit) egregia virtus, & cœnobitici inſtituti ad obitum uſque ſervatus zelus ſatis oſtendit; quod quidem tum ab vivæ vocis aſſiduis documentis, tum etiam ex ſanctiſſimæ regulæ ab unoquo- III. Officia.

Digitized by Google

que, ipſius juſſu, memoriæ demandatæ indelebili recordatione, potiſſimum promanavit.

A IV. Creſcente itaque in dies ejus virtutum apud omnes admiratione, D. Simplicio Caffarello S. Severini abbate procurante, à ſupremo definitorii magiſtratu in comitiis generalibus prior eligitur. Functus eſt hac provincia primò in monaſterio Caſtrovillarum, quod eſt Calabriæ oppidum, integro anno, deinde Neapoli in S. Severino, mirabili ubique prudentia, & charitate, ac veluti lucidiſſimus ſol abuſuum omnium umbras, qui in monaſticam obſervantiam ſenſim irrepſerant, ſolo aſpectu fugavit. Per id temporis Veſevus mons, nova, horrendaque in dorſo voragine reſerata, flammarum non tantum globos, ſed etiam, (quod hactenus inviſum) aquarum ebullientium rivos, imo potius flumina eructans, Neapolitanæ urbi ingentem metum, agris autem, locisque adjacentibus ruinam, ac vaſtitatem afferebat. Tum vero Aloyſii zelus, ac virtus, maxime enituit. Monachos enim ad frequentiores, ac ferventiores orationes adhortatus, ut nudis pedibus media hyeme celebriora urbis templa religioſiſſimæ ſupplicationis ordine, proprio præeunte exemplo, ſemel, ac iterum adirent, author fuit, his enim precum, ac pœnitentiæ fructibus, affirmans, divinam indignationem averti oportere; idque ut libentius fieret, aſſeveranter edixit, nemini ex illa actione quidquam detrimenti, aut ægritudinis oriturum. Promiſſi fidem veridicam fuiſſe, exitus comprobavit.

Prioris munus.

V. His meritis ornatus, abbatis infula redimitur, & ad regendum S. Flaviæ cœnobium, in oppido, quod arabico vocabulo, Calatanixeta adhuc dicitur, in Siciliam dirigitur; Nec ita multo poſt ad monaſterium Beatiſſimæ Virginis miraculorum in urbe Apuliæ Andria nuncupatâ ejus familiæ dynaſtia, gubernandum transfertur, quò dum pergeret, horribilem tempeſtatem undique ingruentem, jamque tonitruum, fulgurum, ac fulminum metuendo apparatu, navi, qua vehebatur, appropinquantem, oratione longius ſubmovit, atque incolumis una cum nautis, aliiſque viatoribus in eam provinciam pervenit.

Abbatis dignitas.

VI. Ibi optimi regiminis ſpecimen dedit: erga Deiparam piiſſimus in ejus ſacello innumeris miraculis jugiter coruſcante aſſidue orans, eccleſiamque propriis manibus frequenter everrens: feſtorum obſervantiam ab omnibus ſcrupuloſiſſime exigebat, nullum ſervile opus, quantumvis minimum in eis fieri permittens: qua de cauſa cellerarium, qui amygdalas (puto non paucas) in die feſto tundi juſſerat, gravi pœnitentia mulctavit. Divini cultus zelo æſtuans, ſacram ſinaxim alta, & moroſa voce, ut eos decet, qui Angelicam hymnodiam in terris æmulantur, cani volebat. Nec monachis etiam in rebus levioribus quaslibet tranſgreſſiones impune permittebat, probe intelligens, eos qui modica ſpernunt, in graviora paulatim dilabi, faciliuſque regularem diſciplinam in primo gradu ſartam tectam ſervari poſſe, quam efficere, ne de ſecundo ad infimum ſubinde proruat, multoque difficilius ſemel collapſam reſtitui. Maximam proinde curam adhibebat, ne monachi cum viris ſæcularibus plus æquo converſarentur, utque illi, ſi quando ad monaſterium accederent, citiſſime dimitterentur; qui enim ſæculum, cum actibus ſuis, tanquam tenebricoſam Ægyptum fuga jam evaſerunt, nonniſi cum ingenti animarum ſuarum periculo, & ſæpe etiam detrimento ad illud reverti poſſunt; cum veriſſime S. Leo Papa pronunciet, *Neceſſe eſt mundano pulvere etiam religioſa corda ſordeſcere*. Cum quadam vice monachos detecto capite invicem colloquentes conſpicatus eſſet, ſtatim ad eos miſit, qui ſuo nomine eos moneret,

Zelus.

neret, ut caput regulari tegumento illico operirent, id enim monaſticæ modeſtiæ, & gravitati congruere, ut noſtræ ſanctiones jubent.

A VII. Exemplum.

Ad hæc autem, aliaque id genus, fortiter, & ſuaviter obtinenda duo præcipue, eaque validiſſima ſubſidia accerſivit, proprium ſcilicet in omnibus, quæ ab aliis exquirebat, exemplum, communibus ſemper obſervantiis aſſiſtens, communi menſa, imo longe parciori conveſcens, & aſſiduos, fervidoſque de rebus ſpiritualibus ſermones, & ad monaſticam perfectionem ignitas parænefes, atque ita gregem ſuum, utpote bonus paſtor, verbo, & exemplo jugiter pavit. Ea autem charitate erga omnes ſe geſſit, ut fratri cuidam oblato, qui culcitra ad lectum indigebat, eam, qua ipſe utebatur, proprio lecto detractam libens conceſſerit, pallio interim in ejus locum expanſo. Denique etiam in re familiari cœnobium egregie adjuvit, gravi ære alieno, quo antea tenebatur, illud exonerans. His accedebant frequentia miraculorum prodigia, quæ ſicut illi venerationem, ita ejus dictis efficaciam magis, magiſque conciliabant;nam opilionem quendam ejuſdem Andrienſis cœnobii, qui dementiâ, vel ut alii ſuſpicati ſunt, Cacodæmonis vi, eò furoris proceſſerat, ut horrendis clamoribus omnia replens, ſe ipſum dentibus dilaniaret, oratione, & crucis ſigno curavit, priſtinæque incolumitati, ac quieti reſtituit.

VIII. Abdicatio. Solitudo.

Sed ſatis jam Aloyſio aliis præfuiſſe videbatur: vehemens deſiderium Deo arctius ſeſe uniendi, illique unice vacandi eum impulit, ut in proximis comitiis abdicationem à dignitate efflagitaret, qua impetrata, Neapolim reverſus, non ita multo poſt majoris ſolitudinis amore captus, & Creatori liberius, ac penitius in ſanctis meditationibus deſerviendi flagrantiori ſtudio incenſus, in ruralem monaſterii domum ad radices Montis Veſevi, (ubi olim Octaviani Auguſti Villa, in qua & obiit, *Ottajano* corrupto nonnihil vocabulo etiam nunc dicta) quinque millia paſſuum à Neapoli diſtantem ſeceſſit, ubi eremiticam vitam agens, quatuordecim annorum ſpatio conſtanter manſit, nihil omnino terrena curans, ſed tantummodo dies antiquos cogitans, & annos æternos in mente habens; Ibi ſenſuum omnium cruciatus, ſui ipſius abnegatio, aſſidua rebus cœleſtibus mentis adhæſio, abſtinentiæ rigor, ſilentii cuſtodia, pœnitentiæ aſperitas, chameuniorum perſeverantia, atque ſuper hæc omnia intima, & humillima erga ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum, & beatiſſimam Dei parentem obſequia ejus erant quotidiana, & omnium horarum exercitationes, & quamvis variis Satanæ inſidiis, moleſtiis, terriculamentis, plagis denique, ac verberibus, ut ab incepto vitæ adeo ipſi inſenſæ inſtituto deſiſteret, impeteretur, eum tamen ille ardentiſſimo Chriſti amore, jugi oratione, ac haud intermiſſo jejunio impavidus debellabat; carnes ſiquidem numquam niſi in ultima ægritudine obedientia tamen adactus, & ſane parciſſime, & ad ſuccum redactas comedit. Cæterùm toto vitæ religioſæ decurſu alternis diebus ſolis leguminibus, vel herbis, & ad ſummum poſtremis vitæ annis cibis ſolummodo quadrageſimalibus veſcebatur. Adeo autem hominum, & maxime mulierum quamvis arctiſſimo, & proximo gradu propinquarum nedum colloquia, ſed viſum quoque hic nemorum colonus averſabatur, ut cum aliquando Diana Caracciola Ottajani principis uxor, eum de rebus ſpiritualibus conſultura, domum, in qua ille morabatur, fuiſſet ingreſſa, nequaquam ad ſe permiſerit eam accedere, ſed inſalutatam abire juſſerit; quod tamen tantum abeſt, ut illa ægre tulerit, ut etiam majore admiratione viri Dei concepta receſſerit; qua enim ratione admittere poterat, vel guſtare hominum conſuetudinem, qui Deo familiarius adhærens,

De Dæmone victoria.

Pœnitentia.

ſuper-

ſupernis illuſtrationibus, viſionibus, ac revelationibus ab eo dulciter adeo detinebatur?

A. IX. At quamvis in hac dilecta ſolitudine libentiſſime moraretur, illam nihilominus ex obedientiæ præſcripto prompto animo dereliquit, & Neapolim rurſus remeavit, imo vero eam non reliquit, ſed in aliam, & fortaſſe arctiorem commutavit, nempe in cellam ſatis anguſtam, in qua tredecim adhuc annis, uſque videlicet ad obitum incluſus manſit, ad Euchariſticum dumtaxat ſacrificium peragendum, divinaſque in choro laudes concinendas egrediens, nullum umquam ex ſuis propinquis intra cellam recipiens, imo eorum etiam præſentiam ſummo ſtudio declinans, *oblitus* penitus *populum ſuum, & domum patris ſui*. Silentii obſervantiſſimus, ſigna pro verbis, uti regula jubet, ut plurimum uſurpabat. Paupertatis evangelicæ rigidiſſimus cuſtos, nullum umquam donum à quocumque oblatum accipere voluit, & ſi quando renuere non poſſet, ſtatim infirmis, vel pauperibus diſpertiendum curabat: in cella nihil pretioſum, nihil ſuperfluum, imo nil admodum commodum, in veſtibus nihil curioſum, ſed omnia valde parca, & humilia. Invictam patientiam in omnibus, maxime autem in infirmitatibus, in doloribus, & cruciatibus acerbiſſimis ſemper oſtendit, nullam querelæ vocem emittere umquam auditus. Oculorum modeſtiam plane ſingularem ſervavit, obtutibus in terram ſemper demiſſis, cujus admirandum exemplum, quod in quocumque alio incredibile videretur, tunc præbuit, cum * Sacerdotis ſæcularis, ejus curæ, & cuſtodiæ deputati, integris ſeptem annis, numquam, niſi unica vice & quidem fortuito, in ultima ægritudine, faciem conſpexit; * ut etiam ipſe dicere potuerit, quod olim ſanctiſſimus noſter Legiſlator, alteri Presbytero die Paſchatis divinitus ad eum miſſo * *ſcio, quia Paſcha eſt, quia hodie videre te merui*. imo cum de more ſtatim ab obitu lavaretur, virilia propriis manibus bis contexit, inſigne illibatæ caſtitatis teſtimonium, vel mortuus præbens *. Aſſidua die, noctuque ejus erat oratio, in qua defixus, pluries immobilis, ac extra ſenſus diutius manere viſus eſt. Miraculorum gratia decoratus, haud paucos deploratæ valetudinis, ac morti jam proximos, precibus liberavit, & ad priſtinam ſanitatem reduxit. Prophetiæ denique dono illuſtris, multa eventura prædixit, multa cordium occulta penetravit, & iis quorum ſalutis intererat, aperuit; inter ea ſæviſſimam peſtilentiam, quæ anno 1656. Neapolim crudeliter afflixit, tribus, antequam contingeret, annis diſerte prænunciavit, eamque in graviſſimorum ſcelerum pœnam a Deo immittendam aſſeruit.

Obſervantia.

* *Pſalm. 44. v. 12.*

Silentium.

Paupertas.

Patientia.

Modeſtia.

* *D. Joſephi Truta.*

* *Queſta è la prima volta, ch' io ti veda in faccia ſia lodato Dio.*

* *S. Greg. P. Dial. l. 2. c. 1.*

* *Hoc etiam de S. Philippo Nerio narratur.*

Oratio.

Prophetia.

X. Tot itaque jejuniis maceratus, tot pœnitentiis confectus, in extremam ægritudinem incidit, ex qua cum ſibi mortem imminere intelligeret, (eam enim aliquot diebus ante prænunciavit) in Eccleſiam aliorum manibus innixus deferri voluit, ibique ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum devotiſſime ſuſcepit; quo temporis momento ſacerdos, qui illud ei præbuit, * ipſius vultum ſeraphico radiantem ſplendore ſtupens conſpexit. Ad cellam reductus, actiſque de more gratiis, *D. Thomæ Aquinatis* tractatum *de viſione Dei* legendum ſuſcepit, utpote peroptans, eam quantocius adipiſci, dicens cum Apoſtolo, *cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto*. Adveſperaſcente jam die, hora vigeſima ſecunda acri paroxiſmo correptus, ſenſibus deſtitutus eſt, manſitque in noviſſimo agone duobus diebus, quibus expletis oculos circa meridiem repente referans, & in cœlum dirigens, animam tranquilliſſime Deo reddidit, die 18. Novembris anno 1664. ætatis ſuæ 76.

* *Fuit is Angelus Perfectus ſupralaudatus.*

Mors.

XI. Servi ſui ſanctitatem etiam poſt lethum pluribus miraculis Deus declaravit; præter-

terquamquod enim ejus cadaver in feretro jacens, dum a confluente multitudine venerationis gratia oſculis afficeretur, ſudore in fronte manavit, & poſt trigintaquatuor horas, flexile, ac mobile perſeverans ex inciſa vena ſanguinem rubicundum emiſit, flores etiam, qui idem cadaver tetigerant, veſtiumque ejus particulæ pluribus infirmis medelam attulerunt; quorum unus demens à multo tempore ad mentem rediit: quorum aliorumque miraculorum authenticas probationes, pro *Beatificatione*, Innocentius XII. Pont. Max. rite fieri mandavit. A Prodigia.

Aloyſii vitam ſcripſit Italicè idem Angelus Perfectus ejus olim diſcipulus, editque Neapoli apud Caſtaldum anno 1667. in 4. ex quo fonte nos aliique de eo agentes ſumpſerunt; nempe Benedictus Laudati in brevi chronico ms. S. Severini par. 2. pag. 348. Gabriel. Bucelin. in Bened. Rediv. ad an. 1665. Felix Egger idea ordin. Hierarch. Bened. libell. 2. par. 3. diſſert. 3. n. 3. pag. 414. quorum verba, ſi placet, legere poteris in analectis, & collectaneis lit. A. pag. 1. & ſeq. in eodem Aloyſio. XII. Authores.

AMBROSIUS à LUCERNA monachus Lirinenſis effectus anno 1531. die 17. Decembris, in regeſto monachorum noſtræ congregationis ms. pag. 286. in margine, dicitur obiiſſe *cum opinione ſanctitatis*. Nec amplius de eo hactenus.

ANGELUS de FAGGIIS Sangrinus à patria dictus * Caſini monachus evaſit anno 1519. die 16. Aprilis, ubi tam doctrina, quam ſanctitate plurimum inclaruit; celeberrimis idcirco ejus temporis viris, quà verbo, quà facto jure optimo adnumeratus. Regularis diſciplinæ ſeveriorem obſervantiam non minus ſubditus à ſe ipſo, quam prælatus ab aliis ſuæ curæ concreditis diligentiſſime exegit, habitus proinde ab omnibus, ac veneratus, tamquam priſcæ cœnobitarum ſanctitatis redivivum exemplar: Charitate erga pauperes, & infirmos fuit inſignis, qua impellente propriis aliquando veſtibus ad eoſdem cooperiendos ſeipſum exuere non recuſavit. Ejus autem doctrina in ſacris pangendis carminibus, diviniſque myſteriis celebrandis maxime enituit, quæ ſingularem pietatem, ſupernique amoris, quo medullitus flagrabat, ignem undecumque ſpirant. Cum igitur ardentius in dies Deo dumtaxat adhærere, ſanctiſque ſtudiis incumbere unice in votis haberet, depoſita abbatis dignitate, in ordinem ſe redegit, & duodeviginti, quibus ſupervixit, annos, devotis precationibus, rerumque cæleſtium meditationibus, ac bonis operibus exercendis omnino impendit; quorum ſempiternam mercedem recepturus, ad Deum migravit, æquiſſimum eorum remuneratorem, anno 1593. die 17. Martii, ætatis ſuæ anno 93. I.

* *E Caſtro nempe ſanguinis in Sannio, Sangro eorum linguæ vocato.*

Corpus octo poſt annos abſque ulla corruptionis labe in ſepulchro repertum, peculiari tumulo incluſum, edito loco, honorificentius repoſitum fuit, creditumque ab omnibus, illud corporeæ, poſt fata, integritatis ſignum, virginitatis, ac illibatæ innocentiæ privilegium fuiſſe. At de ejus capite rem ſcitu planè dignam æque, ac curioſam narrat Caſimirus Chranovius monachus Polonus, in vita Zachariæ Petronii à Fractis impreſſâ Neapoli apud Antonium Gramignanum an. 1674. cap. 13. pag. 124. & ſeq. „ monachus quidam „ item Polonus, ord. S. P. Benedicti Placidus nomine, abbas deinde Caſtro-Caſinen. in Lithuania, Caſinum (uti plurimi cujuſque ſtatus, ac conditionis homines ſolent) devotionis gratia diverterat, ubi dum de ſanctitate, ac virtutibus laudati Zachariæ non ita antea defuncti, tot, tantaque audiviſſet, conſilium cæpit pium quidem, ſed imprudens, & periculoſæ plenum aleæ, corpus ejuſdem Zachariæ è tumulo erutum (aut ſaltem ejus partem) clam auferendi, & ſecum in Poloniam aſportandi. Socium nactus audacis facinoris mona- II.

A

• Flandrum Henricum à Gandavo poſtea à me ann. ſcilicet 1682. Caſini cognitum.

nachum alium Caſinenſem natione Belgam, noctu cæmeterium S. Annæ cum eo ingreditur, & revoluto lapide, in monumentum ubi corpus Zachariæ quieſcebat, intrepidus deſcendit. Tres ibi tumuli erecti conſpiciebantur, quorum unus *Zachariæ*, alter *Baſilii* Brixiani abbatis olim Caſinenſis, fama ſanctitatis pariter celebris, tertius denique cæteris ſpectabilior, & magis affabre elaboratus, *Angeli Sangrini* corpus claudebat. Ea ſpecies homines exteros, & rerum Caſinenſium, ſepulchrorum præſertim, ac urnarum haud ſatis gnaros fefellit, ratos Zachariæ cadaver, utpote recens mortui nobiliori arca, ubi *Sangrini* corpus cuſtodiebatur, jacere: Itaque fracta ſuperiori tabula, caput *Angeli Sangrini*, *Zachariæ* tamen illud exiſtimantes, à reliquo corpore divellunt, linteiſque decentiſſime involutum in occulto, ac ſecreto loco reponunt, donec oblata opportunitate in Poloniam redeundi, monachus ille caput *Angeli Sangrini*, Zachariæ illud ubique deprædicans, in monaſterio *Caſtro-Caſinenſi*, alias in *Horodyſet à Jo Carolo* Wierzchovice Kopec Caſtellano Trocenſi, & M. D. Lithuaniæ ſenatore, haud ita pridem excitato, ſub altare S. Annæ honorificentiſſime collocavit, ubi idem ipſe hujus narrationis author Chranovius illud ſe vidiſſe anno 1674. aſſeverat. Cæterum omnes alii authores, quos *Sangrinum* laudantes in noſtra bibliotheca afferimus, vere Angelum vita, & moribus eum fuiſſe, nomine rei conveniente, omnique virtute, ac ſanctitate redimitum deprędicant.

I. B. ANGELUS SINISIUS, vel SENISIUS, patria Catanenſis, inter viros ſanctitate illuſtres è congregat. Caſinenſi minime recenſendus videbitur, quòd multo prius, quam Siciliæ monaſteria noſtræ unirentur congreg. doctrina, ac ſanctimonia floruerit: ſed quia ſummo zelo, diligentia, & induſtria Sancti Martini de Scalis non modo Panormitanæ urbis, ſed totius etiam Siciliæ ampliſſimum, ac nobiliſſimum cœnobium à D. Gregorio M. fundatum, reedificavit, & in antiquum monaſticæ obſervantiæ decus reſtituit; & quodammodo ad futuram cum noſtrâ ſodalitate unionem diſpoſuit, ac præparavit; grati animi ſtudium, & virtutum ejus meritum veniam mihi, ni fallor, à lectoribus impetrabit, ſi tanti viri breviter, ac obiter hoc loco memoriam fecerim.

II. Is monaſticum inſtitutum amplexus eſt Catanæ in cœnobio S. Nicolai de Arenis, cumque omnium virtutum exemplis præfulgeret, ab Emmanuele Spinula Archiepiſcopo Montis Regalis monaſterium S. Mariæ Maniacis, (ubi poſtea celeberrimus ille Nicolaus de Tedeſchis *abbas Panormitanus* dictus, & *Lucerna Juris* appellatus, abbas fuit) regulari obſervantiæ reddendum ſuſcepit an. 1342. quod cum parum proſpere procederet, ab eodem archiepiſcopo monaſterii S. Martini de Scalis à Saracenis olim everſi, reſtaurandi cura ei fuit demandata, quam quidem provinciam, Dei aſpirante gratia, feliciſſime adimplevit; nam aſſumptis ſecum quinque aliis monachis, eximiæ odore ſanctitatis aliquot nobiles Panormitanos ad cœnobium illud attraxit, quorum copioſis ei erogatis pecuniis, aliiſque omnis generis bonis attributis, in florentiſſimum ſtatum cœnobium redactum eſt. Acceſſit pontificum, regum, & dynaſtarum munificentia, ac liberalitas, qui diplomatibus præclara privilegia continentibus, donis, ac redditibus idem monaſterium ditarunt, auxerunt, ornarunt.

III. Huic quinquennio Angelus prioris nomine, deinde trigintaquatuor annis abbatis titulo decoratus præfuit, tantâ quidem ſanctitatis, ac reparatæ monaſticæ per Siciliam diſciplinæ famâ, ut quingentos propemodum monachos D. Benedicti cucullo ſua manu induerit, & ad cœnobiticam perfectionem, propria ſem-

ſemper actione præeunte, perduxerit. Tot igitur laborum, ac virtutum meritis cumulatus, ad eorum perennem fructum in cælis percipiendum à Domino vocatus fuit anno 1386. die 27. Novembr. corpus ibidem ſepultum: ſed anno 1585. à Caſinenſibus monachis jam ab anno 1506. ibidem commorantibus, e priori tumulo erutum, & in marmoreo ſarcophago repoſitum, in ſacrario, ſub ara, ubi ſanctorum lipſana, collocatum eſt, hac breviſſima adjecta epigraphe. A

Rmi viri Angeli Seniſii hujus ſacri monaſterii abbatis hic oſſa requieſcunt.

Ut autem non ſanctimoniâ tantum, ſed etiam ſcientia præſertim ſacrâ admodum floruit, ita plura ingenii ſui monumenta poſteris reliquit, nempe

1. Expoſitiones Pſalmorum. 2. Modum meditandi. 3. Expoſitionem regulæ S. Benedicti. 4. Hiſtoriam monaſterii S. Martini de Scalis. 5. Catalogum contractuum, & bonorum ejuſdem monaſterii. 6. Vocabularium latinum pergrande. Omnia mss. in eodem monaſterio aſſervata, præter hiſtoriam, cujus aliqua tantum ſuperſunt fragmenta teſte Roccho Pyrrho l. 4. Sicil. ſacr. pag. 77. ubi etiam aſſerit, ob ſanctitatis famam, & ardentiſſimam nedum in monachos, ſed in pauperes quoslibet; & peregrinos charitatem *Beati* nomen jure adeptum apud omnes fuiſſe. Joannes verò de Groſſis in decacord. Catan. tom. 1. cord. 2. mod. 5. pag. 128. addit, ejus ſanctitatem plurimis in vita, & poſt obitum miraculis fuiſſe à Deo comprobatam. Innumeri alii authores ejus memoriam celebrant; quorum elenchum texit ſatis accurate Antoninus Mongitore in biblìot. Sicula tom. 1. pag. 36. ubi fuſe de eo agit.

FR. ANTONINUS natus eſt prope Genuam in caſtello *Taglia* dicto, parentibus quidem morum honeſtate divitibus, ſed ſubſtantiis temporalibus haud ſatis fultis, qui filium in baptiſmate Joannem appellaverunt, eumque in Dei timore, & Chriſtianis virtutibus educandum ſedulo curarunt. Cum adoleviſſet, excolendis hortis, ut genitorum ferebat conditio, operam dedit: quadam deinde occaſione in Siciliam delatus, eandem artem variis in hortis non tantum induſtriæ, ac ſingularis experientiæ, ſed multo etiam magis pietatis, & integritatis admodum raræ fama exercere perrexit. Erat tunc cœnobii Montis-Regalis œconomus Michael ex civitate ejuſdem nominis Montis-Regalis (nam illud ab eodem monaſterio, & eccleſia civitas illa deſumpſit, ut plures aliæ urbes ab aliis monaſteriis *) vir multæ probitatis, & vitæ religioſiſſimæ. Is habita notitia noſtri Joannis, allectuſque ejus tum artis, tum innocentiæ præſtantia, inter cœnobii operarios eum admiſit; clauſtrique hortum illi colendum tradidit. Fuit id Joanni gratiſſimum, cum labor ille hortenſis ob propinquæ eccleſiæ ſanctitatem, & aſcetarum exempla, acriores ad perfectionis ſtadium decurrendum ſtimulos adderet. Quamobrem vehementi Deo proximius inſerviendi cupidine incenſus, in *converſorum* fratrum numerum (nos *commiſſos* dicimus) referri enixe poſtulavit. Abbas, cæterique cœnobii patres, quibus optime perſpecta erat Joannis virtus minime fucata, & fincera in Deum fides, eum libentiſſime voti compotem effecerunt. Fratriſque Antonini nomine deinceps vocari abbas voluit, qui quòd diutius in urbe regia Panormo commoratus eſſet, Fr. Antoninus à Panormo cognominatus eſt. Duos ſupraviginti annos in religione vixit, majora in dies ſanctitatis ſpecimina edens. Summa in primis veneratione Deiparam proſequebatur, ad cujus ſtatuam in eccleſiæ altari collocatam die noctuque orare conſuevit, ejuſque exemplo, atque opera imago illa admodum celebris, & præcipuo honore ab omnibus habita, uſque ad hodiernum diem evaſit; adeo ut ipſe Siciliæ Pro-Rex, Marchio de Villena, aliique optimates pretioſis eam veſtibus, ac

I. Patria, & parentes.

In Religionem ingreſſus

* *Munſter. Weſtminſter. S. Gall. &c.*

In Deiparam devotio, & cultus.

Vigliena.

B argen-

A argenteis lampadibus circum ipſam collucentibus, Fr. Antonini hortatu decoraverint; ejus autem poſt datum religioni noſtræ nomen perpetuus vitæ hic tenor fuit. Ad veſperas eccleſiam ingreſſus, lampades ante altare beatiſſimæ Virginis tutelaris ſuæ abſtergebat, accendebatque, tum in terram ſeſe abiiciens, orationem ad uſque finem diei ante idem altare protrahebat: paucis deinde horis parcæ corporis refectioni conceſſis, ac tenui quieti, quam humi ante aram D. Placidi, quem etiam impenſe venerabatur, capiebat, impigre ad matutinas preces evigilans, eccleſiæ altaria orans circuibat, uſque dum mane jam illuceſcente, ſacerdoti primum ſacrum celebranti reverenter miniſtraret; mox horti laborem ad prandium uſque repetebat. Sed quale prandium ei, qui perpetuum jejunium ſervabat? ei, qui aſpero cilicio lumbos præcingens, creberrimis flagellationibus humeros cruentans, gravique lapide identidem pectus tundens, corpus ſuum omni ex parte cruciabat?

Vitæ methodus.

IV. Habebat quidem tum à natura, tum ab ingenio columbæ ſimplicitatem, ſerpentis tamen prudentiæ ſemper adjunctam, præſertim cum de rebus cæleſtibus ei ſermo erat; oſtendens bonorum temporalium jacturam, lucrum eſſe arbitrandam, dummodo æterna animæ ſalus, quæ rerum omnium caput eſt, in tuto poſita ſit. Erat monaſtici ſilentii obſervantiſſimus, verumtamen cum opus eſſet, loquebatur admodum ſapienter de teſtimoniis Domini in conſpectu gentium, & monita ſalutis dabat illis, quibus adhortationibus chriſtianæ charitatis melle conditis, præcipuè, cum afflictos conſolabatur, plurimum proficiebat, quod ab omnibus cujuſque conditionis hominibus vir juſtus, & ſanctus haberetur.

V. Cum itaque adeo acceptus eſſet Deo, neceſſe fuit, ut ad patientiæ meritum, quemadmodum olim S. Tobiam, imo ſicut omnes omnino ſanctos, tentatio, ceu aurum in fornace probaret illum; nam in primis ejus abbas veritus, ne honor, & veneratio illi ab omnibus præſtita, in ſpiritus elationem, vanamque gloriam cor ejus abriperet, durius, aſperiuſque cum ipſo agere cæpit, ſeveris increpationibus, gravibuſque pœnitentiis eum frequenter exercens, quod ille non ſolum æquanimiter, ſed hilari quoque animo, & cum gaudio tolerabat, quapropter abbas perſpecta ejus ſolidæ virtutis, ac ſinceræ bonitatis veritate, nimiæ ſeveritatis ſe ipſum arguit, mortique proximus confeſſus eſt ſe à Deo manifeſte punitum, quod virum Dei plus æquo, ac indiſcrete vexaſſet. His accedebant Dæmonum frequentes inſultus, & multiplices terrores, quos tamen Antoninus fide armatus, fortiter ſuperans, terror ipſe Dæmonum evaſit, eorumque plures ab obſeſſis corporibus ejecit.

VI. Sed quaſi parva ad ejus probationem eſſent hæc omnia, diutini morbi moleſtia ejus patientiam coronavit. Acri paralyſi conflictatus, dum artus corporis ſolverentur, ejus ſpiritus veluti ſuaviſſimus olor, Dei laudes dulcius decantabat. Jamque vitæ fini appropinquans, quem multo ante clare prædixerat, à B. Virgine, cui tam fideliter famulatus fuerat, mirabili viſione, ut creditum eſt, confortari meruit, nam ſumma cordis lætitia exultans, ac ſi diceret, *lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus*, non ſolum oculis, ſed ipſo etiam corpore ad cælum erectus quaſi ipſo etiam corpore eo progredi vellet, animam illùc tranſmiſit, anno Domini 1620. nonis Martii, die Sabbati, ut ſemper optaverat, utpote ſanctiſſimæ Deiparæ ſacra, hora veſpertina, quâ nempe lampades ante altare Dominæ ſuæ tanta diligentia accendere conſueverat.

VII. Vixit Fr. Antoninus fere ad annum centeſimum proſpera ſemper uſus valetudi-

tudine, ſi extremum tempus excipias, qua paralyſi laboravit, ſicut autem vivens multis à Deo prodigiis, viſionibus, ac revelationibus ad animarum ſalutem decoratus fuit, ita etiam poſt obitum pluribus miraculis inclaruit; nam variis morbis infirmi, aliique ulceribus vel inſanabilibus deformati, tum ejus corporis tactu, dum in feretro jaceret, tum veſtium ejus particulis, ægris membris admotis, deſperatam ſalutem illico recuperarunt. Ex iis miraculis D. Victorinus à Meſſana Montis-Regalis per id temporis prior, vigintiquatuor deſcribenda, & authenticis probationibus validanda curavit eodem an. 1620. quo Fr. Antoninus ad cælos migravit, quæ manu exarata extant etiam num Romæ apud bibliothecam Romanæ Sapientiæ in tom. 3. Miſcellan. ſacr. Conſtantini Cajetani pag. 48. n. 26. unde ego ipſe eadem ad verbum exſcripſi, & in collectanea, & analecta ad vitas virorum ſanctitate illuſtrium è congreg. Caſinenſi conjeci, ubi, ſi libet, eadem legere poteris. Lit. A. pag. 3. & ſeqq. Sed anno 1733. eadem miracula Venetias miſi ad eruditiſſ. P. D. Angelum Calogerà Camald. monachum, in ejus opuſculis philologicis imprimenda. Cæterum Fr. Antonini effigiem laudatus Marchio de Villena Siciliæ Pro-Rex ad vivum efformandam, & Catholico Hiſpaniarum regi Philippo III. offerendam curavit; qui illam libentiſſime accepit, & piiſſime veneratus eſt. A

Ejus geſta narrantur à Gabriele Bucellino in menologio Benedictino ad diem 7. Martii pag. 177. & ſeqq. ubi Fr. Antonium (pro Antonino) *Virum per omnia priſci ſæculi, miraculum noſtræ tam præpoſteræ ætatis appellat*, teſtaturque ſe ea hauſiſſe *ex vita ms. & atteſtationibus Montis-Regalis, prioris, & teſtium*; Mauro Marcheſio &c. Eadem geſta ex ipſo Bucellino in Gallicum ſermonem tranſtulit *Jacobina Bovetta del Blemur* monialis ord. noſtri, *& anno Benedictino* à ſe compoſito inſeruit, qui nuper in italicam linguam converſus impreſſus eſt Venetiis anno 1727. tom. 2. pag. 48. & ſeqq. Meminit ejus etiam Felix Egger monachus Petruſianus in idea ordin. Hierarch. Benedict. impreſſa Campiduni anno 1717. libello 2. par. 3. diſſert. 3. pag. 429. Antonium ipſe quoque ex Bucellino eum nominans. „ Sic anno 1620. in beatorum patriam „ aſſumptus eſt P. Antonius de Panormo cathedralis monaſterii Montis Re- „ galis in italia converſus: cui jejunium fuit perpetuum, & quotidianum: ac- „ ceſſit aſperum cilicium, flagellatio crebra, quæ pavimentum innocenti „ balnearet ſanguine. Eum magni principes in rebus maximis pro conſilio „ exorarunt; ipſeque Siciliæ Pro-Rex ad genua, ſenſu ſolatio pleno audire „ geſtiebat. „ Miraculis comitabatur, & vivus, & mortuus. De eo etiam in Sicilia ſacra Rocchi Pyrrhi 2. edition. cum additionibus, ſeu ſupplem. Viti de Amico tom. 2. pag.... VIII.

* *Jacobina.*

ARCHANGELUS à Neapoli, Deo ſe intimius devovit apud S. Severinum an. 1547. die 28. Octobr. Floruit illibatæ vitæ innocentia, monaſticæ humilitatis aſſiduis exemplis, & perennis abſtinentiæ inſigni virtute. Fuit ob morum ſimilitudinem ven. ſervo Dei Jacobo Graſſio arcta neceſſitudine, ac familiaritate conjunctus, quem cum ipſe jam ſenio confectus, & præ fæmoris dolore ambulare minime valens, morti proximum accepiſſet, ad eum miſit rogans, ſibi permitteret, utcumque poterat, ad Amicum accedere, & extremum ei vale proprio ore præbere: Vetuit id Graſſius, utpote ſupervacaneum, nam intra eamdem hebdomadam ambo ſimul futuri erant in cæleſti patria videntes Deum. Res ita prorſus, ut ille prædixerat, accidit. Graſſius ſiquidem eadem die, quæ fuit 19. Octobris & feria ſecunda ad ſuperos evolavit; Archangelus autem die Sabbati, ejuſdem menſis 23. abſque ulla prævia ægritu- I.

Digitized by Google

A

dine, ſi longævam ſenectutem excipias, animam Deo reddidit anno 1610. ſanctitatis famâ relicta. Narrat hæc Benedictus Laudati in brevi chronico S. Severini ms. par. 2.

AUGUSTINUS à MARATEA alter eſt ex D. Severini alumnis, morum ſanctitate, & virtutum exemplo conſpicuis, quos in hoc catalogo præter alios ſupra recenſitos ſerie haud interrupta referimus. Hic monaſticis votis ſeſe obſtrinxit an. 1561. & illibatæ vitæ candore Deo, & hominibus valde commendabilem ſe præbuit. Decani munus ea gravitate, ac vigilantia geſſit, ut nemo cujuslibet gradus niſi modeſtiam, ac pietatem, ſaltem ſpecie tenus, præſeferens, ad ipſum auderet accedere. Solitudinis amantiſſimus, tempus omne ſacris lectionibus, & divinarum rerum meditationibus impendebat, paucas horas tenui ſomno, ac arctæ corporis refectioni tribuens. Silentio plurimum deditus erat; quo circa reliquis cœnobii patribus opportunitates eum alloquendi ſtudioſe quærendæ erant, cum experimento ſcirent, ex aureo ejus ore nullum umquam verbum effluere, quod ad Dei, & cæleſtis patriæ amorem audientium animos non accenderet; denique optima inſignis probitatis fama apud omnes relicta, ad eamdem patriam migravit circa annum 1608. de quo Benedictus Laudati in brev. chron. S. Severini par. 2. pag. 256.

AUGUSTINUS à PLATEA Siculus, unus fuit ex primis, qui monaſticum induerunt cucullum in cœnobio Catanenſi S. Nicolai de Arenis ſub congregatione Caſinenſi; nam Sicula congregatio anno 1506. Caſinenſi unita fuit, Auguſtinus autem regularem profeſſionem emiſit anno 1508. Fuerat quidem in ſæculo legum doctor, at in monaſterio omnium fuit virtutum exemplar; inter quas abſtinentia à cibis, regularis diſciplinæ cuſtodia, rerumque cæleſtium aſſidua contemplatio primas ſibi vindicabant. E Sicilia digrediens, in Dalmatiam ſe contulit, & in cœnobio S. Mariæ *De la Croma* aliquandiu ſubſtitit; ſed cum ſanctitatis, ac miraculorum, quæ identidem patrabat ſplendor, populorum oculos perſtringeret, eique venerationem maximam conciliaret, ab hominum laudibus prudenter ſibi metuens, regione illa relicta, in Caſinenſe archiſterium commigravit, ubi poſtquam aliquot annis ſanctiſſime vixiſſet, feliciter in Domino obdormivit circa annum 1519. Hujus Dei famuli extabat celebris memoria in parva cellula prælaudato cœnobio Catanenſi propinqua, in quam ille interdiu ſolebat ſeſe recipere, ut commodius, & tranquillius divinis contemplationibus vacare poſſet; de qua cella ejus cœnobii chronographus* hujuſcemodi prodigium narrat, quod cum aliquando mons Ætna ignes ſuos devorantes evomuiſſet, jamque illi torrentis inſtar monaſterii mœnibus undique appropinquarent, ubi viri Dei cellam obviam habuerunt, minime auſi ſunt eam abſumere, imo ne quidem attingere, ſed veluti venerabundi illæſam relinquentes, curſum aliorſum verterunt, quamvis in novo incendio, quod anno 1669. contigit, obrupta penitus fuerit maxima ardentium arenarum vi, quam effervеſcens montis ſinus, tanto cum circumſtantium locornm damno eructavit.

* *Bartholomæus Taberna.*

1. AUGUSTINUS VENERIUS patria Neapolitanus profeſſus eſt noſtrum inſtitutum in monaſterio SS. Trinitatis Cavenſis anno 1595. die 17. Septembr. effulſitque non minus doctrina, quam religioſis virtutibus; nam in primis patientia enituit ſingulari, plures, graveſque perſecutiones, ac tribulationes innocentiſſime tolerans, adeptus proinde beatitudinem illam à noſtro Servatore promiſſam propter juſtitiam perſecutionem patientibus. Abſtinentia quoque ejus fuit admirabilis, jejunium enim integros annos nigro pane, puraque lim-

Digitized by Google

lympha ſuſtinuit; ſolitudine vero, & receſſu ab hominum conſortio, veteres Ægypti anachoretas imitabatur. Ad hæc monaſterii Cavenſis utilitatibus tam ſpiritualibus, quam temporalibus promovendis ſummopere inſudavit. Ipſe enim maximo labore Cavenſe tabularium celeberrimum ordinavit, diſpoſuit, ac uſu facillimum reddidit, ejuſque monumentorum exoticos, exoletoſque characteres, Gothicos, Arabicos, ſive Saracenſeos, Græcos, Turcicos, Langobardicos, Normannicos diligentiſſime eſt interpretatus; quod tamen non ſine ſuperni luminis auxilio eum peregiſſe creditum eſt. Sanctè obiit, ut & Sanctè vixerat, nam in omnibus muniis, quæ in monaſterio geſſit, optimi cœnobitæ exempla continuo edidit. Ex relatione Marini Albritii Cavenſis archivi præfecti mihi tranſmiſſâ; & ex regeſto Seraphini Tanſi pag. 191. ubi in margine. „ *Abbas titularis vir magnæ ſanctitatis.*

A

AURELIA FRANCHI Brixiæ nata an. 1645. Kalendis Maji, primogenita Lelii Franchi, & Juliæ Fantonæ Brixienſium civium, illibatæ puritatis, totâ vitâ ſervandæ, illud primum indicium dedit, quod cum adhuc in cunabulis vagiret infans, à quolibet mare vel leviter tangi nullatenus patiebatur, ſed quomodo poterat ſeſe contorquens, & plorans mærorem oſtendebat, cum ſecus faceret quoties à fœminis contrectaretur, vel ulnis, aut oſculis ab illis exciperetur; adoleſcentula autem ſi curioſius ab aliquo juvene conſpici ſe videret, ſtatim rubore ſuffuſa inde aufugiebat, & in abditiſſimis locis ſeſe occultabat, illud Jobi non tantum voto, ſed actu etiam uſurpans, *fuiſſem quaſi non eſſem, ne oculus me videret*. Jam grandiuſcula, undecim nimirum annorum, quibuſdam egregiis mulieribus (*Magii* cognomine) in erudiendis puellis tum in illius ſexus artibus, tum in chriſtiana pietate laudatiſſimis, educanda traditur, & poſt duodeviginti menſium ſpatium in paternam domum revocatur. Ibi vero duobus, quibus adhuc in ea manſit annis, harum potiſſimum virtutum ſtadium quotidie decurrebat. Patientiæ, humilitatis, abſtinentiæ, manſuetudinis, charitatis, obedientiæ, ſed præcipue modeſtiæ, ac ſolitudinis, & à quibuſvis pompis, ſpectaculis, theatris, choreis, aliiſque id genus oblectamentis perpetuæ fugæ, quos diaboli laqueos, ut penitus declinaret, ſæpius patrem rogavit, ut inter moniales Deo ſe penitus devovendi ſibi facultas eſſet. I.

*Job. 10. 18.

Voti compos effecta an. 1661. quarto Idus Maji Brixiæ in monaſterio SS. Coſmæ, & Damiani ord. & congr. noſtræ virginum ſponſo nupſit, eique 12. annis, quoad vixit, immaculatum thalamum cuſtodivit, virtutum gemmis ornatum, ſacrarum precum, & cæleſtium meditationum floribus undique conſperſum. Per id temporis Cornelius Codaninus Venetus, vir morum ſanctimoniâ celebris, & in dirigendis ad Deum ſpiritibus inſignis, abbas SS. Fauſtini, & Jovitæ, cui cœnobium SS. Coſmæ, & Damiani ſubeſt, Aureliæ animam inter cæteras ad perfectionis culmen, Dei opitulante gratiâ, perducendam ſuſcepit, & quinque annorum ſpatio in eam curam diligenter incubuit. Sub tanto magiſtro Aurelia ita profecit, ut cor ſuum ab omnibus creatis rebus omnino abducens illud ad Dei amorem penitus converterit, in eoque conſtantiſſime defixerit, quamobrem dulciſſimus Jeſus, ut eam velocius poſt ſe in odorem unguentorum ſuorum traheret, ſibique arctius uniret, ei ſub ſpecie pulcherrimi infantuli pluries apparuit, præſertim quadam nativitatis ſuæ nocte, dum ſacerdos in miſſa ſacratiſſimam hoſtiam de more elevaret, amorem, & blanditias undecumque ſpirans, quod laudatus Cornelius in epiſtola, quam de Aureliæ ſanctis moribus ſcripſit, clare teſtatur. II.

* De eo in noſtro bibl. par. 1. pag. 139. & 197.

Ex hoc divini amoris fonte reliquas ejus virtutes metiri licet. Humilitati jure, ac merito primas dabat, qua ſe omnium mortalium maximam peccatricem III.

exi-

A exiſtimans, leviſſimas culpas, & minimos quoſque defectus à ſe patratos adeo exhorrebat, tantoque odio, ac dolore proſequebatur, ut vehementer cuperet, vel infirmitate aliqua detineri, vel mature ex hac vita diſcedere, & in purgatorium ignem deſcendere, ut hac ratione de non offendendo amplius Deo ſecura eſſe poſſet; corpus flagellis, jejuniis, ciliciis, cingulis ferreis, velut hoſtem mulctabat, & cilicium quidem erat aſperrimum, ex equinis crinibus opere nodoſo in modum indufii contextum, quo ejus caro haud uno in loco diſrumpebatur, ut mirum eſſet puellam delicatulam, ac tenerrimam eum cruciatum tandiu perferre potuiſſe, niſi vires deſuper ei fuiſſent collatæ, at cum ad extremam uſque maciem ſe redegiſſet, juſſu confeſſarii, anno ante obitum ab hujuſmodi pœnitentiis temperare fuit coacta.

IV. Silentii, ac ſolitudinis ſtudioſiſſima, à cratibus, & colloquutorio longe aberat, ad eas niſi magna neceſſitate urgente, numquam accedens, & tunc quidem breviſſimo temporis ſpatio ibidem hærens, quam confabulandi fugam non ſolum erga laicos quoslibet, non ſolum erga propinquos, ſed erga ipſum quoque confeſſarium omnino cuſtodiens, cum eo de rebus tantum ſpiritualibus, in loco tamen ad ſacramentales confeſſiones deputato, in ipſaque confeſſione ſermonem habebat, probe ſciens amantem, ac timentem Deum animam, quæ ejus amore, & gratia frui deſiderat, ab omnibus creaturis, quam longiſſime remotam eſſe oportere, ipſo dicente, *ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor ejus*. Hinc orandi aſſiduum ſtudium, ac voluptas, hinc clauſo oſtio juge cum Deo colloquium, ex quo, ut olim Moyſes, ſplendidam faciem, & angelicum vultum referebat, quod adhuc magis quoties SS. Chriſti corpus ſumeret, obſervabatur, cum ad illud digne, quoad fieri poteſt, recipiendum dies tres antecedentes piis exercitationibus ſeſe diſponeret, treſque ſubſequentes pro gratiarum actione ſemper inſumeret. Beatiſſimam quoque Virginem Deiparam, ſicut etiam Angelum tutelarem magna religione tota vita coluit, quam utpote matrem dulciſſimam, in quacunque neceſſitate, implorata ejus ope, afflictorum conſolatricem ſemper experta eſt.

V. Nec cœleſtibus donis caruit; præſcientiæ ſpiritu decoratam hæc potiſſimum probant; Monialis leviter infirmæ, quæ ſæpius de eadem ægritudine convaluerat, imminentem mortem enunciavit, atque ita evenit. Alterius, quæ optima valetudine fruebatur, lethalem infirmitatem prædixit. De alterius mox deceſſuræ eternâ ſalute moniales certiores reddidit, quam etiam paulo poſt defunctam, pulcherrimâ facie, valde reſplendentem vidit: de ſuis etiam languoribus, ac morte multa prænunciavit. Sed longe majus, ac pretioſius donum fuit communicatio paſſionum Chriſti, ejuſque acerbiorum cruciatuum participatio. Nam cum aliquando ſpineæ coronæ atrociſs. vulnera contemplaretur, Deum rogavit, ut ejuſdem doloris vim ſibi quoque tolerandam concederet: nec mora: ſpineâ coronâ ſe redimitam ſenſit, ſimulque acutas adeo punctiones, ut niſi quam primum ceſſaſſent, vitam ſibi adempturas non dubitaret.

VI. At amantiſs. Dominus, ut hanc ſuam ſponſam adhuc perfectius conformem redderet imaginis filii ſui, eam an. 1671. menſe Julio, graviſſima infirmitate viſitavit, qua Aureliam velut aurum in fornace tribulationis annis duobus menſibus quinque ad cœleſtes theſauros ſeptuplum probavit. Tunc vero ejus patientia, ac heroica virtus clarius eluxit, diutinæ ſiquidem ægritudinis moleſtias non ſolum æquaminiter, ſed hilariter etiam ſuſtinuit, apoſtolicam doctrinam probe exequens, *Omne gaudium &c. Gaudemus in tribulationibus. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis &c. cum infirmor tum potens ſum*: itaque

que *infirmata eſt, tu verò perfeciſti eam*. Anno demum 1673. menſe Octobr. ingraveſcente morbo SS. Eccleſiæ Sacramentis ad æternitatis iter muniri voluit, poſt quæ dies adhuc quadraginta ſupervixit, ſummæ pietatis, chriſtianæ conſtantiæ, arctiſſimæ ad Deum, ejuſque divinam voluntatem conformationis, ob quam diſſolvi cupiebat, & eſſe cum Chriſto, jugiter exempla præbens; die tandem 16. Nov. dum in ejus cella omnium SS. Litaniæ recitarentur, ad quorum ſingula nomina clare, & intrepide reſpondebat, *Ora pro me*, in illis verbis *Regina Virginum*, deficiente jam die, animam in cæleſtis ſponſi manus dulciſſimè tradidit, ætatis ſuæ an. 28. Corpus longo licet morbo macie, ac ſquallore confectum, admodum pulchrum, facieſque plena gratiarum apparuit, intuentium omnium admiratione, & gaudio, quod juſſu Rmi abbatis SS. Fauſtini, & Jovitæ D. Claudii a Venetiis, accedentibus omnium monialium ſuffragiis, peculiari loco in eccleſia ante altare S. Titiani extra ferreos cancellos collocatum eſt. A

Ex vita à D. Caſſiodoro Bertolini Mantuano ejus confeſſario exarata, quæ in* archivo præfati monaſterii ms. aſſervatur, qui tamen fatetur valde pauca de ejus virtutibus, donis, ac prærogativis à Deo illi conceſſis enarrari, cum ipſa humilitate ſuadente, omnia hæc pro viribus occultaret.

* *Deeſt in adjunctis noſtræ bibliot.*

B

BENEDICTUS à FLORENTIA S. Mariæ alumnus factus an. 1452. die 8. Septemb. in regeſto Seraphini Tanſi pag. 101. dicitur „ abbas Florentiæ, & viſitator, *vir magnæ ſanctitatis, & ſcientiæ*, quam hauſit à D. Antonino archiepiſcopo Florentino, „ ſub cujus fuerat diſciplina. „. B I.

Hic ille eſt Benedictus, quem Placidus Puccinellus in chron. abbat. Florent. pag. 61. & ſeq. fuiſſe tradit ex familia Amerighi, & abbatem cœnobii Florentini anno 1581. quo eodem anno oſſa Hugonis Etruriæ comitis, ſolemni pompa ex veterrima porphiretica, in novum ſarcophagum tranſtulit. Eum Innocentius VIII. Pont. Max. an. 1385. una cum generali præſide ſacri eremi Camaldulenſis, (quem majorem vocant) reformatorem monachorum item Camaldulenſium S. Mariæ de Angelis in urbe Florentia conſtituit, denique anno 1487. dum noſtra cœnobia regni Neapolitani viſitaret, ex itinerum incommodis lethali contracto morbo animam Deo reddidit Neapoli in monaſterio S. Severini die 18. Octobr. II.

Vide noſtrum Catalogum monachorum congreg. Caſinen. qui alias monachorum congreg. reformarunt lit. B.

BERNARDUS ex prænobili *MUTORUM* familiâ Romæ ortus, ſortitus eſt à Deo animam bonam, ut veriſſimè cum S. Job. dicere potuerit, *ab infantia mea crevit mecum miſeratio, & de utero matris meæ egreſſa eſt mecum*. Idcirco ſtatim atque adolevit, ducalis domus ſplendorem, & principatus dignitatem, quæ ad eum jure primogeniti pertinebat, amore crucis alacriter contemnens, tituloſque omnes D. Benedicti Cucullo obtegens, humilem monachorum vitam in monaſterio S. Pauli extra urbem elegit anno 1610. die 22. Novembris. I.

Ibi omnium virtutum jugi exercitatione perfecti cœnobitæ ſe ipſum exemplar præbuit; Virginis in primis Deiparæ, quam impenſiſſimè colebat, ſingulari veneratione, & amore præditus, ejus patrocinium, & gratiam uti pientiſſimus filius ſemper efflagitans, illâ viciſſim miſericordiæ matrem Bernardo ſe per- II.

Digitized by Google

B perpetuò exhibente, quidquid ab eo rogaretur, illico largiri conſuetâ. Humilitati addictiſſimus honores quoſque, cum intra, tum extra congregationem, tantum abeſt, ut umquam ambierit, ut conſtantiſſime etiam quoad licuit recuſaverit, illudque ſemper animo reputans, *non veni miniſtrari, ſed miniſtrare, iterumque, non veni facere voluntatem meam, ſed ejus qui miſit me*, laicis quoque fratribus, (commiſſos appellamus) parere non detrectavit; qua tamen de re ut nimia, quandoque admonebatur, ne ſacerdotii dignitatem uſque adeo demitteret, ſed humilitatis virtutem defixam quidem in corde ſervaret, exterius item, ſed tamen prudenter, & citra monaſticæ gravitatis jacturam eam patefaceret. Paupertatis ſtudioſiſſimus, ejus anguſtias, & incommoda ſuper aurum, & topazion amplectebatur; nihil propterea in ejus cella ſuperfluum, imo vix neceſſarium, nihil in veſtibus, reliquaque ſuppellectili pretioſum vidiſſes, ſed cartaceas tantum aliquot Sanctorum icones, quæ pietatem acuerent, non vanitatem redolerent.

III. Corpus, licet caſtiſſimum, & ſpiritui non admodum refractarium, omni aſperitatum genere in ſervitutem redigens, exquiſitè cruciabat, poſtquam enim illud congeminatis jejuniis, duriſſimo, latoque cilicio, quod ſcapulas æque, ac pectus contegebat, crebriſque, ac ſanguineis flagellationibus interdiu ad maciem uſque afflixiſſet, ſupra nudos deinde aſſeres nocturnam quietem, eamque parcam admodum, carpere jubebat. Mundum, quem veluti turbulentam, & caliginoſam Ægyptum mature fugerat, ita ſemper exhorruit, ut ad illum vel curſim reviſendum, vix unquam, nec niſi coactus, adduci potuerit, cum ſcilicet principum, aut purpuratorum aliquis (omnes autem ejus ſanctitatem maxime ſuſpiciebant, ac venerabantur) viri Dei colloquium enixis precibus expeteret: imo parentes ipſos, ni pietatis aliquod officium ſecus ſuaderet, cernere, & alloqui haudquaquam ſuſtinebat, aureas haſce, & plane cæleſtes ſubinde emittens voces, *ſe minimo etiam temporis momento indigere, ut æternitatem lucraretur*; quam utique ſententiam ebore, ac cedro dignam utinam fideles omnes, præcipue vero qui ſeſe Deo per regularia vota arctius manciparunt, identidem mente revolverent, ut de pretioſiſſimo temporis theſauro ne drachmam quidem prodigerent. Nec ſæcularium tantum conſortia ſedulo vitabat Bernardus, ſed monachorum etiam conſuetudine parce admodum utebatur, ut qui divinarum rerum contemplationi, ſanctorum patrum, aliorumque optimæ notæ librorum, haud intermiſſæ lectioni, quidquid ab angelica pſalmodia, & ſacroſancto Miſſæ Sacrificio ſupererat temporis, libentiſſime dabat. Teſtantur ſacra Bernardi ſtudia plures codices *ad uſum D. Bernardi Romani*, inſcripti, qui hactenus in D. Pauli bibliotheca extant.

IV. His, aliiſque virtutibus adeo inſtructus, tyronum magiſter eligitur: optime enim perſpectum habebat abbas, ſub tanto præceptore plurimum in monaſtici inſtituti obſervantia, ac virtutum omnium paleſtra diſcipulos profecturos. Defungebatur hac provincia anno 1631. quo elapſo ad prioris gradum invitus licet, ac reluctans evectus fuit: Quamobrem timens vir Dei ne hujuſmodi honor ad ſupremas congregationis dignitates, quod maxime nolebat, viam ſibi aperiret, illam ſtatim obſtruendam curavit, prioratu ſeſe abdicans, & abbatis dumtaxat titulum, & hunc ipſum obedientia adactus, non vero regimen, vel authoritatem admittens. Cum itaque flagrantiori in dies ſolitudinis amore, & Deo arctius adhærendi ſtudio cor ejus æſtuaret, facultatem quotannis poſtulabat ſecedendi extra urbem in prædium quoddam Farfenſis abbatiæ, quod olim gentilium ſuorum poſſeſſio fuerat, cui vocabulum *Vallebona*,

B

na, eique proximam anachoreſim, ubi aliquot menſes clauſus eremiticam vitam ducebat, ab omni prorſus hominum conſortio alienam, graviores pœnitentias, majora jejunia, prolixiores orationes, ut ſelecti Dei famuli ſolent, frequentans, nec tamen ita, ut non etiam aliquando zelo animarum accenſus, ex eo receſſu prodiret, quò circumpoſitam multitudinem in fidei articulis clarius inſtrueret, & ad vitiorum fugam, bonorum operum exercitationem inflammaret, optimum D. P. Benedicti imitatorem ſe oſtendens, qui M. Gregorio teſte, quamvis dilectæ ſolitudinis ſtudioſiſſime ſectaretur arcana, *& ſolus in ſuperni inſpectoris oculis habitaret ſecum*, Chriſti tamen charitate urgente ex latebris illis identidem egreſſus, *commorantem circumquaque multitudinem prædicatione continua ad fidem vocabat*; qua ratione Mariæ, & Marthæ ſororum egregia munia licet ab invicem diſſita, contemplationem ſcilicet, & actionem, pulchro nexu copulabat, Salvatoris noſtri exemplo, *qui deſcendens de monte*, ubi ſolus oraverat, *ſtetit in loco campeſtri*, ut confluentium turbarum corpora à morbis ſanaret, & earum mentes myſteriis cæleſtibus erudiret. * Dial. lib. 2. cap. 8. * Lucæ 6. c.

V. Hoc ipſum cum aliquando faceret, obviam forte habuit monachum alium ejuſdem cœnobii S. Pauli alumnum illac iter agentem patria item Romanum Jovitam nominæ familia de Rubeis, qui per id temporis in monaſterio Farfenſi commorabatur. Lætus admodum talis hoſpitis occurſu Bernardus, poſt mutuam ſalutationem in oſculo ſancto, eum ad prandium invitavit. Sed quale prandium? Braſſicis aliquot, ac paucis tantum Aleculis menſa inſtructa apparuit; ſed quod magis adhuc mireris; Hodie, ſubdidit Bernardus, in *Jovitæ mei gratiam, opipare mihi epulandum eſt*; nam ideo *Braſſicas haſce meis ipſe manibus coxi*: ex quo nimirum arguas licet vitæ ejus auſteritatem, & conſuetam cibi parſimoniam, quamvis dum in monaſterio S. Pauli degeret, communi aliorum menſa, communibuſque obſoniis indiſcriminatim uteretur, ne ſingularem præ aliis abſtinentiam oſtentaret. *Gaudebat igitur cum gaudentibus, flebat cum flentibus*. * De eo in noſtra bibl. per. 2. L. I. pag. 48.

VI. Cæterum dum in dilecta hac *Vallisbonæ* ſolitudine moraretur, complures Dæmones ab hominum corporibus exulare juſſit. Hoc enim peculiari dono, energumenos liberandi, à Deo inſignitus fuit; quamobrem cum innumeri quotidie homines tam arreptitii, quam aliis infirmitatibus afflicti ad Bernardum confluerent, corporis, animæque ſanitatem impetraturi, jucunda res quidem erat, videre deſertum illud non amplius ſane deſertum, ſed locum frequentiſſimum evaſiſſe, ex quo Bernardus ſpiritualium medicamentorum veluti officinam ibidem populis aperuerat. Porro illi virum Dei, uti ſanctum venerabantur, variiſque eduliorum munuſculis ad eum delatis, animi obſequium, & beneficiorum memoriam teſtabantur, quo pacto idem fere Bernardo contingebat, quod olim beatiſſimo parenti noſtro Benedicto in Sublacenſi ſpecu latitanti evenit, qui, ut M. Gregorius refert, ſpirituales cibos agreſti populo ſubminiſtrans, ab eodem corporales eſcas ſponte delatas recipiebat. Accipiebat illas etiam Bernardus multis cum gratiarum actionibus, ſed illico omnia pauperibus diſtribuebat; nihil penitus ſibi reſervans; interrogatuſque aliquando, curnam id faceret, neque aliquid pro ſe retineret, ſtatim reſpondit, *Deus providet, Deus providet*. In Dæmones imperium. Lib. 2. Dial. c. 2.

VII. Ut autem exhibita alimenta ſibi ipſe denegans, aliis libenter ſuppeditabat, ita & inanis gloriæ labem à ſe procul averruncare diligentiſſime ſatagebat; nam cum Romæ in eccleſia D. Calliſti Cacodæmones à fidelium corporibus expelleret, jubebat ſanatos votivas tabellas, ad altare ejuſdem S. Calliſti deferre, ut Humilitas.

C de

Digitized by Google

B

de immundis ſpiritibus victoria ſancti illius meritis, non vero ſuo nomini aſcriberetur, quæ tabellæ parietibus appenſæ noſtra adhuc ætate circum idem altare conſpiciebantur. Eos autem Bernardus fidei, & humilitatis armis munitus potiſſimum ſuperabat; prius enim quam exorciſmos inciperet, procidens in faciem ſuam ſuper terram, ibique diutius permanens, prolixius orabat, quod ſuperbus ſpiritus minime ſuſtinens, frendens, ac ejulans, nec ulteriora expectans, ut plurimum aufugiebat; maximi tamen, frequentes iſti de malis geniis triumphi Bernardo ſtabant; nam illi in rabiem acti, furorem ſuum, Deo permittente, in ipſum, qui eos ab injuſta poſſeſſione deturbarat, convertentes, nocturnis primum terroribus, mox verberibus diutiſſimis, ad ſanguinem uſque, Bernardum excipiebant, quæ nihilominus Dei famulus patienter, ac fortiter perferens, ſibi quidem perennem gloriæ coronam, deſertoribus autem Angelis graviora apud inferos ſupplicia comparabat.

VIII. At cum in monaſterio poſt prioratus abdicationem privatus degeret, ita ſibi, ſacriſque ſtudiis, ac piis operibus vacabat, ut nullis, neque cœnobii, neque congregationis negotiis ſeſe ingereret, aut immiſceret, ſed earum rerum curam prælatis, aut miniſtris, quorum intererat, omnino relinqueret. Si quando vero præjudicium aliquod, aut grave damnum eidem monaſterio parari, aut imminere animadverteret, tunc omni cunctatione poſtpoſita, nullâque perſonæ cujuslibet habita ratione, libere pro domo Dei loquebatur, ejuſque verba magnam apud omnes efficaciam obtinebant.

IX. Anno tandem 1651. corporis viribus, ob aſſiduas multiplicesque ei illatas macerationes, penitus deſtitutus, ad æterna in cælis laborum præmia percipienda à Deo vocatus eſt Romæ in ædibus D. Calliſti, & in ſecunda cella parvi dormitorii ad lævam contra meridionalem partem baſilicæ S. Mariæ Tranſtyberim*; corpus ad Sanctum Paulum delatum, & plumbeo loculo incluſum, ejuſque nomine foris ſculpto, in communi monachorum ſepulchro ante aram D. P. Benedicti humatum fuit, cilicium vero ex animalium pilis contextum, quod paulo poſt principium ejus vitæ deſcripſimus, in ſacrario repoſitum; Ex monumentis monaſterii Sancti Pauli de Urbe. Ex Gabriele Bucellino in *Bened. redio. ad ann.* 1650. ex Felice Egger *in idea ordinis Hierarch. Bened. par.* 1. *diſſert.* 5. *num.* 8. *pag.* 184. *& ſequen.*, ubi prolixum in ejus laudem texit elogium. Iterumque *par.* 3. *diſſert.* 3. *n.* 3. *pag.* 411. *& ſeqq.* ubi ejus vitæ ſynopſim exhibet.

** Hæ modo ædes, ob vetuſtatem ruinam minantes, penitus dirutæ ſunt, & novæ à fundamentis ſplendidius, ac magnificentius erectæ an. 1733., & 1734.*

I. BERNARDUS PRÆSTONUS, ſive Udleſtonus Anglus prænobili genere ortus, fratris filius Thomæ Præſtoni monachi Caſinenſis viri doctiſſimi, qui pro Orthodoxæ Fidei prædicatione in Angliæ regno annos plurimos dirum carcerem, in eoque longum martyrium, ad mortem uſque, invicta conſtantia ſuſtinuit: At Bernardus Caſinum miſſus ab hoc ipſo patruo ſuo, monaſticum ibidem cucullum ſumpſit anno 1626. die 9. Novembris; quo tectus ingentes illico, ac raras animi dotes omnibus patefecit, eaſque in dies adeo auxit, & ad perfectum culmen perduxit, ut cuncti ejus ſocietatem, & conſortium certatim expeterent, utpote de ſumma utilitate, quam inde percepturi erant, ſecuri. Quamobrem prior cœnobii S. Liberatoris de Majella in Samnio, quod Caſinenſi monaſterio ſubeſt, enixe abbatem rogavit, ut Bernardum eò mitteret, eidem cœnobio magno decori, ſibi ſolamini, fidelibus ædificationi futurum. Annuit libentiſſime Caſinenſis archimandrita, & Bernardum illuc ſecum adduxit.

De eo in noſtra bibliotheca L. T.

Olim Nicolai.

I. Ibi vir egregius mirum quantum illi populo in confeſſionibus aſſidue excipiendis, in divinis myſteriis ſanctè celebrandis, in ſacra demum Synaxi religioſiſſi-

ſiſſime perſolvenda verbo, & exemplo profuerit. Itaque ejus virtutum fama
per totam Samnii provinciam pervagante, gentes omnes illum, & ſanctum **B**
habebant, & appellabant. Caſinum reverſus peregrinorum Xenodochio, & *Devotio.*
infirmorum curæ præficitur, ut qui charitate in Deum, & proximum flagrabat, in latiſſima illa palæſtra eam exerceret. Præditus quoque erat alia præcipua virtute, & ad ejuſmodi munia per quam neceſſaria, profunda videlicet *Charitas.*
humilitate, qua non ſolum ægrotis in qualibet eorum neceſſitate propriis ipſe *Humilitas.*
manibus inſerviebat, ſed actibus etiam pluribus, qui nonniſi per fratres commiſſos, & monaſterii famulos peragi ſolent, operam dare, tamquam omnium
noviſſimus, non dedignabatur: Abſtinentiam à carnibus, paupertatis rigo- *Reliquæ vir-*
rem, monaſticæ obſervantiæ zelum ſtudioſiſſimé cuſtodivit, omnem deni- *tutes.*
que vivendi methodum, quam in tyrocinio didicerat, uſque ad obitum diligentiſſime ſervavit: Erga alios ſummè miſericors libenter ipſe neceſſitatem patiebatur, ut indigentibus, & quandoque etiam minus indigentibus ſubveniret, quod cum aliquando etiam carceribus mancipatis præſtaſſet, nummos omnes ſibi ad peculiares quoſdam uſus ab abbate conceſſos, eis elargitus, non eſt auſus deinceps per eamdem carceris viam amplius tranſire, ne inanis gloriæ aura, vel leviter eum afflaret.

III. Ad regimen monialium noſtri ordinis in oppido Taleacotio ejuſdem provinciæ
Samnii, nunc Aprutii ulterioris, ab abbate miſſus, quanto potiorem ipſa vi- *Obedientia;*
ta obedientiam haberet, vel tunc maxime oſtendit. Nam quamvis à medico peritiſſimo accepiſſet, locum illum ejus valetudini admodum noxium futurum, nihil tamen eſt moratus, quin ſtatim illuc pergeret, & in demandato ſibi munere conſtantiſſime perſiſteret, ibi quoque pro magno Dei famulo illi-
cò ab omnibus agnitus, & honoratus. Itaque ſibi pernicioſi aeris moleſtia *Infirmitas.*
ſenſim afflictus, inſanabilem morbum contraxit, ex quo cum ſe moriturum
audiviſſet, tamquam ad rei feliciſſimæ nuncium in illa verba prorupit, *Læta-* *Pſalm. 121.*
tus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus; mox è lectulo ſurgens, & ſuper nudam humum genua flectens, ſacram Euchariſtiam ſumma reverentia ſuſcepit, & paulo poſt, dum gratiarum actionem perageret, in manus Domini ſpiritum tradidit circa annum 1650. Ejus corpus tumulatum fuit in eccleſia prædictarum monialium Sanctis Coſmæ, & Damiano dicata, & peculiari loco repoſitum juxta aram maximam è regione epiſtolæ contra earumdem monialium crates in ipſarum ſolamen, quæ tanti patris jacturam uberrimis lachrymis deplorabant.

Ex ejus elogio à Cornelio Ceraſo monacho Caſinenſi, & priore titulari compoſito, quod cum aliis variorum ab eodem fideliter ſcriptis aſſervatur ineditum in tabulario Caſinenſi. Ejus item meminit Felix Egger Petruſian. *idea ord. Her. Ben. libell. 2. par. 3. diſſert. 3. pag. 426.*

Ejus gentilis Joannes Præſtonus monachus Benedictinus excepit profeſſionem catholicæ fidei Caroli II. Angliæ regis prope diem morituri (quam tamen multo antea clam coluerat) eumque ab hæreſi abſolutum ſacro Chriſti corpore munivit anno 1585. quod cum alias à D. Albano Anglo Benedictino pariter monacho, & congreg. Anglicanæ Romæ generali procuratore didiciſſem, nuper etiam idem legi in tabulis chronol. Graveſonii *tom. 9. pag. 219. in medio.*

I. FRATER BERTHARIUS PISCIS cognomine, natus eſt in oppido Lauro Nolanæ diœceſis. Ab infantia morum gravitatem, & probitatem præleferens, futuræ virtutis ſpecimen dedit. In juventutis flore mundum aufugiens, ne alienæ malitiæ exemplum mutaret intellectum ejus, in Caſinatem montem

Digitized by Google

B

veluti ſanctitatis aſylum ſe ſe recepit, ut illic ſolitariam vitam ducere, quod in votis habebat, ſibi daretur, ac ſi illud Juſto Loth olim dictum audiviſſet, *in monte ſalvum te fac.* Abbas, apoſtoli dictum à ſanctiſſimo legiſlatore noſtro in regula allegatum ſervandum ſibi proponens, *probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt*; Tyronem infimis domus ſervitiis, culinæ videlicet, xenodochii, & ſimilibus deputavit, diuque detinuit, ut ejus humilitatis, ac patientiæ periculum faceret; optimè id ceſſit, nam ejus virtus velut aurum in fornace purgatum, talibus in exercitiis clarius eluxit; Ea igitur ſpiritus firmitate perſuaſus abbas, divinam ejus eſſe vocationem, religionis habitu, & fratris Bertharii nomine eum donavit anno 1655. quo Bertharius trigeſimum primum ætatis ſuæ annum agebat. Voti igitur compos effectus tanto ſtudio perfectioni acquirendæ inſudavit, ut brevi temporis ſpatio non æquales ſolum ætate, ſed majores etiam in ſpirituali gymnaſio longe ſuperaverit; quali autem virtutum ſoliditate eſſet præditus interius, ex verbis, atque exterioribus actibus manifeſte apparebat, veluti ignis quamvis abſconditus ex ipſo calore ſe prodit: omnia enim ejus eloquia nil niſi mundi contemptum, regularis vitæ perfectionem, Dei, ac proximi amorem ſpirabant, ad orationem quippe velox, ad pietatis opera paratus, & expeditus, ad inſerviendum omnibus impiger ſemper inveniebatur; denique hilaritas in vultu, humilitas in opere, & actionibus, modeſtia, & gravitas in inceſſu, angelicis ornatum moribus Bertharium cunctis oſtendebat.

Porro in cœnobio hæc munia potiſſimum exercuit, bis diuque rem coquinariam curavit, quo in officio patientiam, & charitatem erga omnes ſervavit, itemque pannificio præfuit, apud S. Germanum etiam penum adminiſtravit; ubique ſumma fidelitate, & incredibili omnium gaudio, & approbatione; Anno demum 1683. laboribus, ac infirmitatibus confectus, ex corporeo carcere ad immortalem vitam tranſivit, in cæmeterio S. Annæ ſepultus.

Fuit Petrus Antonius Celerſius à Fratis. Antequam verò animam Deo redderet, medicus, qui moriendi neceſſitatem in proximo futuram indixerat, utpote qui de ejus ſingulari probitate optime perſuaſus, illius animam Deo dilectam crederet, eum enixè rogavit, ut poſt obitum Deo ſe commendaret, unâque conſanguineum ſuum à malignis ſpiritibus dire vexatum, nec multo poſt medicus Caſino digrediens, ut patriam repeteret, prius quam ad eam perveniret, ex equo deſcendit, & reliquum viæ pedibus conficere inſtituit, cum ecce equus in præcipitium quoddam incidit, in quo ille ſi adhuc equo inſediſſet, ingens vitæ diſcrimen minime erat evaſurus. Conſanguineus quoque à dæmonis vexatione immunis deinceps fuit, quod utrumque medicus fratris Bertharii interceſsioni acceptum retulit; item religioſus quidam cœnobii Caſinenſis gravi laborans tentatione, ad ſepulchrum ejuſdem fratris Bertharii orans eique ſeſe commendans, ab ea animæ moleſtia, ac periculo liberum ſe prorſus ſenſit.

Ex elogio hiſtorico P. D. Cornelii Ceraſo à Neapoli ejuſdem fratris Bertharii ſynchroni, quod una cum aliis Caſinenſium monachorum ſui temporis elogiis ab eodem conſcriptis aſſeruatur in tabulario Caſinenſi.

Ego quoque eundem fratrem Bertharium admodum juvenis Caſini vidi anno 1680., & apud omnes ſingularis probitatis fama, & veneratione florere cognovi.

FR. BONAVENTURA á Mantua converſus, ſeu ut nos dicimus, commiſſus in monaſterio S. Benedicti de Padolyrone, *vir ſanctus* dicitur à Bened. Luchino in chronico ms. comitiſs. Mathildis c. 82. pagina 165., qui anno 1518. à ruſticis, & colonis contra monaſterium rebellantibus, & conſuetam frugum par-

Digitized by Google

partem, aliaque ſervitia deinceps perſolvere detrectantibus, occiſus fuit in via, quæ ducit ad eccleſiam B. M. Virginis Vallis viridis nuncupatæ, in cujus ſacello idem F. Bonaventura ejuſdem Luchini tempore depictus videbatur, coronam orariam manu geſtans, radiiſque redimitus caput, ſicuti viri ſanctitatis fama celebres depingi conſueſcunt, nam martyrem eum dici poſſe Luchinus aſſerit, quod propter juſtitiam, & in odium monaſterii juſta, & conſueta exigentis, à nefariis illis ſit interemptus. B

C

CHRYSOSTOMUS nobili familia Nicolini Florentiæ prodiit, & ibidem apud cœnobium Sanctæ Mariæ, quod vulgo *Badia* vocant, monaſticum inſtitutum amplexus eſt anno 1538. die 21. Septembris, qui ut in ſæculo pro ingenii ſui acumine ſcientiis omnibus, latinæ præſertim, græcæque linguæ egregiam operam navavit, ita in ſuſcepto religioſæ vitæ propoſito ſingularis pietatis cultu invictè perſeveravit, imo veræ ſanctitatis exempla jugiter edidit. Erga Chriſti Domini paſſionem miro devotionis ſenſu afficiebatur, ejuſdemque paſſionis, quoad fieri poterat, particeps eſſe, & maximopere cupiebat, & perquam enixè à Deo poſtulabat. Nec defuit votis ejus Rex dolorum, eum dignum reddens, *qui veſceretur cibo regio, & biberet de vino, unde biberat ipſe*, ſuæ videlicet paſſionis conſortem; nam primò Bononiæ dum eſſet Chryſoſtomus, in maximam animæ, corporiſque anguſtiam eum incidere permiſit, quâ cum acriter conflictaretur, benigniſſimus Salvator, qui non patitur quemquam ſupra vires tentari, illi apparens, mirificè eum eſt conſolatus, ex quo tempore arctius Chryſoſtomus ſe Deo adhæſurum promiſit, & conſilia evangelica perfectius ſervaturum. Florentiam reverſus, occaſionem promiſſa ſolvendi inſperatam quidem, ſed votis ſuis valde propitiam invenit, nam dum in ſuburbano Camporearum, quo monachi Florentini recreandi animi gratia nonnumquam ſecedunt, arbores quaſdam putaret, crus ſibi imprudens ſecuri percuſſit (hebetudinem enim oculorum patiebatur) ex quo vulnere incuriâ, vel ignorantiâ medici vulnerarii male curato, inſanabilem plagam contraxit, quæ ei acerbiſſimos dolores, ac denique etiam mortem attulit. Dolores quidem illos fortiter, ac patientiſſime tolerabat, ſed quum aliquando ob novam vulneris inciſionem, & doloris vim impatientiâ nonnihil pulſaretur, & ejus animus ſolicitudine anxius in diverſa raperetur, adſuit ſtatim humana ſpecie Salvator, qui eum blande increpans, ad perfectam patientiam confortavit, & ad veram fiduciam erexit, nec poſt multos dies ingraveſcente morbo ſanctiſſimis eccleſiæ Sacramentis devotiſſime ſuſceptis, cellæ feneſtras, ut cælum aſpiceret, aperiri poſtulavit, elevatiſque ſurſum oculis, ac manibus in modum crucis ſupra pectus compoſitis, Chriſti Domini cruci affixi imaginem, qua apertum latus exhibet preſſis labiis exoſculans, feliciſſime ad eum migravit anno 1560. die 18. Aprilis hora 11. ætatis ſuæ ann. 37. omnibus, qui aderant ingenti ſtupore, & maxima admiratione captis, & ad tam beatæ mortis imitationem vehementi deſiderio incitatis. Ex necrologio monachorum abbatiæ Florentinæ ms. pag. 28., & ſeq. Agit inſuper de eo Placidus Puccinellus in chron. abbatiæ Florentinæ pag. 143. noſque in noſtra bibliotheca lit. C. Petrus vero Ricordatus unum ex interloquutoribus hiſtoriæ ſuæ monaſticæ Chryſoſtomum conſtituit, ut videri poteſt dial. 1. pag. 4. &c. C

C

CONSTANTINUS ANSALONE Neapoli ortus, ibidemque in D. Severini cœnobio SS. P. Benedicti aſſeclis aſcriptus anno 1615. toto vitæ decurſu inculpatis moribus, innocentia, ac puritate, virtutumque omnium exemplis Angelos ipſos æmulari viſus eſt. A ſuſcepti namque monaſtici inſtituti ſemitâ nunquam deflexit, ſed ea omnia, quæ in tyrocinio ſemel didicit, ad obitum uſque diligentiſsimè cuſtodivit, illud regii Pſaltis quotidie repetens, *& dixi nunc cœpi*; Obedientiæ præſertim ſervandæ ita ſtudioſus fuit, ut ſuperiorum juſſa, ac ſi ipſius Dei ore eſſent prolata, reverenter exciperet, ac veluti innocentis pueri ſimplicitate, abſque contradictione ulla adimpleret; laneas interulas, aliaſque veſtes ad ſenium uſque propriis ipſe manibus lavit; nec hoc ſolum humilitatis ejus indicium; monaſterii famulos, fratreſque laicos interdum rogabat, ut eorum pedes ſibi oſculari permitterent, nec repulſam ſine dolore, ac fletu ſuſtinebat; monaſticæ paupertatis obſervantiſsimus, pecuniarum nedum uſum, ſed valorem etiam penitus ignoravit; Chriſti Domini paſsionem, & Deiparam Virginem tenerrimo pietatis ſenſu proſequebatur; vix enim utriuſque nomine audito, lachrymarum rivulos ex oculis emittebat, idemque dum divinam majeſtatem à peccatoribus graviter offendi animadverteret, ei contingebat, Dei proinde immenſam bonitatem pro eorumdem converſione jugiter exorabat.

Gregoriani cantus peritiſſimus, Dei laudes mira ſuavitate, & elegantia modulabatur, organa vero dulciter adeo pulſabat, ut audientium corda ad cæleſtis harmoniæ deſiderium, ſummique artificis amorem allicerentur; quam etiam artem, ſapienter ſcilicet Deo noſtro pſallendi, plures adoleſcentes amantiſsime docuit. Cum ad ſenium perveniſſet, quatuor ante obitum annis oculorum orbitatem incurrit, nec tamen conſuetas vitæ ſpiritalis exercitationes, & monaſticæ obſervantiæ actus, quoad fieri potuit, umquam omiſit, donec ad beatorum ſedes vocatus, terras cælo commutavit cum Angelis Dei laudes in æternum modulaturus anno 1659. die 7. Julii, haud levi ſanctitatis famâ relictâ, qua de cauſa ejus corpus in veteri eccleſia peculiari tumulo reconditum fuit.

Ex Benedicti Laudati brevi chronico S. Severini ms. pagina 343.

F

F 1.

FRANCISCUS MAURUS A' MILITELLO natione Siculus in Monaſterio S. Martini de Scalis extra Panormum ad D. Benedicti caſtra, nomine tamen, ac jure cœnobii Militellenſis tranſivit an.... die ..., & quandiu in eodem S. Martini aſceterio commoratus eſt, ab aliis ejuſdem monachis, ea quæ ſunt ſpiritus Dei percipientibus, *Siciliæ Angelus*, nec immerito, vocabatur, nam angelicis moribus, corporis animique omnimoda integritate præditus, angelicum etiam vultum, blandum videlicet, ac pium præſeferebat. Valde juvenis patrio ſolo relicto Caſinum tranſmigravit, ibique viginti octo, vel eò amplius, annorum ſpatio, ad obitum uſque conſtantiſsime permanſit, omnibus egregiæ virtutis exempla præbens, nec à cœnobii ſeptis, niſi abbatis ſui juſſu, ut clericum quempiam valetudinarium ad monaſterii prædium aliquod, inſtaurandi vires gratiâ euntem, comitaretur, pedem umquam efferens. Paupertatis monaſticæ, & ciborum parſimoniæ itemque ab eſu carnium abſtinentiæ eximius cultor, eas ægrotus tantum, ut regula permittit, (Cap. 39.) delibavit potius, quam comedit, idque nihilominus abbatis præcepto adactus,

F

ctus, & medicorum voluntate compulſus: laneam interulam ſemper geſtavit, quamvis calidæ admodum eſſet habitudinis. Humilitas autem, virtutum omnium regina, præcipuò honore ab eo habita, & verbo, & actione ſemper fuit aſſerta, nam cum ſupremi congregationis noſtræ præſules, inſignis ejus probitatis optimè conſcii, invitum licet, ac renitentem, decanum, ac tyronum magiſtrum illum elegiſſent (quod munus maxima charitate, ac pietate, nec minori adoleſcentium emolumento, omniumque ſpirituali utilitate aliquandiù geſsit) & ad ſublimiores dignitates eum provehere ſtatuiſſet, ipſe enixiſsimis precibus ab hoc eos conſilio revocavit, imo ut aditum ad altiores gradus ſibi præcluderet, decanatus etiam officio nuncium remiſit, & vix decani merum titulum deinceps retinuit. Ad diurnam nocturnamque pſalmodiam, reliquaſque omnes monaſticas obſervationes aſsiduus, communibus regularium onerum legibus, licet vel ætas, vel affecta valetudo id poſtularet, ſolvi ſe nunquam permiſit. Erat quidem variis ſcientiis imbutus, linguamque Gallicam apprime callebat ſed ejus præcipuum ſtudium in divinis paginis perſcrutandis, moraliſque theologiæ doctoribus perlegendis, verſabatur.

Quia vero acceptus erat Deo, neceſſe fuit, ut tentatio probaret illum. Angebatur etenim jugiter *ſcrupulorum* anguſtiis, cum tamen candidam adeo, ac illibatam animam ſortitus eſſet, eamque in obtenta per baptiſmum innocentia diligentiſsime cuſtodiret, ut D. Petrus Martonus à Maranulâ, celeberrimi theologi, virique doctrinâ, ac virtutê inſignis D. Theodori à Maranula, qui Caſinenſis cœnobii prior obiit, germanus frater, monachus & ipſe pius, ac doctus, Franciſci confeſsionum auditor ſæpe teſtatus ſit, nihil ſe in eo, ut plurimum, abſolutione indigens iuvenire, imò ſæpe eum cogebat ad divinum ſacrificium celebrandum, quacumque ſcrupuloſitate depoſita. Pertulit ſemper vir Dei hanc animi infirmitatem, quæ eum die, noctuque mirè cruciabat, invictâ patientiâ, donec clementiſsimus Deus, ut cum dilectis ſuis plerumque aſſolet, multos ante obitum dies ab ea penitus eum liberavit. Extrema ejus infirmitas admodum longa fuit, & graviſsimis doloribus plena, quos ipſe mira æquanimitate, ac fortitudine diuturno adeo tempore toleravit. Denique poſtquam divinis ſacramentis pluries in ægritudine refectus fuiſſet, in manus Domini ſpiritum ſuum religioſiſsime reddidit ætatis annò 56. Domini vero 1711. apud omnes magni ſervi Dei conſtanti famâ relictâ; quapropter ejus corpus in eccleſia S. Annæ, ubi omnes Caſini decedentes monachi tumulantur, peculiari arcâ reconditum fuit, ejus capiti marmorea lamina ſuppoſita, ſimplici hac inſcriptione inſignita, *Franciſcus à Militello obiit V. idus Junii A. D. MDCCXI.* Statura fuit mediocri, graciliſquè conſtitutionis, ſed pulchra facie, pietatem ſimul, & affabilitatem ſpirante. Ex relatione cl. viri D. Eraſmi Gattula, mihi Caſino tranſmiſſa, qui etiam ipſe narratorum haud exiguam partem Caſini vidi an. 1683., quo à tribus jam annis ibi degebam. Franciſcus vero eodem anno 1683., Caſinum venerat, & ego circa finem ejuſdem anni Romam redii. Vitus etiam Amicus de eo agit. * II.

Tob. 12. 13.

* *In ſupplem. ad Rocc. Pyrrhum.*

FRANCISCUS à Novis: vide infra in B. Nicolao à Pruſsia pag. 151. & ſeq. n. 4., & 5.

GA.

G

I. GASPAR FELIX ex nobili familia comitum *de Thedeſchis*, Placentiæ natus, ibidem in D. Sixti monaſterio S. Benedicti diſciplinam amplexus eſt anno 1650. die 24. Junii. Expletoque ſtudiorum curriculo, varia cœnobii munia, præſertim cellerarii, ex obedientia, laudabiliter exercuit. Dum igitur quadam die ad refectionem ex more cum aliis ſederet, conſuetamque menſæ lectionem magnâ mentis attentione auſcultaret, tanto divinæ gratiæ illapſu repente commotus eſt, ut erumpentibus confeſtim lacrymis, nullo præterea corporali cibo tunc quidem veſci potuerit; mox à cœnaculo egreſſus, ad abbatis pedes ſeſe humiliter proſternens, tum cellarii, tum cellæ quoque ſuæ clavem eidem reſtituit; abdicatoque etiam decani officio, arctiſſimam exinde vitæ rationem colere inſtituit, quam, Deo adjutore, ad ultimum uſque ſpiritum conſtantiſſime perduxit.

II. Ex eo enim tempore ſolitudini, ac pœnitentiæ ita deditus fuit, ut numquam deinceps ex Monaſterio pedem extulerit, numquam ipſos etiam propinquos videre, nedum alloqui poſtea ſit paſſus, ſed uni tantum Deo vacans, eique unice adhærens, orationibus, & obſecrationibus die noctuque ſemper incubuit. In cella autem nihil omnino præter paucas ſanctorum imagines, & libros quoſdam ſpirituales, aliquando admiſit; cibum ſemel in die, eumque admodum parce, capiebat, vini uſu ſibi penitus interdicto; Ad ignem autem, vel maximo ſæviente frigore, numquam acceſſit, nec rem quamlibet tametſi neceſſariam, à quoquam poſtulavit, non enim cum aliquo, dempto patre ſpirituali, qui ejus conſcientiam moderabatur, verbum ullum amplius fecit, nec oculos à terra ad quempiam aſpiciendum amplius levavit, ſed triginta quinque, plus minus annorum ſpatio in extrema paupertate, ſumma obedientia, rerum omnium mundanarum contemptu, profunda humilitate, ac inſigni modeſtiâ, cordis aſſiduâ compunctione, ſui ipſius abnegatione, corporiſque, tamquam infenſiſſimi hoſtis implacabili odio invicte perſeveravit.

III. Obtinuit itaque ab abbate ſuo facultatem ſeſe in quadam cella ab aliis remotâ claudendi. Eam diſcretus abbas ita diſponi, & aptari juſſit, ut ex altera parte januam aliam ad hortulum ducentem haberet, quò in eodem relaxandi animi gratiâ poſſet quandoque ambulare; qua tamen permiſſione, & commodo nullatenus uſus eſt, ſed intra cellæ ſepta, quoad vixit, immobilis perſtitit; ex ea ad templum ſacrificaturus, & ad chorum Deum laudaturus dumtaxat egrediens, quo expleto, ad dilectam ſolitudinem, **ſecum in ſuperni inſpectoris oculis habitaturus*, rectâ revertebatur. In eandem verò cellam præter abbatem, & monachum ad ejus curam ab eodem delegatum, nulli umquam patebat aditus: quia verò quandoque famulus, cui id erat demandatum, parcum illum cibum ad ejus cellam deferre, (Deo permittente) obliviſcebatur, duobus, aut tribus elapſis diebus, cum jam deficere, & inediâ confici inciperet, tunc quidem cellæ januam aperiebat, quod utique ſignum erat, vel extremæ cibi neceſſitatis, vel obortæ alicujus infirmitatis.

* *S. Greg. M. hoc de S. P. Benedicto in Specu Sublacenſi latente, dicit.*

IV. Nec ſilentio prætereundum, à quacumque pecuniæ non ſolum cupiditate, ſed etiam uſu eum penitus fuiſſe alienum, licet enim conſanguinei, aſtu quodam adhibito, aliquam nummorum ſummam, etiam canonis nomine ei offerrent, ſtatim illam vir Dei in terram longe projiciens, nulloque prolato verbo, cellæ januam in eorum conſpectu claudens, ipſorum conatus, ac diligentiam eludebat, ac fruſtrabatur.

Livello.

Hac

Hac mirabili vivendi methodo longo adeo tempore ad ultimum uſque ſenium inviolatè ſervata, anno tandem 1715. die 18. Febr. acri apoplexia correptus, brevi temporis ſpatio animam Deo reddidit, & ad ſempiternæ gloriæ coronam percipiendam, pœnitentiæ videlicet adeo aſperæ, ac ſeveræ fructum in cælum evolavit, ætatis ſuæ anno 80. in epiſtola encyclica, quæ de uniuſcujuſque monachi obitu ad ſingula monaſteria mittitur, tali elogio, & quidem jure, ac merito à D. Cherubino à Parma S. Sixti tunc abbate honoratus „ Ben' è vero; che ſempre è viſſuto, qual ſi deve, per ſantamente „ morire, fornito di una profondiſſima umiltà, accompagnata da una ſingolare „ abjezione di ſe ſteſſo, e con un totale invidiabile diſtaccamento dal mon- „ do, ha per moltiſſimi anni praticato una volontaria vita tanto aſpra, ed „ afflittiva, che il ſolo ricordarſela fa meraviglia, e ſtupore &c. Reliqua à monacho Placentino Hip. Pugnetto ejus ſyncrono, viro gravi, ac fide digniſſimo accepimus.

G

GOMETIUS ULYSSIPONE, regia Luſitaniæ urbe, nobiliſſima ſtirpe progenitus, in Italiam ſtudiorum cauſa demigrans, dum in Patavino gymnaſio Cæſareis legibus operam daret, Dei aſpirante gratia, & monachorum S. Juſtinæ ſanctiſſimis operibus urgentibus, monaſticam regulam, ſub Ludovico Barbo, obſervandam ſuſcepit: brevique [ut erat perfectionis evangelicæ acquirendæ cupidiſſimus] ex diſcipulo virtutum magiſter evadens, ab eodem Ludovico prior clauſtralis cœnobii Florentini, licet admodum juvenis, fuit conſtitutus, & poſtmodum etiam abbas creatus, quod monaſterium, ſumma diligentia, imprimiſque optimis vitæ exemplis ſobrietate, prudentia, pudicitia, benignitate, hoſpitalitate, & mira in omnes charitate ita reformavit, pluribus, iiſque lectiſſimis monachis undique congregatis, ut Angelorum potius chorus, quam hominum cœtus domus illa, rectore Gometio, videretur; Eam ſiquidem, poſtquam multo, quo tenebatur, ære alieno liberaſſet, cœnobium ſplendidis ædificiis, eccleſiam omnis generis ſuppellectili ad divinum cultum ornatius peragendum, bibliothecam melioris notæ libris græcis, latiniſque locupletavit; cum interim advenis, & peregrinis alimenta, & eleemoſinas abunde ſubminiſtraret, ac inſuper viduis, ac pauperibus civibus alendis, neceſſaria omnia in menſes, & annos ſuppeditaret, puellis nubendis dotes, captivis redimendis pretium, debitoribus è carceribus liberandis pecunias indeſinenter diſtribueret. Denique hoſpitalem domum pro religioſis, & eccleſiaſticis viris excipiendis intra monaſterii ſepta diſpoſuit, ubi eos omni charitatis officio proſequebatur, quæ omnia etſi tam magna, imo ſi cum nupero monaſterii ſtatu conferas, vis credibilia, immota, conſtantique in Deum fiducia facillime præſtare potuit, *ſpes enim non confundit*. I.

Nihil dixerim de fœminis illis Deo devotis, ex pontis Rubacontis anguſta nimis, ac periculoſa cella in novum, ac celeberrimum ab eo extructum cœnobium, quod *Muratarum* appellatum eſt, media fere in urbe Florent. via Gibellina translatis; Nihil de tot aliis religioſis domibus, tum intra, tum extra civitatem in priſtinam propriæ cujuſque regulæ obſervantiam fortiter, ac ſuaviter reſtitutis; præſertim S. Birgittæ cœnobio, mille fere paſſus extra Florentiam ſito, quod vulgò *il Paradiſo* hodieque dicitur, ubi ſub regula D. Auguſtini fratres, & ſorores, muro tantum interjacente tunc degebant; prætereamitidem præſidis generalis munus apud ſacram eremum Camaldulenſem juſſu beatiſſimi Eugenii IV. Pontificis Max. ſanctiſſimè à Gomemetio aliquandiù geſtum, nam de præclaris hiſce, aliiſque ſimilibus Gometii II.

D faci-

G facinoribus plura aliàs jam diximus in bibliotheca ſcilicet, & in reformatoribus. Hoc tantum dicam, Gometium, nedum pauperum omnium, ſed totius etiam Florentinæ urbis amantiſſimum veluti parentem fuiſſe; ipſe enim, quandiù Florentiæ manſit, omnem operam contulit, ut & privata odia, ac ſimultates ſedaret, & publicas diſſenſiones, & ſcandala, imo civilia quoque bella penitus extingueret, pacem, & concordiam omnibus reſtitueret, idque tum piis ad Deum precibus, tum acribus ad magiſtratus, populumque cohortationibus perſepe obtinuit, quamobrem cum omnes virum juſtum, ac fidelem eum haberent, ejuſque monita, ac verba veluti oracula exciperent, reipublicæ Florentinæ theologum, & conſultorem eum nuncuparunt, tantumque juris, & authoritatis ei tribuerunt, ut omnia cujuslibet magiſtratus decreta, & ſtatuta, antequam promulgarentur, prius inſpiceret, & expenderet, an juſta, & divinis, humaniſque legibus conſona viderentur: & ea quidem, quibus Gometii ſuffragium acceſſiſſet, probata cenſerentur, quibus vero deeſſet, velut irrita, & inania reſcinderentur.

III. Nec tamen intra hos fines virtutum ejus fama ſeſe continuit, Italiam ipſam egreſſa Luſitaniam totam, unde Gometius exierat, cum fœnore implevit, impulitque regem Odoardum, ut Gometium, tantum jam virum, precibus, & legationibus ad laudatum Pontificem Eugenium IV. in patriam revocaret; prioremque Sanctæ Crucis in urbe Conimbricenſi, ubi olim S. Antonius, Patavinus poſtea dictus, canonicorum regularium S. Auguſtini inſtitutum profeſſus fuerat, & quò corpora quinque SS. MM. ord. minorum Marrochio translata, adhuc jacebant, conſtitueret. Ibi ac per totum regnum, dum cœnobiorum, cleri, omniſque ordinis hominum reformationi, verbo, in primiſque ſanctiſſimis vitæ exemplis feliciter incumbit, tot laborum, totque bonorum operum præmia percepturus, cæleſte regnum conſcendit anno 1442. magna ſanctitatis opinione in terris relicta.

IV. Ex ejus vita à Thoma Salvetto nobili Florentino, legum doctore, & Florentinæ abbatiæ advocato, juſſu Florentinæ reipublicæ, rogatuque Luſitaniæ regis conſcriptâ, quæ manu exarata ſupereſt adhuc in biblioth. laudatæ abbatiæ Florentinæ, ejus autem exemplar etiam apud me. Item ex Arnoldo Wione lign. vit. lib. 1. cap. 20. pag. 30. Petro Ricordato hiſt. monaſt. dial. 3. pag. 322. à tergo, & ſeq. Jacobo Cavaccio hiſt. S. Juſt. lib. 5. pag. 212. edit. ſecundæ anni *1696*. Placido Puccinello in chron. abb. Florent. aliiſque.

I. FR. GREGORIUS è Caſtro S. Eliæ Caſinenſis diœceſis, piis ortus parentibus, ab eiſque artem ferrariam exercere juſſus, haud parum in ea profecit, ſed cum Evangelicam perfectionem aſſequi vehementer optaret, ſanctæ converſationis habitum Caſini inter fratres *commiſſos* impetravit. Ejus ſpiritum ex Deo eſſe, dura, & aſpera monaſticæ diſciplinæ, per quæ illi tranſeundum fuit, patientiſſime, & alacriter tolerata, ſatis probarunt. In priſtina ferraria arte ex ſuperiorum præſcripto diu inſudavit; poſtea monaſterii poſſeſſionem S. Appollinaris vocatam integerrime adminiſtravit, ſed cum ob columbini cordis ſimplicitatem minime crederet, quamvis monitus, à quibuſdam filiis iniquitatis monaſterii triticum fuiſſe ablatum, quod perſuaderi haud poſſet, chriſtianum hominem lethalis culpæ labe ob temporale lucrum, inquinari velle, amotus inde tamquam minus idoneus, & in cœnobium revocatus, lampadibus eccleſiæ tergendis, ac totius domus munditiei curandæ perpetuò addicitur, quod onus libentiſſime, ac diligentiſſime deinceps ſubivit.

II. Ad complura mechanica affabre elaboranda valde idoneus, & aptus, in antedicto S. Eliæ Caſtro horologium pulcherrimum ſingulas horas ter ſignans miro arti-

G

artificio compoſuit, cum interim ad levandam laboris moleſtiam, recreandique animi gratia, quædam carmina identidem pangeret, quibus ferrariam artem cunctis præſtantiorem, utpote miniſteriis omnibus perneceſſariam, deprædicabat: ſed quid hæc ad regulares virtutes, quibus de die in diem, magis magiſque affulſit? Primo enim abbatem ſuum non ſecus ac ipſum ſanctiſſimum Patriarcham Benedictum, monachos vero omnes veluti antiquos ordinis noſtri ſanctos demiſſiſſimo obſequio venerabatur. Silentium inviolabile ſtatutis horis ſervabat; at cum loquendum erat, ſermones ſuos, Deum ſemper, & quæ Dei ſunt præſeferentes, divinæ ſcripturæ hiſtoriis, & ſanctorum exemplis condiebat; noctu vero confratres ſuos panes de more conficientes, ſacra lectione, ut Caſini ſemper fieri conſuevit, & etiam nunc conſueſcit, ut aliquis hoc officium charitatis adimpleat, ſedulo reficiebat; otio perpetuum bellum indixit, cui propterea longe arcendo quidquid temporis à mechanico labore ſupererat, præſertim feſtivis diebus, orationi dabat, tum pias precationes, & meditationes ſanctas ex agiographis codicibus ſua ipſe manu exſcribebat.

At ſacratiſſimum Chriſti corpus, qua devotione, quo ſpiritus fervore, qua denique reverentia percipiebat, paucis narrari non poteſt; duarum ſaltem horarum ſpatium, animi adornando thalamo, pro tanto excipiendo hoſpite, piarum precum balſama effundens, ignitorum affectuum thymiamata incendens, inſumebat; hocque totum parum illi videbatur præ amoris, & venerationis magnitudine. Dum in Caſinenſi eccleſia ſanctorum corporum Bmi P. Benedicti, & ſororis Scholaſticæ an. 1627. translatio fieret, fama eſt, ipſum una cum Zacharia Fractenſi viro ſanctiſſimo, audiviſſe mirabilem organi ſonitum nullo pulſantis miniſterio efformatum. *De quo infra.*

Tandem poſt tot exantlatos labores, febri correptus ad extrema devenit, cumque in lecto jaceret, & vi morbi conflictaretur, vehementer à Dæmone vexatus fuit injecta dubitatione de baptiſmo rite ne, an inaniter à parocho ſibi collato ob intentionis defectum, ſed cæleſti illuſtratus lumine, tetram ſatanæ ſuggeſtionem fugavit, ſeque totum divinæ tradidit contemplationi; morti jam proximus cap. 1. Evangelii S. Joannis, ***In principio erat verbum***, ſibi legendum poſtulavit, quo pluries repetito animam Deo placidiſſime reddidit circa annum 1643. menſe Decembris ætatis ſuæ an. 60. expleto. Fuit quidem corporis ſtatura puſillus, ſed virtutibus, ac donis cæleſtibus magnus, & quo humiliori in ſtatu apud homines conſtitutus, eo ſublimioris meriti apud Deum declaratus. Ex Cornelii Ceraſo prioris Caſinenſis elogiis, quæ de monachis. & commiſſis Caſinenſibus ſui ævi conſcripſit, aſſervatis in tabulario Caſinenſi. Meminit quoque ejus Felix Egger monachus Petruſianus idea ord. hierar. bened. libello 2. p. 3. diſſert. 3. pag. 429.; ubi narrat laudatum Zachariam Aſcetam Caſinatem vidiſſe confratris ſui *Gregorii à S. Elia* ibi *converſi* animam multo cæleſti lumine circumfuſam cælum conſcendere: quod idem refert Caſimirus Vincentius Chranovius Polonus in vita ejuſdem Zachariæ impreſsâ Neapoli an. 1678 apud Gramignanum cap. 7. pag. 94., & ſeq. ubi etiam ejus virtutes deſcribit; ſicut pariter ſup. pag. 92. & 93. auditam ab eo cæleſtem ſymphoniam in prænarrata ſacrorum pignorum translatione teſtatur.

H

H

1. HIEREMIAS MARCHESIUS Neapolitanus, ibidem in cœnobio S. Severini ſæculo vale dixit anno 1651. die 15. Januarii, ubi poſtea decani munus exercuit; primis poſt ingreſſam religionem annis nonniſi communem cum cæteris monachis vitam duxit, ſed poſtea peculiari gratia ad ſublimiora à Deo vocatus, arctiorem ſibi præſcripſit vivendi methodum: non enim ſolum carnium, imo & piſcium eſum ſibi interdixit, verum etiam tres hebdomadæ dies pane dumtaxat, & aqua tolerabat: tyronum magiſter ex obedientia factus, illos in Dei timore, & regulæ obſervantia diligentiſſime inſtruxit, & ad monaſticam perfectionem, & proprio exemplo, & acerrimis adhortationibus ferventiſſime incitavit, nunquam tamen præ divini honoris zelo, quo æſtuabat, muneri ſuo ita ſatis factum ei videbatur, quin de patratis negligentiis perpetuis ſcrupulis angeretur; quamobrem animo perpendens abbas, decanatus onus Jeremiæ ob aſſiduam ſpiritus anxietatem, impedimento potius eſſe ad ulteriorem profectum, eum illa cura publicè abſolvit, & à decanatu ſuſpenſum manere juſſit. Tum vero quam altas in ejus corde humilitas radices fixiſſet, palam fuit, genu enim flexo, Deo ſtatim, ejuſque in cœnobio gerenti vices abbati gratias plurimas reddidit, quod majorem ſibi rebus cæleſtibus, ſanctiſque meditationibus deinceps vacandi copiam tribuiſſet.

II. *De quo ſupra in AngeloSangrino.* Sed cum regni Poloniæ dynaſta (palatinos vocant) Carolus Copek, vir piiſſimus, in Italiam veniens aliquot è noſtra congregatione monachos poſtulaſſet, ut iis ducibus novam in Polonia congregationem ad inſtar Caſinenſis, quæ propterea Caſtro-Caſinenſis appellanda erat, inſtitueret, inter alios virtute conſpicuos monachos Jeremias ad eam provinciam obeundam electus fuit, ut tyrones erudiret. Paruit illico vir ſanctus, nulla vel itinerum, vel linguæ, vel laborum, quibus defungi neceſſe erat, difficultate præpeditus. Eò igitur perveniens, voti quod in corde jamdiù gerebat, aſpera quæque, ac dura pro Deo patiendi, affatim compos effectus eſt: neque enim paucis referri poteſt, quot, qualeſque ærumnas eum devorare oportuerit, tum ob aeris inclementiam, tum ob aſſidua bellorum contra Turcas incommoda, crebraſque ea de cauſa migrationes in remotiores provincias, idque ut plurimum pedibus tantum, ac in modum fugæ, inediaque confectum; Sed invictus Jeremiæ animus omnia fortiter ſuſtinens, Deo jugiter gratias agebat, quod conceſſerit ſibi ea perferre, quæ in Italia degens numquam ſperare potuiſſet. Tot igitur incommodis, & calamitatibus attritus (præter ætatis gravitatem) ſanctimoniæ fama clarus, in Lithuania ſpiritum Deo reddidit anno 1671. ejuſque corpus peculiari loco tumulatum fuit. Illius memoriam literis conſignavit Benedictus Laudati in brevi chron. S. Severini ms. parte 2. pag. 355. in noſtris quoque regeſtis *ſummæ pietatis vir appellatur*. *Ser. Tom. pag. 75.*

I. HIRONYMUS ANDRUZZI. Vide infra L. T. in Timotheo Carminati prope finem.

HIERONYMUS ARMINIUS patria Neapolitanus nobilibus, ac piis parentibus natus eſt anno 1559. die 5. Octobr. unde in Siciliam demigrans apud S. Martinum de Scalis extra Panormum monaſticæ regulæ ſeſe addixit ann. 1574. die 22. Februarii. Vitam verò ſuam in religione ita inſtituit, ut præter acerrimam pœnitentiam, & aſſiduum orandi, cæteraſque virtutes exercendi inexplebile ſtudium, nihil præterea curare, aut agere videretur, nam orationem ſæpius ad plures horas toto corpore humi ſtratus, conformatis in crucis ſimi-

ſimilitudinem manibus continuabat. Corpus cilicio, zona, & aculeis ferreis artus fodientibus, cruentiſque flagellationibus, jejuniis, ac vigiliis ita cruciabat, ut in hoſtem infenſiſſimum extremo ſupplicio dignum vix quidquam durius, aut crudelius decerni umquam potuerit, quo ſubſidio in primiſque beatiſſimæ Virginis patrocinio virginitatem perpetuo ſervavit. Ut autem Deo charus, & amabilis ita Dæmonibus, in quos mirum exercuit imperium, valde erat formidoloſus, & terribilis, dictus propterea paſſim *flagellum Dæmonum*. Aliquando cum immundum ſpiritum eccleſiaſticis exorciſmis divexaret, is furore percitus alapam Hieronymo inflixit, ac vir Dei alteram maxillam ei protinus percutiendam offerens, hoc patientiæ, & humilitatis actu Cacodæmonem ab obſeſſo corpore abire extemplo coegit. Alio tempore cum Dæmon ejus præceptis ab homine exeundi pertinacius reſiſteret, vir Dei ad terram de more procumbens, modo, quo ſupra diximus, non minus viginti quatuor horis (& alia vice ſexdecim) prolixius oravit, donec nefarius ſpiritus tantâ vi adactus, in fugam verteretur. Monaſticæ paupertatis, quam ſemel voverat obſervantiſſimus, ſuperniſque tantummodo bonis inhians, ab omni caducarum rerum, tum honore, tum emolumento ſemper abhorruit: pinguem propterea abbatiam à Franciſco cardinali Sfortia, & conſpicuum epiſcopatum à Raynutio Parmenſi duce ſibi oblatum, conſtantiſſime recuſavit. Gratia curationum inſigniter reſplenduit, cui medicus, immodici lucri cupidus, acerbè indignans, Hieronymum colapho, Dæmonem imitatus, atrocibuſque contumeliis excepit: at is veluti injuriæ, quam patiebatur, ipſe eſſet reus, humiliter veniam petiit, & furibundi iram molliſſimis verbis frangere pro virili curavit. Ter ſibi propinatum venenum innoffenſe bibit, innumeraſque perſecutiones, teſtimonio conſcientiæ ſuæ, Deique in primis ope fretus, victor evaſit. Prophetiæ ſpiritu afflatus, non ſolum futura multo ante prædixit, ſed etiam hominum corda, eorumque abditiſſimas cogitationes penetravit; Horum autem tam chariſmatum, quam virtutum fons, & origo Hieronymo erat flagrantiſſimus in Deum, & dominum Jeſum amor, præ cujus magnitudine quidquid umquam pro eo ageret, aut ſuſtineret parum aut propemodum nihil reputabat. — *Stoccia Diavoli.*

Cum igitur ejus ſanctitatis fama longe, lateque diffuſa jam eſſet, laudatus Raynutius Parmæ dux IV. à Clemente VIII. eum expetivit, ut ejus opera, & conſilio in rebus ſpiritualibus, & ad Dæmonum maleficia avertenda uteretur: Itaque permittente Pontifice Placentiam eum adduxit, & in peculiari domo conſtituit, ubi duo, & viginti annorum ſpatio, uſque ad obitum manſit: toto autem hoc tempore ex eadem domo numquam niſi in propinquam Eccleſiam oraturus egreſſus eſt. Si quando vero per urbem, alicujus infirmi viſitandi, aut curandi gratia, vel à malo gênio energumenos liberandi, (hoc enim illi ſingulare donum Deus contulerat) tranſeundum erat, curru vectus, & omni ex parte clauſus incedebat, ne quid terrenum aſpiceret; Erat quidem ei hæc extra clauſtra habitatio juge martyrium, ideoque pluries enixè petiit, ut ſibi ad noſtrum S. Sixti cœnobium veniendi, & ibidem manendi facultas tribueretur, ſed fruſtra, votis ejus principis voluntate obſiſtente, qui hac de re præſulum etiam noſtrorum nomine requiſitus, negavit id umquam ſe conceſſurum, ex quo ſemel à Pont. Max. licentiam illum penes ſe retinendi pro ſuis neceſſitatibus obtinuiſſet, profeſſus ſe non minus Hieronymo, quam proprio genitori debere, cui poſt Deum vitam, filios, ditionem denique acceptam referret, quamobrem in eadem privatâ domo piiſſime, uti vixerat, ſpiritum Deo reddidit anno 1626. die 7. Decembris hora 3. noctis, II.

ſan-

H ſanctitatis fragrantiſſimo odore. Infirmo, ac morienti adſtitit P. D. Clemens Arcelli nobilis Placentinus, S. Sixti monachus, & decanus, qui jampridem ejus confeſſiones excipiebat, pluresque alii religioſi homines felici ejus in cælum migrationi præſentes adfuerunt.

III. Paulo antequam excederet, humiliter poſtulavit, ut ſuum quidem corpus ad S. Sixti Eccleſiam deferretur, ſed ad januam pedibus ingredentium proculcandum, tumularetur, utpote indignum communi monachorum conditorio, quorum conſortium vivus tandiu extra clauſtra, quamvis invitus, degens, non meruiſſet, delato ad eccleſiam corpore, tanta ad illud viſendum, & venerandum, tamquam viri ſanctitatis fama jam clari, populi multitudo convenit, ut intra ſacelli clathros illud includi, ne ejus veſtes, imo, & membra, nimiæ devotionis gratiâ, diſcerperentur, neceſſe fuerit. Ei Vincentius Squaldus vir doctiſsimus, ac celeberrimus S. Sixti tunc abbas miſſam parentalem ſolemni ritu celebravit, & clericus regularis Theatinus funebrem orationem dixit. Parentatione expleta, duo viri nobiles Placentini depoſitis palliis, ſublatoque in humeros feretro Hieronymum ad tumulum deportarunt, qui ad majorem eccleſiæ januam, ut optaverat, tranſverſo corpore eorumdem nobilium manibus ei datus eſt, ibique magna omnium veneratione hactenus jacet. In tabulario verò ſacrarii ejuſdem S. Sixti extant plurimæ teſtificationes virorum inſignium, & teſtium omni exceptione majorum, præcipuè laudati Clementis Arcelli ejus confeſſarii, de innumeris miraculorum prodigiis, meritis Hieronymi Arminii à Deo tum in vita, tum poſt ejus obitum editis.

Vit. cap. 30. pag. 111.

De eo in noſtro Bibl. pag. 2. L. V.

IV. Hæc omnia cum olim incertis authoribus accepiſſem, ut rem penitus exploratam haberem, de iis conſului Reverendiſsimum P. D. Joſephum de Leonibus nobilem Placentinum, S. Sixti nuper abbatem, nunc autem, uti ſpero, & opto, in cælis commorantem (obiit enim paulo antequam hæc ſcriberemus) virum egregium, & doctum, qui epiſtola ad me data anno 1727. menſe Januario die 20., & in analectis referenda, cuncta quæ Hieronymo Arminio Placentiæ eveniſſe ſuperius narrantur, veriſsima eſſe affirmavit. Hieronymi vitam ſcripſit italicè Petrus Antonius Tornamira, edidítque Panormi anno 1674. apud Carolum Adamum in 4., quæ poſtea à ſacra Indicis congregatione lectoribus fuit interdicta, quod quidem Hieronymi ſanctitati minime officit, ſed tantum ſcriptoris in ea exaranda, errorem aliquem indicat. Meminit ejus Gabriel Bucellinus in Benedicto Redivivo ad an. 1626., qui tamen corrigendus eſt ubi dicit, Hieronymum obiiſſe eodem anno 1626. Panormi in S. Martino, cum extra quodcumque dubium Placentiæ diem extremum clauſerit, ut ſupradictum eſt. Felix quoque Egger in idea ord. Hierar. Bened. libell. 2. pag. 3. differt. 3. n. 3. pag. 422. & ſeqq. quem vide.

Anno ſalut. 1729. Menſe.

HIERONYMUS PETRONIUS Fractis oppido Campaniæ Felicis, nunc Terræ Laboris, nobili familia ortus, frater magni ſervi Dei Zachariæ Petronii, in Caſinenſi archiſterio monaſticam profeſſionem emiſit anno 1592. die 25. Martii; fuitque poſtea prior, ac deinde abbas *titularis*, abbatis ſcilicet titulo tantum, ac nomine, non verò authoritate, & regimine decoratus. Is in noſtris regeſtis pag. 235. ſcribitur in margine *vir pietate celebris*. A Caſimiro vero Chranovio Polono in vita laudati Zachariæ Hieronymi fratris, edita Neapoli 1678.; cap. 1. pag. 3. *Sicuti cum Zacharia fratre communem patriam, & genus, ita etiam non diſparem religionem ſed communem ſanctitatem & gloriam adeptus*. Obiit anno Domini 1636.

JA-

I

I

IACOBUS GRAFFIUS Capuæ in eadem Campania Felici, nobili ſtirpe progenitus, Petrique nomine in baptiſmate inſignitus, I. ab ipſis fere incunabulis optimæ indolis cum ad ſcientias, tum ad pietatem præclara dedit indicia. Vix ſeptennis intempeſta nocte è lecto ſurgens, fundendis Deo precibus diutius incumbebat, latenter quidem, ut ipſe exiſtimabat, nam idcirco ſeſe lectuli conopæo circumtegebat, ne à parentibus, qui rem taciti admirabantur, videri poſſet. Statim atque adolevit, immaculatam Deiparam impenſe colere, omnique devotionis affectu proſequi cæpit, jejuniorum, flagellationum, coronarum, (Roſario dicimus) aliarumque precationum munera aſſiduè, ac libentiſſime eidem offerens. Adulta jam ætate, cum ob inſignem utrique juri navatam operam, doctoris laurea donandus eſſet, omiſſo communi aliorum more, tibicines, & convivia renuit, ſed totam pecuniæ ſummam, ad trecentos fere nummos aureos, quæ in hujuſmodi ſympoſiis, ac ſolemniis inſumenda erat, honeſtis puellis dotandis pie, ac religioſe dicavit, quod ſane egregium facinus conterraneis ſuis ad lauream deinceps aſſumendis ſaluberrimo exemplo fuit. Advocati autem munus lucri nullius gratia, ſed divina dumtaxat charitate permotus aliquandiù exercuit; quo tempore ſæculo nuncium remittere, & divinò obſequio ſeſe penitus mancipare cum decreviſſet, monaſterium S. Severini in urbe Neapoli delegit, ubi ſuavi jugo Benedictinæ regulæ humiliter colla ſubmiſit anno 1571. natus ipſe annos viginti duos.

In tyrocinio ſodalem, & ex morum ſimilitudine amicum intimum ſortitus eſt II. D. Conſtantinum *De Lanoy* juvenem ſanctiſſimum, pari perfectionis ſtudio, & in Dei Genitricem amore flagrantiſſimo accenſum; cujus quidem amicitiæ hæ potiſſimum pactiones fuere, ut quoties alteruter parietem cellæ intermedium pulſaret, ſtatim genu flexo Beatiſſimam Virginem Angelica ſalutatione venerarentur, & ut in menſa ob ejus honorem à ſapidiori bolo abſtinerent, reliquum vero cibum, parcum illum quidem, & reſtrictum, cinere ſemper aſpergerent. *De eo Catalogus Epiſcoporum.*

Tyrocinio expleto, non ut pleriſque uſu evenit, primævi ſervoris ſenſim aliquid remiſit, III. ſed potius ea quæ retro ſunt obliviſcens, ac ſi quotidie curſum inciperet, ire jugiter contendit de virtute in virtutem, ut tandem ad videndum Deum Deorum in Sion poſſet pertingere. Inprimis aſſiduæ orationi tum ore, tum mente die, noctuque ita ſe addixit, ut pluries extra ſenſus raptus; cæleſtis patriæ dulcedinem, quantum homini adhuc inter mortales degenti fas eſt, ſecundum tamen ſuam menſuram præguſtare meruerit. Quot vero *coronas*, quot *roſaria*, quot parva officia, præter quotidianum monaſticæ pſalmodiæ penſum, præter incruenti ſacrificii celebrationem, totiuſquè officii defunctorum, integri inſuper pſalterii cum omnibus orationibus dominicalibus recitationem, *Oratio.* ſingulis diebus Deo, ſanctiſſimæque ejus Genitrici, pluribuſque aliis ſanctis, ut acceptiſſimam hoſtiam laudis, offerret, incredibile prorſus videri poſſet, eo præſertim tempore, quo ſeptem omnino volumina ſub prælo habebat, & magni pœnitentiarii, librorumque cenſoris in tota Neapolitana diœceſi munere fungebatur, niſi ejus vitæ oculatus ſcriptor qui diu ejus confeſſiones excepit, teſtis omni exceptione major Aloyſius Carafa, (ſanctus nempe pro ſancto ſcribens) ex ore ejuſdem Graffii de his omnibus, *De eo ſup. L. A.* neque enim ipſe id antea credere voluit, fidem haud dubiam faceret. Sed quid poſſibile non ſit credenti? quid non facile cum Deo ambulanti? Ad hæc

cum

Digitized by Google

cum media nocte ſurgeret ad confitendum de more nomini Domini, completa ſacra Sinaxi, aliis abeuntibus, ipſe in exedra immobilis nocturnas preces, ſanctaſque meditationes ad duas integras horas, vel eo amplius, uſque ad diluculum cum lacrymis, & gemitibus cordis compunctionem indicantibus, protrahebat, à qua laudabili conſuetudine nullis umquam Satanæ inſidiis, nullis tentationibus dimoveri potuit.

IV. Ex his porro quiſquis facile ea, quæ de ejus pœnitentia mox dicturi ſumus, veriſſima eſſe intelliget, quamvis maxima admiratione digna. Toto tyrocinii anno Divam Catharinam Sanctæ Gertrudis filiam imitatus, quotidie liquata cera nuda brachia aſpergebat, quam ſtatim è cute imo cum ipſa cute vi abſtrahens, horrendum in modum ea deformavit, & novo ſemper recrudeſcente cruciatu, implacabilis ſuæ carnis hoſtis afflixit. Triginta prorſus annos ſuper ſaccum paleis tantum infartum, cum ſomnum, brevem illum quidem caperet, ſemper cubavit. Nigro pane, ac pura lympha, rarò admodum modico vino admixtâ, victitavit, quod cibi genus non ut reliqui ſolent homines ſuis manibus ori admovebat, ſed toto corpore ad terram proſtratus, inſtar quadrupedum labiis tantum hauriebat, cum alioquin à prima juventa ad ultimam uſque ætatem in honorem beatiſſimæ Virginis jejunium cunctis diebus Sabbati ſolo pane, & aqua celebraret. D. P. Benedicti exemplo, cum ab immundo ſpiritu graviter tentaretur, *ſuper urticas, rigidoſque ſentes* nudum ſe volutavit, eoque heroico actu glorioſum de Satana triumphum duxit; nec eo tamen tutum ſe reputans, flagellis ſæpiſſimè, & acerbiſſime ſe cedebat, ciliciumque aſperrimum, in modum indufii efformatum, ſcapulas, ac genua tegens quinquennio geſtavit; alternis tamen diebus, ne dolor conſuetudine leniretur, ſed acrius ſemper reviviſceret, illud reſumens.

Pœnitentia.

V. Humilitati acquirendæ ac ſervandæ, utpote virtutum omnium fundamento, ac fonti, curas omnes impendit; ab omni proinde honore, ac dignitate ita ſemper abhorruit, ut *decanatum*, qui janua apud nos eſt dignitatum omnium, pro viribus abnueret, nec illum niſi à ſuperioribus coactus umquam admiſerit. Abbatis titulum, deferente Paulo V. Pont. Max. in virtutis, ac doctrinæ præmium, cui librum de caſibus ſummo Pontifici reſervatis obtulerat, invitus recepit, cum regimen, & paſtoralem ſolicitudinem enixe deprecatus fuiſſet, res autem ſuas, pœnitentias, orationes, illuſtrationes, aliaque id genus cautiſſime occultabat, Salvatoris noſtri monitum probe cuſtodiens, *Clauſo oſtio ora Patrem tuum*; quæ vero de eo ſcimus, laudato Aloyſio Caraſa confeſſario ſuo, obedientiâ compulſus, non ſecus ac illi, qui tormentorum vi delicta confitentur, manifeſtavit; adeo Graffius cænodoxiam pertimeſcebat. Nemo illum de quopiam conquerentem audivit, nemo contra aliquem vidit iratum; raro, & urgente dumtaxat neceſſitate è monaſterio egrediebatur, optime ſciens religionis ſpiritum in clauſtro acquiſitum per urbanas evagationes, & ſæcularia commercia ſenſim remitti, nec fieri poſſe, *ne de mundano pulvere etiam religioſa corda ſordeſcant*, ut S. Leo Magnus admonuit, cum alioquin nil magis monachum deceat, quam ſolitudo; eam enim ipſo vel nomine præſefert.

Humilitas.

Manem devian.

VI. Paupertatem uti plurimum dilexit, ita probe ſervavit: In ejus cella nihil pretioſum, nihil pulchrum vidiſſes; Decem fere ducatorum centena ſibi à piis hominibus oblata, dotandis honeſtis puellis addixit. Cum ejus lucubrationes maximi ab omnibus fierent, & avidiſſime expeterentur, bibliopolæ, qui ſuis typis ea conſignabant, multa pecunia, multiſque recentiorum authorum libris pro illis Graffio reſpondebant, at is nummos quidem pauperibus erogabat,

Paupertas.

gabat, libris vero monaſterii bibliothecam locupletavit; Cæterum toto monachatus tempore quinquaginta, vel eo amplius annorum, vix ipſe unum aut alterum Carolenum in proprios uſus, petita prius tamen ab abbate ſuo venia, expendit; nihil enim cupiebat in terris, qui omnia adipiſci contendebat in cælis.

VII. *Obedientia.*

Ejus quoque obedientia inſignis æque, ac felix fuit. Decanus renunciatus, & novitiorum magiſter conſtitutus, Venetiis in monaſterio S. Georgii plures eoſque præſtantes diſcipulos pietate, ac literis egregiè inſtituit, qui poſtea abbates prudentia, doctrina, ac ſanctimonia celebres evaſerunt; Sacros item Canones variis in locis, ea qua eminebat eruditione, explanavit. Neapolim reverſus cœnobio ſanctorum Renati, & Valerii, apud Surrentum, quod ſancti Severini appendix eſt, rectoris titulo præficitur, paruit illico vir Dei, quamvis ſubeſſe longe magis cuperet, quam præeſſe, ſuæque obedientiæ fructum cumulatiſſimum ſtatim recepit; Nam in veteri eccleſia eorumdem ſanctorum, qui olim Surrentinæ civitatis epiſcopi fuerant, ſacra Lipſana invenire, & circum illa, dum propriis manibus ſepulchra effoderet, arenam auream ſolus videre, & contrectare meruit, eaque corpora in novum templum ſolemni pompa, & communi omnium lætitia, & gaudio tranſtulit, & decentiſſimè collocavit, non utique ſine pluribus, eiſque ingentibus eodem tempore, tum horum ſanctorum interceſſione, tum Jacobi noſtri precibus, patratis miraculis, inter quæ puero luminibus orbato, priſtina videndi facultas reſtituta narratur.

VIII. *Patientia.*

At vero ejus patientia qualis, & quam invicta fuerit, paucis referri non poteſt: Tribus ante obitum annis acerrimis podagræ doloribus conflictatur, Deum ſemper laudans illi gratias agebat, cruciatus omnes, pro peccatorum expiatione libentiſſime veluti ſacrificium contriti cordis Domino jugiter offerens. Ingraveſcente autem morbo, toto fere biennio lecto decumbens, cum ullam in partem ſeſe vertere nequiret, ſed immobilis permanere cogeretur, non ſolum ſummâ animi fortitudine omnia ſuſtinuit, ſed inſuper vehemens deſiderium majora adhuc patiendi, quod in ejus corde Eucharisticus cibus devotiſſime ab eo quotidie ſumptus accendebat, magis, magiſque patefecit, nullis enim neque medicorum, neque alterius cujuſvis ſuaſionibus acquieſcere umquam voluit, ut lineam interulam, aut lineum pileolum ſumeret, laneo dimiſſo, quamvis flagrantiſſimis febribus æſtuaret. Ad eum ſic ægrotantem, tamquam ad oraculum ſapientiæ, & ſanctitatis ſpeculum nobiles, aliique honeſti viri identidem confluebant, quibus monita ſalutis pro uniuſcujuſque ſtatu, & conditione præbens, ſpirituali conſolatione perfuſos dimittebat. Paulò ante obitum laudato Aloyſio Carafa duo valde notabilia, confeſſionis tamen ſigillo, quoad viveret, obtegenda, aperuit, quod nempe virginalem integritatem illibatam ſervaverit, & quod numquam lethale crimen voluntarie commiſerit.

IX. *Prophetia.* *Obitus.*

Mortem ſuam, ac mortis diem, horamque multis diebus ante prædixit; plura item alia prophetiæ ſpiritu afflatus prænunciavit; in iis tumultus, ac turbas, quæ miſerum in modum Neapolim, totumque regnum afflixerunt, & tantum non funditus exciderunt, ac ſi præſentia eſſent, conceptis verbis deſcripſit, cordium etiam occulta penetravit, & quæ clam ſe à proprio famulo perperam commiſſa fuerant, illi aperuit. Tandem cum finis ejus peregrinationis appeteret, SS. Eccleſiæ Sacramentis ſumma cum devotione perceptis, elevatis in cælum oculis, angelicam animam placidiſſimè in manus Domini tradidit, æternitatis gloria, quæ virtutum, ac bonorum operum merces eſt, ab

 eo

I

eo coronandam anno 1620. die 19. Octobr. ætatis ſuæ circiter ſeptuageſimo; Corpus in ſacello SS. Crucifixi peculiari loco reconditum, poſt annos 3. in veterem eccleſiam translatum fuit, & ſub uno ex ejus altaribus collocatum, cæpitque ſtatim miraculis quampluribus effulgere, præſertim in diſſolvendis energumenis, qui impetraturi libertatem à Dæmonum tyrannide fræquentes ad ejus tumulum confugiebant. Exeuntes autem Dæmones fatebantur, hoc in ipſos imperium à Deo Graffio tributum præmium eſſe incorruptæ virginitatis, quam inſigni illâ de impura ſuggeſtione victoriâ ſanguine inter vepres effuſo fortiter partâ, tectam ſartam ſervavit. Reliquiæ item tum corporis, tum veſtium plures infirmos ſolo tactu curarunt, in iis morti jam promixum ob peſtiferum gutturis morbum, ejus digitus gulæ admotus confeſtim ſanavit. Denique tot, tantaque edita ad ejus tumulum fuerunt miracula, ut ad ea litteris conſignanda viros duos, monachum unum, laicum alterum deputari oportuerit, qui numquam è templo diſcedentes, fide dignorum hominum innumera teſtimonia excipiebant, una voce dicentium *quia vidimus & teſtamur mirabilia Dei*; ex his porro efformati ſunt *proceſſus miraculorum*, *& gratiarum*, quas ad ſuam, & ſervi ſui Jacobi gloriam operari dignatus eſt Deus, in tabulario S. Severini aſſervati.

D. *Simplicius Campegna theologus.*

Ex ejus vita ſcripta tum ab Aloyſio Caraſa ſingulari libello, tum à Jacobo Majorica ejus olim diſcipulo tomo 1. *Rerum memorabilium* ad an. 1622., & 1623., tum denique ex brevi chron. S. Severini à *Bened. Laudati* compoſito p. 2. pag. 270. Agimus nos etiam ſuſiſſime de eo in noſtra bibl. p. 1. pag. 4. & ſeqq. ubi ex his ipſis authoribus plura de ejus ſanctitate narramus, quæ multo conſultius fuiſſet huic loco reſervare, quod ideo non ſecimus, quia de ſcribendo hoc ipſo virorum ſanctitate illuſtrium catalogo minime tunc cogitabamus, quod idem in nonnullis aliis noſtris ſcriptoribus ſanctimoniæ fama celebribus etiam evenit. Cæterum in eadem noſtra bibl. plures alios authores honorificè de Graffio agentes in medium adducimus.

I. FR. JACOBUS ab Herculaneo, quod oppidum eſt Campaniæ in ora ſinus Neapolitani vulgo *Torre del greco* familia de *Magliulis*, parentibus modicis quidem, ſed piis, ac Deum timentibus natus eſt; expletoque vigeſimo quinto ætatis anno, cupiens Deo perfectius deſervire, inter fratres converſos, ſeu *commiſſos*, ut nos dicimus, apud S. Severinum admitti poſtulavit, eo prorſus tempore, quo prænarratus Jacobus Graffius ibidem monachum induit; qui duo Jacobi, veluti duo ſplendidiſſima luminaria, ſanctitatis radiis cœnobium illud, totamque adeo congreg. illuſtrarunt, varia tamen vivendi methodo, ac ordine; ut enim in domo Dei manſiones multæ ſunt, ſic ad eam pertingendi haud una patet via. Graffius præter commune regularis obſervantiæ penſum, totus fuit in aſperrimis pœnitentiis, aſſiduis orationibus, aliiſque minime imperatis pietatis operibus exercendis: At Fr. Jacobus nihil umquam ſingulare, nec duriorem vitam, niſi quam regula præſcribit, ſectari voluit, ſed ad illam perfectò, adamuſſim implendam conatus omnes intendit, hoc nimirum jure confiſus cæleſte Regnum ſe acquiſiturum, quemadmodum ſanctiſſimus noſter legiſlator in fine ejuſdem regulæ illam obſervantibus promittit, *Facientibus hæc, regna patebunt æterna*. Itaque cum alii religioſi ſtatutis horis cibum ſumerent, ipſe etiam una cum illis reficiebatur; cum jejunarent, & ipſe inviolabile ſervabat jejunium. Cum ſilentii tempus eſſet, ne verbum quidem proferebat, cum loquendi fieret facultas, & ipſe quæ opus erant, parce tamen, & circumſpectè, loquebatur. Cum alii irent dormitum, & ipſe in pace cum Chriſto quieſcebat, cum alii ad Deum laudandum ſurgerent, & ipſe

Digitized by Google

ipſe impiger in oratione vigilabat; Ita gentium apoſtolum imitatus, *flebat cum flentibus, gaudebat cum gaudentibus*, omnibus omnia factus, ut ſe, & alios Chriſto lucrifaceret. I

Omnium autem ſuorum actuum principium, ſimulque finem, charitatem erga Deum, & proximum ſibi conſtituit, quæ ſingulis prope momentis in eo veluti in ſpeculo refulgebat, cujuſque beneficium cumulatiſſime ſenſerunt quotquot, quacumque de cauſa ad eum accedebant; neminem enim à ſe umquam mærentem, aut contriſtatum dimiſit, nemini quidquam (quod quidem concedi poterat) denegavit, cunctorum animis plenam conſolationem verbo, factoque infundens. Hujus autem ſummæ virtutis ſpecimen egregiè in primis dedit cum triginta prorſus annos obſonatoris officio functus eſt, & viginti annos piſtrino, & cellæ vinariæ præfuit: tunc enim admodum liberalem monachis omnibus in eorum neceſſitatibus ſeſe exhibuit, quæ illis opus erant, abunde ſuppeditando, cibos optimos ad regulæ tamen, & religionis præſcriptum, illis comparando, & in omnibus ad eorum commodum, & utilitatem ſpectantibus, ſtrenuam diligentiam, & eximium amorem præſeferendo; cum interim in diſcutiendis expenſarum ſuarum rationibus, & in negotiis pertractandis admodum ſolers, ſagax, ac prudens eſſet. Erga pauperes perquam miſericors, affatim cunctis eleemoſinas erogabat, nec tamen propinquos ſuos aliis anteferebat, ſed in charitatis officio cæteris omnibus coæquabat. Ut vero pauperum inopiæ citius ſubveniret, ſinum ſuum panibus onuſtum ſemper geſtabat, ut ne uno quidem momento eorum ſubſidium diſferretur, ſed eodem prorſus tempore pauperes quidem os ſuum, Jacobus vero manum ſuam aperiret, ut omnes implerentur benedictione: nam cum tanta aſſidue largiretur, panis tamen in ejus manibus augeſcere videbatur, & multo minus in ejus, quam in aliorum adminiſtratione conſumi; eo nimirum retribuente, qui dixit, *date, & dabitur vobis, & qui dat pauperi non indigebit*. II. *Charitas.*

At ejus abſtinentia revera mirabilis fuit: omnia fere edulia in manibus ejus erant; omnia ab eo aliis diſtribuebantur, ipſeque ob quotidianum haud intermiſſum laborem, fame, ac ſiti interdiù, nec raró, pulſabatur; & nihilominus gulæ ſuæ ſemper victor, extra commune cœnaculum nihil umquam comedit, aut bibit, ſed inediam fortiter ſuſtinens, ſtatutis horis una cum aliis cum gratiarum actione moderate refocillabatur; quod ſane martyrii quoddam genus jure quis dixerit, inter cibos velle eſurire, & cum ab aliis famem depellas, ipſe famelicus permanere. III. *Abſtinentia.*

Nec minore laude digna ejus paupertas, quam ſuper aurum, & topazion ſemper dilexit; humillimus ac ſibi deſpectus vilibus veſtibus induebatur, mundis tamen, & minime ſordidis, D. Bernardi exemplo cui paupertas ſemper placuit, ſordes numquam, una dumtaxat tunica, obſoletoque, & depilato pallio contentus; quamvis autem pecunias ſibi creditas in aliorum uſus copioſe expenderet; ſibi tamen ſumme parcus, imo potius avarus, in cella præter vetuſtam Salvatoris Crucifixi imaginem, nihil prorſus habere voluit; Hic ejus amor, hæ deliciæ, hoc oblectamentum, huic cor ſuum, ſeque totum dicaverat, abjecta rerum omnium caducarum cupiditate, quippe qui *omnia detrimentum fecerat, ut Chriſtum lucrifaceret*; & pro theſauro hoc unum ſemper optaret, *nihil habere, & Crucem*. IV. *Paupertas.* *S. Greg. Naz. de S. Baſil.*

Orandi aſſiduitas duriſſimum ejus genibus callum obduxerat, & cum præ muneris ſui negotiis genua flectere non poſſet, ſtando etiam aut ambulando, aut mechanicum quodvis opus exercendo, orationem continuabat, ſemper proin- V. *Oratio.*

 de

Digitized by Google

I

de orariam coronam manibus geſtans, ore, ac mente Deum ubique laudans, ſemper toto corde illi adhærens, ſemper totis viribus ad illum ſuſpirans, unde colligas perpetuum bellum otio tamquam infenſiſſimo hoſti eum indixiſſe, ut Dæmon ſemper illum occupatum, ſuiſque propterea tentationibus præcluſum aditum ſemper inveniret; quæ ſane cautio plurimum contulit, ad illibatam Virginitatem tota vita ſervandam, quemadmodum ejus confeſſarii unanimiter teſtati ſunt.

VI. Hinc famâ ejus ſanctitatis longe, lateque propagatâ, Jacobus in omnium ore, & admiratione erat; omnes tum monachi, tum laici eum maxime venerabantur, omnes tam boni, quam etiam diſcoli (quod quidem admodum rarum, ac mirum eſt) eum laudibus afferebant: Nemo illo præſente, niſi de rebus ſpiritualibus audebat miſcere ſermonem; ipſe autem, ut cunctis ſummam ſemper reverentiam exhibuit, ita ſiquid indecorum vidiſſet, aut quoquo modo audiviſſet, corde, & oculis columbæ uſus, omnia in bonum interpretabatur, numquam de aliorum fragilitatibus ſcandalum ſumens. Cum intempeſtivis noctis horis excitabatur, abſque ulla mora è lectulo ſurgens (quamvis ſenio jam gravis) ad exercitii ſui officinas illico deſcendebat, & alacri vultu, & ſerena fronte operâ ſuâ indigentes conſolabatur, nihil interim de communibus fratrum actionibus intermittens, ſed ad omnia primus, ac impiger ſemper advolans.

Ejus ſanctitatis opinio.

S. ſimplicitas.

VII. Cum igitur adeò acceptus eſſet Deo, neceſſe fuit, ut tentatio probaret illum; aſſiduis enim laboribus, curiſque moleſtiſſimis, nedum longæva ætate fractus, duobus ante obitum annis, more electorum à Deo viſitatus, atroci paralyſi conflictari cæpit; cujus vi lecto decumbens, omniumque membrorum debilitatem patiens, nullam in partem ſine alterius adjutorio ſeſe vertere, nec cibum niſi ex aliena manu ſumere poterat. Tum vero, ſi umquam alias, ejus patientia maxime enituit. Jacebat quidem corpore, ſed corde, ac mente in cælum omni tempore elevabatur, ac ſi unus potius ex angelicis illis ſpiritibus, quam homo eſſet: Non enim ciborum ulla condimenta, non amicorum viſitationes appetebat, non de doloribus conquerebatur, non animi perturbationem ullam oſtendebat, ſed in rerum cæleſtium contemplatione defixus, & ad ſupernam patriam anhelans, *Deo gratias* jugiter repetebat. Famulo ad ei inſerviendum deputato in omnibus morem gerere non detrectabat, imo ab eo multoties, maxime cum opus haberet, derelictus, & quandoque etiam male habitus, & verberatus, omnia conſtanter perferebat, & tamquam ſingularia divini amoris indicia, hilari, gratoque animo excipiebat.

Patientia.

VIII. Tandem adveniente jam hora paratam ſibi juſtitiæ coronam obtinendi, mirabiliter è lecto ſe erigens, oculoſque, ac manus in cælum tendens in hæc verba prorupit. *Benedictus Deus, B.ma Virgo Maria Mater ejus, qui hac ſacra die* (Sabbati) *animam meam ad ſe perducere dignatur*, mox auguſtiſſimo divinæ Euchariſtiæ ſacramento refectus, ac extremâ unctione communitus, nullum ſentiens mortis dolorem placidiſſime corporis ſolutus nexibus in cælum evolávit, ann. 1619. die 9. Sept. ætatis ſuæ ſeptuageſimo; cujus memoria in benedictione eſt.

Mors.

IX. Quam vero ejus vita, atque mors in conſpectu Domini pretioſa fuerit, Deus ipſe crebris miraculis ad ejus tumulum teſtatum voluit; nam cum ejus corpus in communem monachorum ſarcophagum illatum eſſet, ſtatim cæperunt plures energumeni ſuper illum proſtrati à Dæmonum infeſtatione liberari, ipſique Dæmones magnis clamoribus profiteri, ſe meritis Fr. Jacobi ad exeundum è corporibus obſeſſis à Deo compelli; quamobrem ejus etiam corpus inde extra-

Miracula.

I

tractum ſub alio altari è regione illius, ubi corpus Jacobi Graffii repoſitum erat, collocatum fuit. Itaque iſti duo ſervi Dei, ſicut in vita ſua ſe invicem in Domino dilexerant, & plurimum virtutum ſimilitudine inclaruerant, ita & poſt obitum ipſis in ſepulchris ſeſe viciſſim honore proſequebantur, & alter alteri velut primas tribuere contendebat; ſi quis obſeſſus, vel infirmus ad ſepulchrum unius ſanitatem imploraturus accederet, ad alterum pergere jubebatur, ut poſtulata aſſequeretur; quod idem aliàs celeberrimis Sanctorum eveniſſe, ut mutuo ſe honore prævenirent, Dæmoniacos, alioſve ægrotos alter ad alterum curandos mittentibus, in Eccleſiaſticis hiſtoriis legimus. Non ſolum autem particulæ oſſium, aut veſtium Fr. Jacobi arreptitios, alioſque ægros ſanabant, ſed etiam pulvis collectus, etiam lateres ex ejus ſepulchro avulſi, & in diverſas regni partes delati curationum mirabilia ſolo tactu operabantur; eapropter utriuſque Jacobi ſepulchra ab ingenti multitudine cujuſvis generis languentium omni tempore frequentabantur, pluresque ſani, & integri domum redibant, & quod multo etiam majus eſt, plerique corde compuncti, & præterita errata plorantes, animæ etiam ſanitatem recuperabant. Fiebat igitur quotidie præter corporum curationem, fidei etiam, pietatis, devotionis, charitatis, ac cunctarum virtutum incrementum, quorum omnium mirabilium veluti teſtes locupletiſſimi plurimæ tabellæ coloribus ea exprimentes circa eorum ſepulchra appenſæ videbantur; ſed & omnes, qui illa ſenſerunt, viderunt, vel audierunt, uno ore clamabant, *mirabilis Deus in ſanctis ſuis*.

Ex ejus vita ms. à Jacobo Majorica tom. 1. *rerum memorabilium*, & ex *brevi chron.* 1. S. Severini à *Bened. Laudati* manu exarato part. 2. pag. 258. ex quibus habetur etiam doctrinæ famâ eum fuiſſe percelebrem, quam à Jacobo Graffio oretenus hauſiſſe crediderim, vel à Deo infuſam habuiſſe, nam ſtatus ejus conditio, & munia ab eo in religione jugiter geſta literarum ſtudiis eum vacare non videntur permittere potuiſſe, & denique ex Felice Egger Petruſiano *idea ord. Hierarc. Bened.* libell. 2. p. 3. differt. 3. n. 3. pag. 428., & ſeq. ubi tamen cum dicit Jacobum ex *nobili Magliulorum familia natum*, deceptum eum fuiſſe fatendum eſt, cum laudatus Majorica author coævus, & ocularis diſerte aſſerat, eum *obſcuris natalibus ſecundum ſeculi dignitatem exortum*, quod quidem in majorem ejus laudem cedit, qui ſtirpis ignobilitatem tantæ virtutis ſplendore illuſtraverit; *etenim familiæ hominum* (ut inquit S. Ambroſius) *ſplendore generis nobilitantur, animorum autem clarificatur gratia ſplendore virtutum*. *Lib. de Noe, & Arca.*

JACOBUS MAJORICA patria Neapolitanus, ex Hiſpania tamen oriundus, in eodem S. Severini cœnobio monaſticæ militiæ rudimenta poſuit anno 1605. ſub Jacobi Graffii diſciplinâ educatus, quod felix, fauſtumque illi fuit, in regulari obſervantia; & in omni virtute adeò profecit, ut tanto magiſtro diſcipulus dignus evaſerit. Adhuc puer, antequam cong. ingrederetur, eodem Graffio confeſſario utebatur, qui ejus indolem, ac deſiderium agnoſcens D. Benedicti inſtitutis nomen dandi, illi præcepit, ut totam ſanctiſſimi legislatoris noſtri regulam memoriæ commendaret; quod cum ſtrenue exequutus eſſet, ſingulis Sabbatis regulæ partem memoriter, & ex ordine ei recitabat. Cui rei ſimile quid legitur de Sancto Antonino Florentino Archiepiſcopo, qui cum puer à priore FF. Prædicatorum conventus S. Marci inter eos admitti poſtulaſſet, hoc ab eo reſponſum tulit, ejus ſe deſiderio facturum ſatis, dummodo intra breve tempus totum pſalterium memoriæ probe tradidiſſet Sicut ergo Antoninus adimpleta ea conditione, voti compos effectus eſt, ita I.

etiam

Digitized by Google

I etiam Majorica, monaſticam regulam, quam adeo ſtudioſe didicerat; profiteri meruit, obtento ab ipſo Graffi proprio, *Jacobi*, nomine, quod hactenus cuiquam imponi minime paſſus fuerat; magni ſane, ac præcipui erga illum amoris, ac præclaræ de eo conceptæ ſpei indicium; quamobrem Graffius identidem eidem Majoricæ dicere ſolebat, neminem ſe magis diligere, quam *Jacobum*, quamvis Majorica, intra modeſtiæ fines ſeſe continens, id ex joco à Graffio dici interpretabatur, quaſi de ſemetipſo id eſt Graffio hoc intelligeret.

II. Nec concepta de eo opinio Graffium feſellit: toto enim vitæ decurſu innocentiam, & columbinam ſimplicitatem prudenti tamen zelo monaſticæ diſciplinæ promovendæ conjunctam inviolatè retinuit. Ea de cauſa ſpiritualis vitæ colloquia puro, ſinceroque mentis intuitu cum ſodalibus ſæpe ſæpius miſcebat, ut eos ad regularis perfectionis deſiderium, & cæleſtis patriæ amorem inflammaret. Monaſtica paupertas illi ſemper ſummopere cordi fuit, eamque ſtudioſe admodum cuſtodivit. Erga ineffabile divinæ Incarnationis myſterium mirè affectus, ſummam animi pietatem in eo, aliiſque noſtræ redemptionis myſteriis jugiter contemplandis, oſtendebat. Otium quamdiligentiſſime devitans, reliquum ab oratione tempus, tum hiſtorica monumenta ad poſterorum utilitatem literis conſignando, tum morales philoſophorum, ſacraſque patrum ſententias, ad vitam recte inſtituendam colligendo, pie inſumebat; de quibus ejus lucubrationibus fuſius in noſtra bibliotheca, ubi de eo agimus, dictum eſt.

III. Cum ad ultimam ſenectutem perveniſſet, ad heroicæ patientiæ exercitium gravi à Deo infirmitate, velut aurum in fornace perdiù probatus fuit; nam toto triennio omnium artuum dolore vexatus, nec alio ſitu, niſi reſupinus decumbens, invicto ſpiritu, & hilari vultu non ſolum patientiſſimè cruciatus omnes tolerabat, ſed humillimas etiam Creatori grates pro his, aliiſque tota vita tranſactis ærumnis, tamquam ampliſſimis donis ſibi conceſſis, aſſiduè agebat, illud nimirum Apoſtoli ſecum animo reputans, *omne gaudium exiſtimate cum in tentationes varias incideritis*. Quod ſi aliquando mitiori frueretur hora, ad conſuetum lucubrandi ſtudium ſtatim redibat, ne in ſuis etiam eſſet infirmitatibus otioſus, ut de beata quoque Clara Aſſiſinate legimus, quæ cum per infirmitatem ad corporale exercitium ſurgere non poſſet, ſororum auxilio levabatur, fulcriſque ad terga appoſitis, mechanicum aliquod opus conficiebat, ut vel tunc labores manuum ſuarum manducaret. Tandem intimæ cum Deo, ejuſque divina voluntate unionis exemplum omnibus præbens die 10. Februarii illuceſcente aurora animam piiſſimè eidem reddidit anno 1669. Ex brevi chron. S. Severini mſ. Benedicti Laudati pag. 359. partis 2., & ex ipſiuſmet Jacobi Majoricæ rerum memorabilium tom. 1. ad ann. 1623.

S. ILLUMINATUS Picenus patriam habuit Semptempedam, ex cujus ruinis à Gothis, aut Langobardis everſæ, urbs, quæ nunc *S. Severino* dicitur excrevit. Fuit monachus ordinis S. Benedicti in monaſterio S. Mariani urbis ejuſdem, ubi antiqua traditio eſt, cum monachis inſerviſſe, & ut monachus Benedictinus oſtenditur antiquitus pictus fuiſſe; ut etiam demonſtrat inſcriptio, quam Cancellottus ex manuſcripto profert, ſcilicet *Illuminatus D. Benedicti monachus vir fuit celebris ſanctitatis, & ſepultus in eccleſia S. Mariani, quæ erat ejus cœnobium*. Hoc autem Divi Mariani cœnobium, quod olim pertinebat ad monachos Benedictinos, nunc appellatur monaſterium S. Catharinæ, & à monialibus etiam ordinis S. Benedicti incolitur, ibi corpus ejuſdem S. Illuminati adhuc integrum ſub ara maxima religioſè aſſervabatur, nunc autem

autem in peculiari ſacello novæ eccleſiæ, ejus nomini dicato, an. 1657. ut refert Jo: Marangonius in *Theſauro Parochorum* tom. II. fol. 233. n. 6. de quo laudatus Jo: Baptiſta Cancellottus San-Severinas Soc. Jeſ. lib. 4. vitæ S. Severini epiſcopi Septempedani, rem mirabilem, & myſterio dignam refert, quod ſcilicet idem corpus caput ſuum vertit ſemper ad dextrum latus aſpiciens verſus chorum ſanctimonialium, neque potuerit ullo modo in alium ſitum tranſferri, hocque in ſignum amoris, quo è cælo ejus beata anima moniales ibi degentes adhuc proſequitur. Ejus quoque pallium ſæpiſſimè defertur ad ægrotos, cujus tactu multæ curantur infirmitates, ejuſque feſtum ibidem ſolemniter agitur V. Idus Maji. Præneſte quoque in Latio hujus S. Illuminati quædam reliquiæ in eccleſia S. Roſaliæ aſſervari, nuper accepi. De eo Martyrologium Romanum die undecima menſis Maji. Lucas Wadingus in additionibus ad primum tomum annalium minorum n. 3. Jo. Baptiſta Cancellottus loc. cit. Philippus Ferrarius de Sanctis Italiæ, ubi tamen errat, hunc S. Illuminatum aſſerens fuiſſe S. Franciſci Aſſiſienſis ſocium, & alumnum, quem Ferrarium ſecutus eſt Brautius in Martyrol. poetico. Verum hunc S. Illuminatum Aſſiſii obiiſſe, atque ſepultum fuiſſe eſt antiqua Minoritarum traditio, eumque ad quintam Maji refert in Martyrologio Franciſcano Arturus; imo Sanctus Illuminatus Septempedanus, alius omnino eſt à S. Illuminato Typhernate eremita, qui in monte Albano vixit, de quo Bollandus, ac Ferrarius ad diem VIII. Julii. Authores Bollandici Maji tom. 2. ad diem 11. fol. 706. ſed quod iidem mirantur, non celebrari hujus S. Illuminati memoriam in faſtis Benedictinis, occaſionem nobis dedit, hæc, quæ ſupradiximus de S. Illuminato, hic referendi, ne ipſi, neque alii deinceps idem exprobrare monachis jure poſſint, cum alioquin extra inſtitutum noſtrum hoc prorſus ſit; nam S. hic Illuminatus annis plurimis ante Caſinenſem congregationem floruit, cujus congregationis viros ſanctitatis fama illuſtres hic enarrandos ſuſcepi.

I

FRATER JOANNES Genuenſis patria, cum adhuc juvenis ſæcularis eſſet, Philippus vocatus, percelebri abbati D. Aloyſio M. de Auria aliquandiù inſervivit; ſed ex fortuita lectione vitæ, ac revelationum Divæ Gertrudis, mox alterius libri ſpiritualis, quem Pater Dominicus à Jeſu Luſitanus ex ordine eremitarum D. Auguſtini, apud Marrochium in captivitate conſtitutus, *de laboribus, ac pœnis Salvatoris noſtri Jeſu* compoſuit, ad meliorem vitam capeſſendam vehementer incitatus fuit; conceptumque propoſitum de monaſticâ religione ineunda tunc demum adimplere cæpit, cum paulò poſt in cadavere juvenis, itemque nobilis, ac nuper pulcherrimæ fœminæ, quod in eccleſia, pro inferiis poſtridie celebrandis, noctu expoſitum erat, rerum omnium mortalium caducitatem, & humanæ conditionis miſeriam, ac fragilitatem clarius agnovit. I.

Ital'ce de Travagli di Gesù.

Itaque duobus illis ſupra recenſitis libris, quos aſſiduè deinceps pervolutavit, ad ſanctitatis faſtigium veluti ducibus, toto conatu contendens, mundoque, & rebus ejus omnibus vale dicens, converſorum habitum (commiſſos vocamus) in monaſterio S. Mariæ de Cæſena, ubi arctior regularis diſciplinæ obſervantia vigebat, enixè poſtulans, impetravit: Ibi pedem, & cor ſuum fixit, nec umquam poſthac ex illo egredi voluit; ſed obedientiæ jugo humiliter ſe ſubjiciens, magna ſpiritus hilaritate viliora quæque cœnobii munia libentiſſime obivit. Temporis ſedulus, ac providus diſpenſator, viginti, quibus ibidem vixit annis, ne ullo quidem momento otiari viſus eſt. Diem, ejuſque horas accurate adeò diſponebat, ac partiebatur, ut non ſolum nihil de ſibi demandatis officiis ullatenus præteriret, ſed tempus quoque ei ſuppeteret, II.

quo

I

quo ſingulis aliis monaſterii officinis opportune adeſſe, ac miniſtrare, & ſodales peramanter adiuvare poſſet, conſuetam interea, orationem, & ſpiritualem lectionem, die, noctuque ſtrenue frequentans; nam unaquaque nocte ſupra commiſſorum ſepulchrum extenſis brachiis procumbens, mortem meditabatur: Tribus deinde horis ante ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum brachiis ſimiliter in crucis formam deductis ferventiſſime orabat: Denique aſperrimis ſe flagellis cruentans, interimque Salvatoris noſtris labores, & paſſionem recolens, noctis vigilias, veluti interna ſpatia ſpiritualis militiæ diviſa, Chriſti excubitor, & vigil impigrè abſolvebat.

In noctibus extollebat manus ſuas in Sancta, & benedicebat Dominum.

III. Ex hac porrò adeò inſigni in Deum religione tamquam ex ampliſſimo fonte, reliquarum virtutum limpidiſſimi rivuli jugiter emanabant: Eas inter primas obtinebat eximia in proximos, præſertim infirmos, eoque magis morti proximos charitas; his enim ſolicitè admodum præſto erat, eorumque tum corpora utili ſervitio recreabat, tum etiam animas ſanctorum patrum dictis, divinæque ſcripturæ ſententiis mirum in modum ſolabatur, & ad bene moriendum ſapientiſſime comparabat. Humilitatem, manſuetudinem, ac patientiam in cunctis actibus ſummam præſeferebat, vultu autem lætitiam ſemper oſtendens, intuentes, exhilarabat, & affabili, dulcique colloquio corda demulcens, à vitiis homines retrahebat, & ad virtutem amplectendam acriter incitabat. Ejus vero modeſtia, abſtinentia, & continentia paucis explicari non poſſunt. Erga beatiſſimam Deiparentem, divas Gertrudem, & Methildem tenerrima pietate præditus, ſtudioſiſſimum eiſdem, ut cuique par eſt, cultum exhibebat.

IV. Tanto igitur Dei amore ſuccenſus, ad eum jaculatoriis precibus, veluti ignitis telis jugiter aſpirabat, hanc potiſſimum gratiam ab eo ardentiſſime flagitans, ut abſque longa infirmitate (ne aliis oneri, ac moleſtiæ eſſet,) ſibi mori contingeret; nec aliud, præter extremam unctionem, ſibi miniſtrari Sacramentum tunc opus eſſet. Annuit ejus votis omnipotens; nam anno 1718. die 1. Novembris ſanctis omnibus ſacrâ, cum pridie, peccatorum confeſſione præmiſſa, divinam Euchariſtiam, ut ei frequens mos erat, reverentiſſime ſumpſiſſet, è menſa repente ſurgens, & ad cellam feſtinans, utque ſanctiſſima unctio ſibi deferretur ſemel, & iterum rogans, ac ſi rei mox futuræ jam eſſet præſcius, in lectulo reſupinus ſeſe compoſuit, ſupra pectus Crucifixi imaginem, unaque D. Gertrudis, & P. Thomæ à Jeſu dilectiſſimos libros manibus tenens; ibi validiſſima apoplexia correptus, intra unius horæ ſpatium, ſanctæ unctionis, ut optaverat, Sacramento munitus, placidiſſimè ſpiritum Deo reddidit, ætatis ſuæ anno quinquageſimo quarto. Quod idem fere olim contigiſſe Sancto Cingurino fratri pariter converſo in monaſterio Floriacenſi, qui pridie quam in extremam infirmitatem incideret, licet integrâ valetudine uteretur, conſerri ſibi extremæ unctionis Sacramentum enixis precibus poſtulavit, præſentiens nimirum, quid ſibi poſterâ luce eventurum erat, legimus in bibliothecâ Floracien., & in anno Benedictino Jacobinæ Bovette de Blemeur Italicè reddito tom. 5. pag. 244. ad diem 27. Septembris.

V. Hæc autem quæ de Fr. Jo: narravimus, breviter quidem, & parcè, ſed tamen ita, ut ſatis ſit ad ea confirmanda, innuuntur in epiſtola encyclica, de ejus obitu, ad ſingula monaſteria, ut noſtra, de unoquoque congregationis defuncto, fert conſuetudo, tranſmiſſa, his prorſus verbis „ Il giorno però antecedente fece la ſantiſſima Communione, come era ſolito, far ſempre „ per profittarſi nello ſtato religioſo, in cui con molta edificazione anche de „ ſecolari, ſi valeva del tempo per impiegarlo nell' adorazione del Santiſſi-

„ mo

Digitized by Google

I

„ mo Sacramento: Queſti, ed altri divoti exercizj me lo fanno ſperare a go- „ dere la patria celeſte &c.„ reliqua à monacho omni fide digno Hip. Pugnetto qui eodem tempore Cæſenæ vixit, & Fr. Joannis acta omnia, & conſilia intimè novit audivimus.

INNOCENTIUS patria Novarienſis, Florentiæ in cœnobio S. Mariæ monachis noſtris adſcriptus eſt anno 1506. die 7. Junii: Fuit autem ſicut nomine, ita etiam vitâ, ac moribus prorſus innocentiſſimus: Nam in primis profundam humilitatem, & ſui ipſius contemptum, quæ magnorum virtus eſt, in omnibus ſuis actibus ad omnium admirationem, & imitationem ſemper præſetulit; carnis vero macerationem jejuniis, ac vigiliis indeſinenter proſequutus eſt. Adhuc enim juvenis integras ſæpe noctes, orationi, ac ſtudiis intentus ducebat inſomnes; Senex vero non rarò ad nocturnam ſinaxim ceteros præveniebat: Videbatur ſane vultu, ipſoque inceſſu ſubaſperam quandam gravitatem, & antiquum diſciplinæ monaſticæ rigorem, & ſeveritatem redolere; ſed qui propiùs accedentes, familiariter viro utebantur, miram in eo dulcedinem, benignitatem comperiebant. Floruit quidem nobiliorum ſcientiarum intima peritia, ſed earum omnium gloriam ſcientia Sanctorum longe ſuperavit. Hujus, aliarumque virtutum merito creatus abbas, viginti ferme annorum ſpatio præcipua monaſteria, tum quæ in Sicilia, tum quæ in Italia habemus, Ravennatenſe, Prataleenſe, Florentinum, Caſinenſe, totam inſuper congregationem viſitatoris primùm, præſidis deinde munere prudentiſſimè gubernavit: quo tempore duo valde memorabilia, ſummaque laude digna facinora patravit. Primum Florentiæ, ubi una cum Seren. Eleonora Toletana M. Etruriæ Duciſſa, cui erat in paucis charus, omnem lapidem movit, ut Patres Soc. Jeſu in eam urbem admitterentur, quod feliciter contigit anno 1551. Alterum Caſini, ubi jus, atque officium civiles cauſas cognoſcendi, ac judicandi in civitate Sancti Germani, quod abbates commendatarii cuidam San-Germanenſi olim conceſſerant, ejuſdem ſacri cœnobii archimandritæ poſtliminio reſtituendum curavit anno 1554. Cum univerſæ congregationi, nedum ſingularibus cœnobiis non minus emolumenti quam decoris magis, magiſque in dies attuliſſet, ad cæleſtem patriam vitæ, ac mortis juſtiſſimus arbiter Venetiis apud S. Georgium majorem illum tranſtulit anno 1557. cum ibidem abbas tunc eſſet.

Mortuo enim ante majora Comitia D. Laur. Zampeil. à Mantua Præſide, Innocentius utpote primus viſitator, ut noſtræ jubent conſtitutiones, in ea dignitate ſucceſſit.

Ex necrologio monachorum abbatiæ Florentinæ pag. 26., & ſeq. Ex Arnoldo Wione lign. vit. l. 1. cap. 16. pag. 30. n. 15. Marco Antonio Scip. in elog. abb. caſ. pag. 168. & ſeq. primæ edit. Neapol. an. 1630. Placido Puccinello in chron. abb. Florent. pag. 84., & ſeq. iterumque in app. hiſtor. de vir. illuſtribus ejuſdem abb. Florent. pag. 26. denique ex Lazaro Aug. Cotta in muſæo Novarienſi pag. 307. ubi tamen mendum eſt in epocha ejus obitus, qui ibi anno 1549. aſſignatur, cum omnes alii laudati authores anno 1555. eum contigiſſe affirment.

Alias in Horodyſet.

„ JOANNES BAPTISTA à Brixia monachus olim, & decanus cœnobii Sanctorum Fauſtini, & Jovitæ, abbas poſtea Caſtro Caſinenſis (in Polonia) „ de quo oculatus teſtis Polonus ſcribit, quod *puerum ad vitam revocavit*. Cor- „ poris ergaſtulum reliquit anno 1679. Ejus veſtimenta aſſervantur uſque ho- „ die pro ſacrarum reliquiarum theſauro Brixiæ in profeſſionis ejuſdem cœ- „ nobio, in quo, totaque urbe, & provincia celebris admodum eſt ejus me- „ moria. „ Ita prorſus, ac totidem verbis Felix Egger Petruſianus idea ord. Hierarch. Bened. libello 2. par. 3. diſſert. 3. n. 3. pag. 413., & ſeqq.

Sed quod Egger aſſerit de veſtium ejus cuſtodia in monaſterio *ſuæ profeſſionis*,

F mini-

I minime verum eſſe, accepi nuper ab amico meo monacho noſtræ Congregationis docto, ac diligenti brixiæ in S. Euphemia commorante, qui de hac, aliiſque rebus, ad Joannem Baptiſtam ſpectantibus à me requiſitus, epiſtolâ ad me data die 14. Octob. an. 1728. reſpondit, numquam ejus veſtes è Polonia Brixiam fuiſſe allatas, aut ibidem extare, ſed potius opinari ſe (nec ſane longe à veroſimili) pro cœnobio *depoſitionis*, monaſterium *profeſſionis* ab Egger poſitum fuiſſe. Cæterum addit idem amicus, Jo. Baptiſtam prodiiſſe ex nobili, & perantiqua familia *Federici*, quæ in valle Camonica agri Brixiani inſigni portione, etiam nunc admodum floret: doctrinâ æque, ac probitate eximiâ Parochi officio, autequam iu Poloniam proficiſceretur, in monaſterio SS. Fauſtini, & Jovitæ perſunctum, ejuſque apud Brixienſes memoriam adhuc eſſe in benedictione; apud monachos vero noſtros, novum monaſtici ordinis inſtauratorem in Polonia, & abſolutiſsimum ſanctimoniæ exemplar eum paſsim audire, qui ſanctiſsimi patriarchæ noſtri Benedicti gloriam, & decus, verbis, ac factis egregie tutatus, virtuteſque imitatus ſit; ejus vero monaſticam profeſsionem anno *1646.*, die 30. Nov. contigiſſe; tyrocinium poſuiſſe Venetiis in S. Georgio majore. Obiiſſe ætatis anno 47., ut ex epiſtola encyclica de ejus obitu e Polonia miſſa, in qua etiam aſſerebatur, ad ejus ſepulchrum plura miracula eveniſſe.

I. JOANNIS BAPTISTÆ NANI patritii Veneti D. Georgii majoris Venetiarum alumni, ſanctitatis opinione clariſſimi, vita, ac virtutes hic mihi breviter, (ut ſoleo) deſcribendæ forent, ſed cum vitæ ejus elogium à Marco Antonio Scipione monacho ex noſtris, celeberrimo, ac elegantiſſimo elogiaſte, qui ejus confeſſiones Placentiæ biennio excepit, eique morienti adſtitit, exaratum ſit, & a Gabriele Bucellino (tanto viro) cui illud Scipio communicavit, integrum, ipſiſque ejuſdem verbis publici iuris factum in Benedicto Redivivo ad an. *1633.* pag. *238.*, non abs re me facturum exiſtimo, ſi illud ipſum huc ego quoque prorſus immutatum tranſtulero, cur Nani res geſtas melius, ac utilius à me deſcribi poſſe, vere, ac ingenue, diffitear; ita ergo Scipio.

Joannes Baptiſta Nani.

I. „ Adoleſcens pietatem, humanioreſque diſciplinas in ſeminario Romano edoctus eſt; rei maritimæ poſtmodum, Venetæ nobilitatis inſtituto, aliquandiu operam navavit; tum Pariſiis biennio, mox triennio Madriti cum reipublicæ ad eos reges oratoribus exacto, non vulgarem ex aulis, & diverſarum gentium conſuetudine uſum, ac prudentiam collegit. E' Gallis Belgium, & Germaniam, ex Hiſpania Luſitaniam omnem, animi gratiâ, peragravit. Venetias regreſſus alia ex aliis munera publico bono ad annum ætatis trigeſimum ſextum prudenter adminiſtravit; Quo tempore introſpectâ divinitus rerum caducarum, quæ fucato ſplendore mortalium mentes excæcat, inaniſſima vanitate, animum honoribus, ac ſæculo multam ſalutem dicere, ne ſuæ ſaluti dicere cogeretur, induxit.

Studia ejus.

Ejus in Rep. munera.

II. „ Ergo ad S. Georgii majoris Venetiarum monaſticen profeſſus, ex D. Benedicti placitis omnem cœnobii diſciplinam, & minutiſſimos quoſque ritus, cujuſvis prærogativæ, & immunitatis colorem fugitans, ſtrenuè ſectabatur. In obeundis humilioribus obſequiis promptus, & alacer, non erubuit inter juniores ſocios, homo id ætatis, à Veneta nobilitate, gravisſimiſque Senatoribus videri publicè, dum eas functiones exerceret, quæ primo ad religionem ingreſſu, tyronibus committi ſolent, utpote leviores, & puerilibus annis, atque imbecillitati magis accomodatæ: Noverat enim Chriſtianæ Philoſophiæ præcepta in religioſo licæo addiſcere volenti, cum

Fit Monachus

Anno 1619.

Animi demiſſio.

„ cæte-

„ cætera ſæculi perverſa dogmata, tum verò in primis præpoſteram recti ve-
„ recundiam dediſcendam eſſe, maximumque adultæ ſapientiæ argumentum,
„ repueraſcere in Chriſti gratiam, ac deſipere.

I

Repueraſcere Sanctum.

III.

„ Abſoluto tyrocinio, laxiùs vivendi opportunitatem, ad arctiorem inſtituti cu-
„ ſtodiam traduxit, haud ignarus, illiberalem eos, ac miſeram ſervitutem
„ in clauſtris ſervire, qui ſe in libertatem, quam libere numini addixerint,
„ denuò conentur aſſerere: contra verò honeſtiſsimam eſſe, ac jucundiſsimam
„ eorum conditionem, qui ſemel ultrò admiſſa votorum vincula ſtudio-
„ ſiſsime præcavent, ne diſſolvantur, neve tempore procedente, minus fir-
„ ma evadant, & laxiora. Intra cellulam, quamdiutiſsime latebat, ſtudio-
„ ſus ſilentii cultor, & ſicuti amans continebat ſeſe, non deſidiæ, & otio,
„ ſed rerum divinarum contemplationi, lectioni ſacræ, ac ſtudiis litterarum
„ perpetuo vacans. Imbecilli, ac fracta valetudine cum uteretur, & jugi,
„ ac moleſtâ pituitâ laboraret, crebrâ deambulatione effætum corpus recrea-
„ bat, loco tamen, quam poterat, remotiſsimo, ne cui moleſtiæ, vel impe-
„ dimento eſſet, etiam ut tum ſecum ipſe multo præſtantioris philoſophiæ
„ exercitationi, quam peripatetici olim deambulando, inſiſteret.

Ejus cura in votorum obſervatione.

Studium contemplationis.

IV.

Die, noctuque divinis laudibus celebrandis intererat ſemper, quo in genere
„ piam eſſe animi alacritatem, & inflammatum ſtudium teſtabatur, inter
„ primos acceſſus ad chorum, inter noviſſimos receſſus. In exteriore totius
„ corporis membrorum habitu ad eximiam religioſæ modeſtiæ ſpeciem con-
„ formato, interior animi tranquillitas, & pulchritudo elucebant. Macies,
„ ac pallor vultus, quos inedia, vigiliæ, ac ceteræ vitæ rigidioris incommo-
„ ditates, non parum indulgentis naturæ ſeveritas invexerant, plurimum
„ illi venerationis, ac reverentiæ conciliabant, nec vulgarem pietatis ſenſum
„ afflabant intuentibus.

Chori labor Deo gratus.

V.

„ Ne firmiſsimo ad omnem virtutem, & ſanctimoniam præſidio, bonorum-
„ que omnium copioſiſſimo fonte ſeipſum propriâ ſocordiâ fraudaret, Miſ-
„ ſam quotidie faciebat, præclaram inter litandum religioſi animi ſignifica-
„ tionem præſeferens. Ad aram niſi vocis, ac mentis precatione, diù, at-
„ tenteque meditatus non accedebat: qui ſciret, quanto non ipſi ſtudio, ani-
„ mique puritate ad diviniſsima myſteria comparaverimus, tantumdem ex
„ iis ſolere in nos utilitatis, ac fructus derivari; Ab omni faſtu, ac jactantiâ
„ prorſus abhorrens. de ſe ipſo, generis, ac patriæ ſplendore, muneribus
„ in republica geſtis, nationum, quas vidiſſet varietate, ac moribus, regum
„ aulis, in quibus diù commoratus fuiſſet, numquam loquebatur, niſi ab
„ aliis interrogatus, idque etiam perparcè, ac pœne invitus.

In Miſſa celebranda aſſiduus.

Ab omni faſtu alienus.

VI.

„ Magiſtratus vero, ac dignitates in religione, tantum aberat, ut quæreret,
„ ambiretque, ut nihil accuratius fugeret, nihil pertimeſceret vehementius,
„ in humili, ac laborioſo privatæ vitæ ſtatu ſub obedientia jucundiſsimè con-
„ quieſcens; ut mihi verè videar poſſe affirmare, mortem illi tum alias ob
„ cauſas, tum ob eam præſertim jucundiſſimam fuiſſe, quod nullis dum mo-
„ naſticæ diſciplinæ præfecturis functus, vitæ curſu peropportunè fungeretur;
„ Id vero Chriſtianæ demiſsionis ſublimitati, non abjectioris animi diffiden-
„ tiæ, ac languori adſcribendum eſſe argumento ſunt, in quotidianis mini-
„ ſteriis, quæ illi demandabantur, mira in obeundo ſedulitas, ac pruden-
„ tia; ſed quo ſtudio altiores gradus, ac ſpecioſiora munera declinabat, eo-
„ dem vulgarium functionum occupationes, ac abjectiora miniſteria ſecta-
„ batur.

Prophana abhorret loqui.

Mors illi jucundiſſima.

Sedulus in demandatis.

VII.

„ Trium votorum, quæ in religioſa profeſsione nuncupaverat, diligentiſsi-

Digitized by Google

„ mum cuſtodem ſe præſtitit , nam integritatis , ac pudicitiæ ſtudium , & cu-
„ ram ſingularem , ſomni breves , productæ vigiliæ , parcior cibatus , & per-
Vitæ integritas. „ petuum ferme jejunium , multa frigoris , & æſtus perpeſsio , caſtiſſimi ſer-
„ mones , otii fuga , vel eo tacente diſertiſſimè omnibus pervulgabant : Pau-
„ pertatem vero ita colebat , ut ejus duritiem , & incommoda videretur ha-
Pœnitentia. „ bere in deliciis . Omni ſuperfluitate reſecta , res omnes ad vitæ uſuram ne-
Paupertas. „ ceſſarias ita uſurpabat , ut illud ex regula ſecum repetens (*Monachus omni*
„ *extremitate contentus ſit*) vetuſtiora novis , deteriora melioribus præferret .
„ Hinc cubiculum non alio periſtromate , quam religioſæ nuditatis ornatu
„ ſpectabile : Hinc habitus decens , non elegans , tenuis , non ſordidus . Hinc
„ in libris , & reliqua ſuppellectile nihil exquiſitè cultum , aut comptum : nul-
„ la , curioſitas nulla ſæculum redolens , inanemque virtutis animum conte-
„ ſtans accuratior concinnitas viſebatur : Si quos in cœnobiis aſpiceret com-
„ ptiores, eorum vicem, & imprudentiam vehementer admirari ſolebat, ac do-
„ lere , quippe qui caſtiſſimam religioſi amictus ſpeciem proſano cultu cor-
„ rumpentes, non ſine gravi totius ordinis injuria, & dedecore, ipſis etiam pro-
„ ſanis hominibus , vel mediocri , ſeu probitate , ſeu prudentia præditis , ul-
„ tro ſe ipſi vaniſſima oſtentatione irridendos propinarent , eademque arte ,
„ atque induſtria , exiſtimationis, ac famæ jacturam facerent, qua inanem glo-
„ riolam, & nominis celebritatem aucupari conarentur . Nam ſicuti monaſtici
„ veſtitus honeſtiſſima ſimplicitas regibus olim in pretio , & admiratione fuit,
„ ita nunc ſacrarum veſtium decorem adſcititii nitoris , & elegantiæ fuco
„ contaminatum ipſi, etiam vulgo , & infimæ plebeculæ deridiculo eſſe conſpi-
In Apolog. ad Guliel. abbatem. „ cimus , ac contemptui ; ſiquidem mollia indumenta (ex D. Bernardi veriſ-
„ ſimo ſenſu) animi mollitiem indicant , & vanum cor vanitatis notam inge-
„ rit corpori ; nec tanto ſtudio corporis cultus curaretur , niſi mens prius ne-
„ glecta , fuiſſet inculta virtutibus (ut in hæc tempora nimium ex vero cade-
Ibidem. „ re videmus illud ejuſdem doctoris , *Jam religionis antiquæ non ſolum virtu-*
„ *tem amiſimus , ſe nec ſpeciem retinemus , habitus noſter , qui humilitatis eſſe*
„ *ſolebat inſigne , à monachis noſtri temporis in ſignum geſtatur ſuperbiæ .*)
VIII. „ Pecuniæ vero uſum ita oderat , ut ab ejus etiam contrectatione , & aſpectu
„ vehementer abhorreret; nec nummos apud ſe, quamvis perexiguo numero,
Memorabile exemplum. „ vel tempore , nec in itinere conſtitutus reſidere patiebatur . Venetiis in D.
„ Georgii ſodalitio , quamvis ad religioſos uſus quoſcumque omnia ſibi ab
„ cœnobii œconomus proliχiſſimè polliceri poſſet ; nihil tamen ultra neceſſita-
„ tem quæſivit umquam, vel admiſit. Sub religioſam profeſſionem præter inſi-
Nihil ultra neceſſitatem. „ gnem pecuniæ vim in præſens numeratam , annuos ſcutatos biſcentum ſa-
„ crario de paterna hæreditate legaverat ; de hac ille nummorum ſumma ,
„ tantum abeſt , ut in veſtes , libros , aliaſve hujuſmodi res quidpiam ſuo no-
Paupertas vera, paupertas hæc eſt. „ mine expendi curaverit , ut ne præſens quidem eſſe , cum per agnatos quo-
„ tannis accuratiſſime publicis cœnobii miniſtris repræſentabantur, ſuſtineret .
IX. „ At vero obedientia , virtutum omnium parens , ac cuſtos præcipua ſolicitudi-
Obedientiæ virtus. „ ne culta ſemper ab eo eſt , privatis ſtudiis , tametſi pietatis ſpecie , & ſpiri-
„ tualis profectus lenocinio blandirentur , promptiſſimo animo prælata ; quo
„ etiam fiebat , ut vitæ communis , & diſciplinæ ſectator acerrimus conven-
„ tus publicos perpetuò frequentaret , indictaſque omnibus functiones ſtudio-
„ ſiſſime amplecteretur . A ſuſcepta religione ad extremum uſque ætatis an-
„ num carnium eſu , niſi gravi morbo implicitus decumberet in lecto , abſti-
Abſtinentia. „ nuit ſemper , quo difficilius factu videbatur illi perſuadere , ut ſtomacho in
„ pejus quotidie prolabenti conſulturus , carnes eſitaret , tum ipſomet ſto-
„ ma-

„ macho reclamante, qui meliores cibos magis aſpernaretur, ac reſpueret, I
„ tum animi decreto protractam ad illud tempus vivendi rationem, niſi peri-
„ culoſa ægritudo intercederet, ad obitum uſque mordicus retinendi. Nihi-
„ lominus admonenti mihi, (quem vitæ ſuæ moderatorem eſſe voluerat) *Ejus confeſſarius.*
„ ut ſolidioribus eſcis confirmandæ virium imbecillitati paulatim aſſueſceret,
„ nihil contra in excuſationem prætexens, promptiſſimo animo obſequen-
„ tem ſe præſtitit. Si quando ſuperiores ob tenuem hominis conſtitutionem,
„ & provectiores annos, in publica cœnobii munerum diſtributione, quæ
„ paulò laboroſiora, atque humiliora putantur, immunem illum reliquiſſent,
„ ferre non poterat, cæteris in opere verſantibus, nullum ſibi onus ſoluto,
„ ac libero ferendum eſſe; nec quieſcebat quoad modeſtiſſimis precibus im-
„ petrata beneficii loco miniſterii cujuſpiam exercitatione, laboris immuni- *Viliſſima expetit.*
„ tatem illam à ſe deprecaretur.

„ Agebat jam annum quinquageſimum, vitæ monaſticæ quartum decimum, X.
„ cum lethali febri correptus eſt. Toto ægritudinis tempore nulla vox in per- *Extrema infirmitas.*
„ ferendo morbo, admittendiſque medicamentis perturbati animi veſtigium,
„ nulla productioris vitæ cupiditatem, nulla propinquantis mortis horrorem,
„ vel metum præſeferens audita, lamentationes nullæ, nulli quæſtus, ſed
„ æquitas animi, moderatioque ſumma, & admirabilis quædam in omnibus
„ cum divina voluntate conformatio: Aliquot ante menſibus, quam ſupre-
„ mùm ægrotaret, audivi ex eo, cum diceret, arbitrari ſe, fore, ut quam
„ primum diſcederet è vita, quippe qui vires quotidie prolabi, & notabilem *Reſignatio mentis.*
„ in modum deficere ſentiret, & ſuæ ſtirpis nullos laborantes itidem ex ſto-
„ macho, brevioris, ævi fuiſſe recordaretur.

„ At vero cum graviùs decumbenti in lecto ſemel aſſiderem, meus frater (in- XI.
„ quit) hoc eodem invaletudinis genere conflictatus, annoſque totidem na-
„ tus, quot ego nunc, naturæ conceſſit; ſignificans quæ antea mecum de vi-
„ cina morte commemoraſſet, ea in præſens certiſſimo rei eventu compro-
„ bari. Demum tertio decimo ægritudinis die, ſuſceptis eximiæ pietatis ſpe- *Mors felix.*
„ cie ſalutaribus ſacramentis, ingraveſcentis morbi vehementiæ ſuccumbens,
„ animam placidiſſimè exhalavit anno 1633. die 25. Februarii. Omnium *Magna viri eſtimatio.*
„ animos, qui aderant gravis religioſâ permixtus jucunditate mæror invaſit,
„ eo ſublato, cujus ad ſuperos felici demigratione (ut ſpes eſt) ita congaude-
„ bant, ut chariſſimi interim ſodalis religioſiſsimo convictu, & caſtiſsimæ
„ diſciplinæ documentis orbatos ſe, ac deſtitutos ferrent ægerrimè.

„ Præclara Jo: Baptiſtæ virtus, ac probitas per omnem ſodalitatem noſtram XII.
„ evulgata, celebre illi nomen, ingentemque apud omnes venerationem
„ comparavit; hæretque in animis omnium ea penitus infixa opinio, inter
„ Caſinenſis congregationis alumnos, qui multis ab hinc annis vitæ ſanctio-
„ ris titulo maximè illuſtres memorantur, Joanni Baptiſtæ Nano haud igno-
„ bilem locum merito ab omnibus aſsignari. Deceſsit Placentiæ in D. Sixti
„ monaſterio, ubi alterum jam annum ex animi ſententia traducebat, viciſ-
„ ſim ipſe toti ſodalitati acceptiſsimus. Defuncti cineres, & oſſa peculiari tu- *Quanti fiebat.*
„ mulo Placentini patres concluſerunt, quo aptius peculiarem in ipſum amo-
„ rem, atque obſervantiam teſtarentur. „

Hæc Scipio apud Bucellinum, at patres Soc: Jeſu, ſeminarii Romani virtute illu-
ſtrioribus alumnis, Joannem Baptiſtam Nanum adſcripſerunt, magnæ aulæ
ejuſdem Seminarii, ipſum referente appenſa tabella, tali addito elogio.

„ Joannes Baptiſta Nanus patritius Venetus S. R. convictor anno 1601. plu-
„ rium legationum ad reges onus Gigas primum ſuſcipit; deinde S. Benedi-
„ cti

I

„ mum cuſtodem ſe præſtitit, nam integritatis, ac pudicitiæ ſtudium, & cu-
„ ram ſingularem, ſomni breves, productæ vigiliæ, parcior cibatus, & per-
„ petuum ferme jejunium, multa frigoris, & æſtus perpeſsio, caſtiſſimi ſer-
Vitæ integritas. „ mones, otii fuga, vel eo tacente diſertiſſimè omnibus pervulgabant: Pau-
„ pertatem vero ita colebat, ut ejus duritiem, & incommoda videretur ha-
Pœnitentia. „ bere in deliciis. Omni ſuperfluitate reſecta, res omnes ad vitæ uſuram ne-
Paupertas. „ ceſſarias ita uſurpabat, ut illud ex regula ſecum repetens (*Monachus omni*
„ *extremitate contentus ſit*) vetuſtiora novis, deteriora melioribus præferret.
„ Hinc cubiculum non alio periſtromate, quam religioſæ nuditatis ornatu
„ ſpectabile: Hinc habitus decens, non elegans, tenuis, non ſordidus. Hinc
„ in libris, & reliqua ſuppellectile nihil exquiſitè cultum, aut comptum: nul-
„ la, curioſitas nulla ſæculum redolens, inanemque virtutis animum conte-
„ ſtans accuratior concinnitas viſebatur: Si quos in cœnobiis aſpiceret com-
„ ptiores, eorum vicem, & imprudentiam vehementer admirari ſolebat, ac do-
„ lere, quippe qui caſtiſſimam religioſi amictus ſpeciem profano cultu cor-
„ rumpentes, non ſine gravi totius ordinis injuria, & dedecore, ipſis etiam pro-
„ fanis hominibus, vel mediocri, ſeu probitate, ſeu prudentia præditis, ul-
„ tro ſe ipſi vaniſſima oſtentatione irridendos propinarent, eademque arte,
„ atque induſtria, exiſtimationis, ac famæ jacturam facerent, qua inanem glo-
„ riolam, & nominis celebritatem aucupari conarentur. Nam ſicuti monaſtici
„ veſtitus honeſtiſſima ſimplicitas regibus olim in pretio, & admiratione fuit,
„ ita nunc ſacrarum veſtium decorem adſcititii nitoris, & elegantiæ fuco
„ contaminatum ipſi etiam vulgo, & infimæ plebeculæ deridiculo eſſe conſpi-
In Apolog. ad Gulielm. abbatem. „ cimus, ac contemptui: ſiquidem mollia indumenta (ex D. Bernardi veriſ-
„ ſimo ſenſu) animi mollitiem indicant, & vanum cor vanitatis notam inge-
„ rit corpori; nec tanto ſtudio corporis cultus curaretur, niſi mens prius ne-
„ glecta, fuiſſet inculta virtutibus (ut in hæc tempora nimium ex vero cade-
Ibidem. „ re videmus illud ejuſdem doctoris, *Jam religionis antiquæ non ſolum virtu-*
„ *tem amiſimus, ſe nec ſpeciem retinemus, habitus noſter, qui humilitatis eſſe*
„ *ſolebat inſigne, à monachis noſtri temporis in ſignum geſtatur ſuperbiæ*.)

VIII. „ Pecuniæ vero uſum ita oderat, ut ab ejus etiam contrectatione, & aſpectu
„ vehementer abhorreret; nec nummos apud ſe, quamvis perexiguo numero,
Memorabile exemplum. „ vel tempore, nec in itinere conſtitutus reſidere patiebatur. Venetiis in D.
„ Georgii ſodalitio, quamvis ad religioſos uſus quoſcumque omnia ſibi ab
„ cœnobii œconomis prolixiſſimè polliceri poſſet; nihil tamen ultra neceſſita-
„ tem quæſivit umquam, vel admiſit. Sub religioſam profeſſionem præter inſi-
Nihil ultra neceſſitatem. „ gnem pecuniæ vim in præſens numeratam, annuos ſcutatos biſcentum ſa-
„ crario de paterna hæreditate legaverat; de hac ille nummorum ſumma,
„ tantum abeſt, ut in veſtes, libros, aliaſve hujuſmodi res quidpiam ſuo no-
Paupertas vera, paupertas hæc eſt. „ mine expendi curaverit, ut ne præſens quidem eſſe, cum per agnatos quo-
„ tannis accuratiſſime publicis cœnobii miniſtris repræſentabantur, ſuſtineret.

IX. „ At vero obedientia, virtutum omnium parens, ac cuſtos præcipua ſolicitudi-
Obedientiæ virtus. „ ne culta ſemper ab eo eſt, privatis ſtudiis, tametſi pietatis ſpecie, & ſpiri-
„ tualis profectus lenocinio blandirentur, promptiſſimo animo prælata; quo
„ etiam fiebat, ut vitæ communis, & diſciplinæ ſectator acerrimus conven-
„ tus publicos perpetuò frequentaret, indictaſque omnibus functiones ſtudio-
„ ſiſſime amplecteretur. A ſuſcepta religione ad extremum uſque ætatis an-
„ num carnium eſu, niſi gravi morbo implicitus decumberet in lecto, abſti-
Abſtinentia. „ nuit ſemper, quo difficilius factu videbatur illi perſuadere, ut ſtomacho in
„ pejus quotidie prolabenti conſulturus, carnes eſitaret, tum ipſomet ſto-

„ ma-

Digitized by Google

„ macho reclamante, qui meliores cibos magis aſpernaretur, ac reſpueret, „ tum animi decreto protractam ad illud tempus vivendi rationem, niſi periculoſa ægritudo intercederet, ad obitum uſque mordicus retinendi. Nihilominus admonenti mihi, (quem vitæ ſuæ moderatorem eſſe voluerat) „ ut ſolidioribus eſcis confirmandæ virium imbecillitati paulatim aſſueſceret, „ nihil contra in excuſationem prætexens, promptiſſimo animo obſequentem ſe præſtitit. Si quando ſuperiores ob tenuem hominis conſtitutionem, „ & provectiores annos, in publica cœnobii munerum diſtributione, quæ „ paulò laborioſiora, atque humiliora putantur, immunem illum reliquiſſent, „ ferre non poterat, cæteris in opere verſantibus, nullum ſibi onus ſoluto, „ ac libero ferendum eſſe; nec quieſcebat quoad modeſtiſſimis precibus impetrata beneficii loco miniſterii cujuſpiam exercitatione, laboris immunitatem illam à ſe deprecaretur.

I

Ejus confeſſarius.

Viliſſima expetit.

X.

Extrema infirmitas.

„ Agebat jam annum quinquageſimum, vitæ monaſticæ quartum decimum, „ cum lethali febri correptus eſt. Toto ægritudinis tempore nulla vox in perferendo morbo, admittendiſque medicamentis perturbati animi veſtigium, „ nulla productioris vitæ cupiditatem, nulla propinquantis mortis horrorem, „ vel metum præſeferens audita, lamentationes nullæ, nulli quæſtus, ſed „ æquitas animi, moderatioque ſumma, & admirabilis quædam in omnibus „ cum divina voluntate conformatio: Aliquot ante menſibus, quam ſupremùm ægrotaret, audivi ex eo, cum diceret, arbitrari ſe, fore, ut quam „ primum diſcederet è vita, quippe qui vires quotidie prolabi, & notabilem „ in modum deficere ſentiret, & ſuæ ſtirpis nullos laborantes iisdem ex ſtomacho, brevioris, ævi fuiſſe recordaretur.

Reſignatio mentis.

XI.

Mors felix.

Magna viri æſtimatio.

„ At vero cum graviùs decumbenti in lecto ſemel aſſiderem, meus frater (inquit) hoc eodem invaletudinis genere conflictatus, annoſque totidem natus, quot ego nunc, naturæ conceſſit; ſignificans quæ antea mecum de vicina morte commemoraſſet, ea in præſens certiſſimo rei eventu comprobari. Demum tertio decimo ægritudinis die, ſuſceptis eximiæ pietatis ſpecie ſalutaribus ſacramentis, ingraveſcentis morbi vehementiæ ſuccumbens, „ animam placidiſſimè exhalavit anno 1633. die 25. Februarii. Omnium „ animos, qui aderant gravis religioſâ permixtus jucunditate mæror invaſit, „ eo ſublato, cujus ad ſuperos felici demigratione (ut ſpes eſt) ita congaudebant, ut chariſſimi interim ſodalis religioſiſſimo convictu, & caſtiſſimæ „ diſciplinæ documentis orbatos ſe, ac deſtitutos ferrent ægerrimè.

XII.

Quanti factus.

„ Præclara Jo: Baptiſtæ virtus, ac probitas per omnem ſodalitatem noſtram „ evulgata, celebre illi nomen, ingentemque apud omnes venerationem „ comparavit; hæretque in animis omnium ea penitus infixa opinio, inter „ Caſinenſis congregationis alumnos, qui multis ab hinc annis vitæ ſanctimonis titulo maximè illuſtres memorantur, Joanni Baptiſtæ Nano haud ignobilem locum merito ab omnibus aſſignari. Deceſſit Placentiæ in D. Sixti „ monaſterio, ubi alterum jam annum ex animi ſententia traducebat, viviſſim ipſe toti ſodalitati acceptiſſimus. Defuncti cineres, & oſſa peculiari tumulo Placentini patres concluſerunt, quo aptius peculiarem in ipſum amorem, atque obſervantiam teſtarentur. „

Hæc Scipio apud Bucellinum, at patres Soc: Jeſu, ſeminarii Romani virtute illuſtrioribus alumnis, Joannem Baptiſtam Nanum adſcripſerunt, magnæ aulæ ejuſdem Seminarii, ipſum referente appenſa tabella, tali addito elogio.

„ Joannes Baptiſta Nanus patritius Venetus S. R. convictor anno 1601. plurium legationum ad reges onus Gigas primum ſuſcipit; deinde S. Benedi-

„ cti

I „ cti monachus deponit, ut cælum tollat, quod contigit, dum ad jubilæum „ confluentes peregrinos excipiens, in monte Caſinenſi peregrinari deſiit in terris anno 1633. die 25. Febr. „

Verum Placentiæ, non Caſini Nanum obiiſſe, ibique adhuc quieſcere, quamvis certo certius ex nuper allato Scipionis elogio exploratum ſit, illud tamen noviſſimè etiam accepi à Reverendiſſimo Patre D. Joſepho de Leonibus abbate Placentino qui epiſtola ad me data 20. Jan. 1727. hac de re ſic fatur. „ Intorno poi al Padre Nani, del quale pure me ne fà iſtanza, le dico, che il „ ſuo corpo è in luogo diſtinto dagli altri tutti, è giace nella cappella de SS. „ MM. Sinforiano, Marcello, ed Apulejo, ſenza però alcuno eſterno ornato, e contraſegno. Queſto fu ſingolare per la ſua vita ſanta, ed oſſervanza „ inappuntabile *; Si veſtì d'anni 36. è di 50. morì nel 1634. * a' 25. Febraro; da giovine fu coſtì in collegio del Seminario Romano. Tornato alla „ patria ſua Venezia, ſtudiò di Nautica; poi per due anni dimorò in Parigi; „ e per trè in Spagna in qualità d'ambaſciatore à quelle due corone della Veneta Republica. Era profeſſo di S. Giorgio Maggiore, e noi habbiamo il „ contento di averne il ſuo corpo.„ Ejus etiam vitam deſcripſit *D. Cornelius* à *Venetiis* abbas S. Georgii M. Venetiarum, qui creditur eſſe *Cornelius Codaninus*, de quo nos in noſtra bibliotheca lit. C. parte prima pag. 139. author item Anonymus eandem vitam Nani contexuit, verbis dumtaxat, non re à Corneliana diverſam; Quæ duæ vitæ reperiuntur manu exaratæ in *hiſtoria monaſtica* D. Hieronymi à Potentia (de quo pariter prima parte pag. 219.) non utique ab eodem Hieronymo, ſed ab aliquo juniore, nam Hieronymus obiit an. 1610. *Nanus* autem an. 1619. cucullo indutus, an. 1633. ad ſuperos evolavit, Cornelius verò an. 1622. monachus factus, an. 1685. in cælum migravit.

*1633. Roma.

I. JOANNES BENEDICTUS CITELLUS, vel Zitellus à Cava, in monaſterio Sanctiſſimæ Trinitatis apud eandem civitatem inſtitutum noſtrum amplexus eſt anno 1601. die 28. Octobris, quod innocentis vitæ perpetuo tenore, & regularium virtutum præclaris exemplis, haud parum illuſtravit; Ab infantia ſiquidem ad obitum uſque corpus, animumque ita immaculatum, purumque cuſtodivit, ut ex ipſo veluti matris utero ſanctus prodiiſſe videri poſſet. Regulæ arctiorem obſervantiam, quam ſemel in tyrocinio didicerat, quacumque ſecus faciendi cautè vitata occaſione, numquam remiſit, ſed invictâ conſtantiâ de die in diem vota ſua domino cumulatiſſime reddidit.

Innocentia.

II. *Paupertas.* De paupertate ſpiritus cum antiquiſſimis illis Anachoretis certavit. In veſtibus, in lectulo, & in qualibet alia re vix ad vitam neceſſaria uſurpabat; idem enim cingulum coriaceum, quo tunicam conſtringebat, eandemque ferream furcillam, qua cibos ori admovebat, quadraginta omnino annos immutatam retinuit. In cella autem præter Crucifixi imaginem nil niſi nuditas, & egeſtas apparebant, ut de eo pariter quod olim Nazianzenus de M. Baſilio, dici poſſet, *Divitiæ illi nihil habere, & crux.*

Oratione de laud. Baſilii.

III. *Charitas* Quantum autem erga ſe ipſum rigidus, & parcus, tantumdem erga alios, præſertim pauperes, liberalis, & miſericors, quorum inopiæ, ut ſubveniret, propriis veſtibus interdum ſe ipſum exuit, & appoſitis in menſa dapibus, ut eos reficeret, ſæpe ſæpius abſtinuit, quo uno, eodemque continentiæ actu, & ſuam in proximum charitatem, & de caſtrimargia relatam victoriam oſtendit; quotquot igitur ad eum accederent, benignè excipiens, mirum in modum ſolabatur, omnes pro viribus adjuvabat, neminem à ſe mærentem diſcedere patiebatur. Salutis animarum zelo æſtuans, divini verbi prædicatio-

I

tione, & ſpiritualibus colloquiis, veluti mater amantiſſima filios, eas alere ſatagebat, in quem etiam finem piiſſimos aliquot libellos, devotiſsimas, ignitaſque precationes continentes edidit, vulgavitque, ut omnes ad ſummi Dei, & patientis Salvatoris, ejuſque Sanctiſsimæ Genitricis jugem amorem, ac venerationem inflammaret.

Nihil tamen ſine juſsione, aut permiſſu abbatis ſui aggredi ſolitus, obedientiam ſemel Deo promiſſam æque fideliter, ac libenter ſingulis momentis exequi maxime geſtiebat, optimè perſuaſum habens, hac agendi ratione, veluti regia via, tutiſsime, ſimulque compendiariò ad evangelicam perfectionem perveniri. IV. *Obedientia.*

Vitam igitur adeò ſanctam, ac tot virtutibus redimitam mors etiam in conſpectu Domini pretioſa tandem concluſit anno 1648. ætatis ſuæ 65. corpus antequam peculiari tumulo in Cavenſi cæmeterio includeretur, cum in eccleſia pro parentalibus eſſet expoſitum, totius Cavenſis civitatis frequentiâ honoratum fuit, cunctis certatim, manus, pedeſque exoſculari, veſtiumque particulas, ſecum auferre connitentibus, certâ ſpe ductis, ut rei eventus probavit, à propriis eorum quemque languoribus, præſentiſsimam, ejus interceſsione, medelam conſequuturum, altè adeo illorum animis, (quæ etiamnum ibidem perſeverat) de Citelli ſanctitate opinio inſederat. V. *Mors.*

Ex relatione eruta è tabulario Cavenſi à D. Mariano Albritio, & mihi communicata, quam olim adornaverat D. Camillus Maſſarus à Capua ejus tabularii tunc præfectus teſtis oculatus. At de Citelli ſanctitate mentionem præterea faciunt Bernardus Pez Mellicienſis epiſtola 9. apologetica pag. 202., & Felix Egger idea ord. Hierar. Benedict. libello 2. par. 3. diſſert. 3. pag. 425., ubi *præclara, quæ fecit ſigna præclaram ſanctitatis famam ei conciliaſſe*, dicit. Vide etiam noſtram bibliothecam p. 2. lit. I. pag. 32. VI. *De eo in noſtra biblioth. L. C.*

ISIDORUS à CLARIS agri Brixiani Caſtro Clarius dictus, S. Joannis Evangeliſtæ in urbe Parma alumnus, ac deinde S. Jacobi de Pontida diœceſis Bergomenſis, mox S. Mariæ de Cæſena abbas, denique epiſcopus Fulginas, non minus doctrina, quam ſanctitate congregationi noſtræ, Italiæ, ac univerſæ catholicæ eccleſiæ, decus, & ornamentum eximium attulit, præſertim dum Tridentino concilio tum abbàs, tum epiſcopus interfuit. Plurima de ejus ſapientia, ac doctiſſimis lucubrationibus, plura etiam de ejus ſanctimonia, & virtutibus in noſtra bibliotheca, & in catalogo epiſcoporum diximus; ibi profuſas ejus in pauperes eleemoſinas, dulcem in ſubditos manſuetudinem, benignam in omnes charitatem deſcripſimus, qua ductus, duodecim virorum collegium Fulginei inſtituit, quibus cura incumberet tam ex domeſtico penu, quam ex piorum largitionibus inopum egeſtatibus ſubvenire, ſuo ipſe exemplo omnibus id faciendi ſtimulos præbens; nam copioſos ſacerdotii proventus, parte ſatis exigua neceſſariis uſibus attributa, mendicis ſublevandis inſumebat, ne quidquam conſanguineorum vel tenui fortuna, vel etiam petitionibus permotus, ut in diſtribuendis epiſcopatus theſauris eorum præ aliis rationem haberi vellet, cum diceret eccleſiaſticos redditus non agnatis locupletandis, ſed egenis enutriendis erogandos eſſe: cui voci auro, & cedro dignæ utinam omnes eccleſiarum adminiſtratores auſcultarent. Laudavimus ejus ſolicitudinem in ovibus ſibi commiſſis pabulo divini verbi aſſidue paſcendis, vitiis, & abuſibus radicitus extirpandis, virtutibus, & pietatis operibus fortiter inſinuandis, novatorum erroribus confutandis, diœceſi luſtrandâ, ſynodis celebrandis, cunctiſque vigilantiſſimi paſtoris muneribus adimplendis. Sed ſuper omnia extulimus, tamquam omni laude majorem, ejus vere chriſtianam An. 1517.

patien-

Digitized by Google

I

patientiam, qua ſanctus epiſcopus à nefario homine obturante ejus ſalutaribus monitis, ſicut aſpidis ſurdæ aures ſuas, ſacrilegâ alapâ impetitus, tranquillo corde, ac vultu placidiſſimo; immanem injuriam decoxit. Narravimus etiam ad ejus funus, veluti viri ſanctiſſimi, maximam undique confluxiſſe multitudinem, ut veſtimentorum ejus particulas non aliter ac gemmas pretioſiſſimas ſecum auferrent. Denique corporis ejus incorrupti, ac ſuavem odorem efflantis inventionem anno 1601., retulimus: nec prætermiſimus pro coronide, celebris * Scriptoris verba in ejus ſanctitatis commendationem, *cujus ſanctitatis odorem nulla ætas, nulla vis unquam extinguet*. Hæc autem, aliaque de illius ſanctimonia ibi ideo diximus, quia tunc de hoc virorum ſanctitatis fama illuſtrium catalogo conſcribendo minime cogitabamus; quam ob rem ea omnia hic repetere nec opus, nec animus eſt, ſed dumtaxat memetipſum, alioſque ad virtutum ejus imitationem denuò excitare.

* *Ferdinando Ughelii.*

I. JUSTINIANUS BERGOMI nobili genere natus, Patavii, dum litterarum ſtudiis incumberet, inſtitutum noſtrum in monaſterio S. Juſtinæ ſuſcepit anno 1515. ſub nomine *D. Innocentii*, cui quidem nomini, moribus innocentiſſimis toto vitæ decurſu egregie reſpondit; optimo præditus ingenio, & à Deo ſortitus animam bonam, tum doctrinâ, & eloquentiâ, tum pietate, ac religione clariſſimus evaſit; ſeptem quibus ibidem vixit annis nonnulla ſcripſit opuſcula æque docta, ac utilia, quæ etiamnum extant. Sed cum ad altiora contenderet, & ſolitariæ vitæ vehementi deſiderio eſſet incenſus, impetratâ veniâ ad Camaldulenſes eremitas, adſcito *Juſtiniani* nomine, tranſivit, & Camalduli in Etruria octo circiter mirabili ſanctitate manſit annis; Nec tamen ejus ſpiritus fervor illâ quamvis adeò ſanctâ vivendi ratione ſatis erat contentus, ſed ſtrictiora adhuc appetebat, & intra cellæ anguſtias penitus includi more veterum Anachoretarum enixe poſtulabat. Sed cum per ea tempora nova, ac ſeverior Camaldulitarum congreg. *Montis Coronæ* nuncupata emerſiſſet, *Juſtinianus* inſtitutum illud amplecti, & ad *Cryptas* deſcendere, ſtatim atque juſta ſeſe obtulit occaſio, minimè eſt moratus; In qua reformata congreg. annis quadraginta perſeverans, & in dies præclariora edens exempla virtutum, ut lucerna ardens, & lucens ſupra candelabrum poſita, totique ſodalitati annis prope triginta ita præfuit, ut incrementi, ac ſpiritualis profectus ei plurimum attulerit.

II. A' ſæcularibus quidem negotiis, & forenſi quocumque ſtrepitu ſemper abhorruit, quò liberiùs, ac quietiùs, pietatis, & ſanctimoniæ operibus ipſe, ac ſocii vacare poſſent. Terrenas opes omnino contempſit, de virtutum theſauro adipiſcendo unicè ſolicitus. Regularem vero diſciplinam eremiticam validè ſtabiliendam, & adamuſſim retinendam, proprio præeunte exemplo, ſtrenue ſemper curavit; nam licet ſeptuagenario major, nihil tamen de conſuetis, & communibus obſervantiis remittere umquam voluit, nec aliis patribus, ut benigniùs ſecum, utpote tanto ſene ex regulæ * permiſſu agi paterentur, ſuadentibus, ac rogantibus, ullatenus acquievit, profeſſus non prius ſe eremiticæ vitæ rigorem, quam vitam ipſam depoſiturum.

* *Cap. 30 de Senibus, & Infantib.*

III. Tempus vero omne quod ab oratione, & regiminis curis ſibi ſupererat, ſacris, piiſque lectionibus impendebat, quo ex ſtudio, ſicut ipſe ſcientiæ plurimum hauſit, ita cæleſtium doctrinarum rivulos in aliorum utilitatem derivavit, pluribus conſcriptis aureis opuſculis, quæ ſi omnia extarent, *magnum eccleſiæ lumen fuiſſent allatura*, ut ejus vitæ ſcriptor teſtatur; ſed ejus cellâ, dum ipſe in eccleſia nocturnæ ſinaxi intereſſet, fœdo incendio correptâ, omnes fere ejus lucubrationes (præter tamen illas, quas dum monachus noſter eſſet,

edi-

Digitized by Google

I

ediderat. *De vera, & falſa amicitia, & de mundi contemptu,*) in cineres abjerunt, deplorabili ſane jacturâ, iniquiſſimè ab omnibus, præterquam ab ipſomet, qui præ omnibus eam fecerat, authore perlata; quo quidem actu patientiam ſuam, & cum divina voluntate conformationem maxime commendavit, tot laborum, ac vigiliarum fructus uno temporis momento redactos in nihilum imperturbato animo videns. Sciebat enim apud Deum nihil umquam eſſe poſſe in oblivione, nec æternam ejus mentem jota unum, aut unum apicem præterire.

Sed qua devotione, qua inſtantiâ, quove mentis ardore, & corporis habitu, & compoſitione divina officia perſolveret, paucis explicari non poteſt. Die, noctuque numquam choro deerat. Ibi non minus corde, quam corpore in Deum erectus, complicatiſque manibus; altâ, claráque voce, ſumma cum reverentia Domino ſapienter pſallebat; tanta inſuper attentione, ut (quod in aliis fere omnibus ob naturalem humani intellectus lubricitatem, & evagationem, maxime arduum, ac difficillimum eſt) vere affirmare potuerit, *ſe ne verbum quidem ſacræ pſalmodiæ per inadvertentiam amittere*. Felix qui ita dicere, felicior, qui ita facere potuit. Cum ſuperior eſſet, (erat autem, licet invitus, fere ſemper,) diſtricte oſtiario præcipiebat, ne ſibi in choro laudes Altiſſimo reddenti, aliquod cujuſque etiam magni momenti negotium nunciaret; neve interventu cujuſvis perſonæ quacumque dignitate fulgentis ſe interpellare auderet & rectè quidem; cum omnis ratio poſtulet, ut Deus cunctis hominibus, cunctiſque rebus creatis præferatur; nimiſque inurbanum ſit, cum Domino univerſorum colloquium abrumpere, ut cum ſervulis præpropere ſermonem habeamus. Solitudinis, & quietis amantiſſimus, nihil antiquius habuit, quam in cella rerum cæleſtium meditationibus longiùs vacare. Cujus orationis dulcedine arctè irretitus, dies aliquando ſine cibo, noctes ſine ſomno tranſigebat, eam non ſemel uti veram, ita laude digniſſimam emittens vocem, *cibi, ſomnive memoriam, in mente bene in Deum elevata tardius occurrere*. IV. *Pſallendi devotio.* *Solitudo.*

Præſcientiæ ſpiritu imbutum fuiſſe inde potiſsimum liquet, quod cum à patribus ejus congreg. definitoribus, *Major*, ut ipſi dicunt, ſeu gener. præſes eligendus eſſet, nullas non adhibuit preces, ut id oneris, atque honoris à ſe amolirentur; non ut laborem vellet refugere, ſed quia ultimus vitæ ſuæ terminus jam inſtaret, ex quo patrum deſiderium fruſtratum iri aſſerebat. Illis tamen ejus dictis minime acquieſcentibus, toti ſocietati iterum præfectus eſt. Sed tertio poſt menſe febri correptus, ad extrema devenit, cumque pater in eo agone ei adſtans ad mortem fortiter ſubeundam eum hortaretur, in hæc verba, ut ſanctiſſimum virum decebat, prorupiſſe fertur: *Ego licet non meis meritis, fide non dubia, ſpeque firmiſſimà, atque miſericordiâ fretus Altiſſimi, mortem, quaſi virgo ſponſum, expecto*. Ei nimirum id evenit quod S. Gregorius Mag. de ſimilibus loquitur. *Qui autem de ſua ſpe, & operat. ſecurus eſt, pulſanti confeſtim aperit; quia lætus Judicem ſuſtinet & cum tempus propinquæ mortis advenerit, de gloria retributionis hilareſcit*. Ita comparatus, cunctis, qui aderant, admirantibus, ſimulque corde compunctis, placidiſsimam mortem lætus aſpexit die 10. menſis Auguſti an. 1562. V. *Prophetia.* *Mors.*

Tanti viri amiſsionem ægerrimè omnes illius congreg. ſodales pertulerunt, ac diuturnis lacrymis proſequuti ſunt, quamquam aliunde de ejus ſempiternâ gloriâ gaudentes: dolebant ſiquidem inſignium adeo virtutum quotidianis exemplis ſe deſtitutos, eo præſertim tempore, quo ex iiſdem editiore in loco fulgentibus majorem utilitatem, ſimulque majus decus ſe percepturos ſperabant. VI.

I VII. Ex Luca Hiſpano Eremita in hiſtoria Romualdina Montis-Coronæ lib. 3. c. 11. & cap. ult. & lib. 4. qui eſt *de vita Juſtiniani Bergomen.* & lib. 5. cap. 6. quibus in locis eum magnum, doctrina eximium, ſanctis moribus ornatum, eremitici inſtituti columnam, præclariſſimam gemmam, fulgidiſſimum ornamentum, bonum Chriſti odorem in omni loco, lucernam denique ardentem iis, qui in domo Dei ſunt, ſemper appellat. Eum inſuper impenſe laudat Petrus Delphinus eremita in pluribus ſuis epiſt. ad eum datis præcipuè lib. 12. Auguſtinus Fortunius in hiſt. Camaldulenſi lib. 3. cap. 17. ubi narrat Juſtinianum à gravi dentium dolore liberum prodigioſe in perpetuum evaſiſſe, manum B. Michaelis eremitæ jam demortui oſculando, & cap. 18. primum authorem eremi ad abbatiam Fractæ inſtituendi, eum fuiſſe aſſerit, ibique reliquum vitæ multâ ſanctimoniâ peregiſſe. Præterea de eo maximà cum laude agunt Gabriel Bucellinus in Menol. Bened. pag. 556. ad diem 10. Aug. ex laudato Luca Hiſpano. Felix Egger in idea ord. Hierarch. Benedict. libell. 2. pag. 3. differt. 3. pag. 395. qui duo poſtremi authores, Juſtiniano beati nomen attribuunt; Nos etiam in noſtra bibliotheca, ubi fuſius de ejus lucubrationibus: ipſius quoque vitæ compendium inſeruit tomo 4. *Anni Benedictini* gallico ſermone conſcripti Jacobina Bovetta de Blemur Monialis ſanctiſſimæ Trinitatis Cadomenſis, nuper in Italicum ſermonem tranſlati, & Venetiis impreſſi anno 1727. pag. 302. & ſeq. ad diem 11. Auguſti.

Blemuris. — *Caen. in Normannia.*

L

L I. LUDOVICUS BARBO patritius Venetus præfectus primum fuit congregat. Canonicorum ſæcularium S. Georgii in Alga nuncupatæ: Erat quidem ille valde juvenis, ſed conſpicua morum integritas, rara prudentia, & doctrina minimè vulgaris eo honore dignum effecerant. Nec multo poſt à Gregorio XII., qui in eadem congreg. Barbi ſodalis fuerat, S. Cypriani Venetiarum abbas deſignatus, dum an eam dignitatem admitteret anceps hæreret, divino nutu factum eſt, ut ab eodem Pontifice, cardinalis Antonii Corrarii, epiſcopi Bononienſis ejus fratris filii ſuaſione, abbas S. Juſtinæ renunciaretur. Itaque Ariminum pergens, ubi tunc Pontifex morabatur, emiſsâque coram epiſcopo Tiphernate* ſolemni regulæ Benedictinæ profeſſione, ac ſummo ipſi antiſtiti promiſsâ obedientiâ abbas conſecratur anno 1409. ætatis ſuæ 27. quod quidem quam felix fauſtumque D. Juſtinæ cœnobio alias ampliſſimo, ac celeberrimo, tunc vero ſœdè collapſo, ac pene ruinis obruto, fuerit, numquam ſatis laudabitur. Nam Dei in primis ope, & Ludovici virtute non ſolum monaſterium illud, ſed alia etiam plurima per Italiam cœnobia, quæ diuturni temporis injuriis, aliiſque de cauſis miſerabilem faciem induerant, in erectâ per ipſum congreg. antiquum ſplendorem, & ſanctitatem recuperarunt; ita Marci eremitæ ſanctiſſimi & aliorum Dei famulorum prædictiones de inſtaurat. ordinis monaſtici per Ludovicum Barbum peragendâ omnino impletæ. Qua in re ſimile quiddam cum beatiſſimo patriarcha noſtro Benedicto Barbus obtinuit, ut nimirum uterque Marcum ſuum eremitam monaſtici ordinis illum inſtituendi, hunc per Italiam reſtituendi, Caſini unum, Venetiis alterum vatem, & hortatorem habuerit.

** Città di Caſtello in Umbria.*

Primum fuit Veronenſe SS. Nazarii & Celſi: tum Genuenſe S. Benigni, tradente Grimaldorum familia: mox Mediolanenſe, & Florentinū concedente Nicolao Vaſcone poſt hæc Mantuanum Guidone Gonzaga impartiente. Romanum deinde S. Pauli, S. Sixti Placentiæ, S. Georgii M. Venetiar. & plura alia etiam poſt Ludovici obitum interque anno

II. Tam egregium itaque opus aggreſſus Ludovicus D. Benedicti regulam ſibi, ſuiſque aſſeclis ad amuſſim obſervandam propoſuit; cumque omnibus proprio exemplo præiret Chriſti bonus odor factus in omni loco, plures optimæ indolis,

lis, ac ſpei juvenes ad ſua ſectanda veſtigia, probatiſſimum nempe vitæ genus amplectendum, undique attraxit; quamobrem monaſterium S. Juſtinæ & numero, & ſanctitate alumnorum ita crevit, ut ex eo, veluti ex frequentiſſima urbe tot monachorum coloniæ ad redintegrandam cœnobiticam diſciplinam per univerſam Italiam primò deductæ ſint, ac deinceps omnes aliæ per Europam non modo nigrorum, ſed aliæ etiam monachorum congregat. per eoſdem Juſtinianos, Caſinenſes deinde dictos monachos, vel reformatæ vel inſtitutæ.

M

1505. Siculæ congr. & Caſinen. Archiſterium, unde poſtea congr. Caſinen. appellata eſt, maximam noſtræ ſodalitati acceſſionem fecerunt.

III. Regebat eos Ludovicus mirâ manſuetudine, & benigniſſima charitate, eoſque orationis cum vocalis, tum mentalis cæleſti pabulo, ut dilectiſſimos filios jugiter enutriebat, quò fortiores in dies redditi, evangelicæ, & monaſticæ legis jugum ſuave, & onus leve alacriter, unoque humero ferentes, in domo Dei ambularent cum conſenſu. Ipſe namque orationi, & contemplationi addictiſſimus, ſine illa nihil conſulere, ne dum aggredi ſolitus erat, cujus virtuti, & efficaciæ cuncta proſpera à Deo ſibi conceſſa in tot monaſteriorum reformatione referebat accepta. Nec ſatis habens ſanctum hoc, & plane divinum exercitium tam dum abbas eſſet, quam dum epiſcopus ad mortem uſque inviciſſime perducere, librum etiam utiliſſimum de eadem mentali oratione compoſuit, ut alii quoque, præſertim monachi ad eam facilius peragendam hac methodo juvarentur. Ut vero obedientiæ, quæ virtus cœnobitis maximè eſt neceſſaria, ſe ipſum cæteris exemplum præberet, poſtquam novam, ſuâque operâ ſtabilitam congregationem, integrum annum, præſidentis munere, gubernaſſet, dignitate depoſita anno 1420. aliis deinceps præſidentibus paruit, quod idem illi quinquies evenit, nam quinquies ad congregationis ſupremam dignitatem evectus, totidem vicibus e cathedra illa deſcendens, in ordinem ſe redegit.

Humilitatis vero ejus, ac dulcedinis duo tantum proferam exempla. Primum. Cum apud Venetum ſenatum traductus fuiſſet veluti patriæ hoſtis, & jurium principalium uſurpator, quod monaſterium S. Georgii majoris, hactenus juriſpatronatus reipublicæ, congregat. S. Juſtinæ uniendum in perpetuum curaſſet, Ludovicus patres conſcriptos lenitate, ac ſubmiſſione ita flexit, ac mitigavit, ſibique devinxit, ut benevolentiſſimos, ac maxime faventes reddiderit. Alterum, electus ab Eugenio IV. epiſcopus Tarviſinus, eam infulam quoad licuit conſtantiſſime recuſavit, nec umquam admiſiſſet, niſi ejuſdem Pontificis juſſu coactus, qua in re ejus etiam divitiarum, bonorumque temporalium contemptus egregie enituit: laudatus enim Pontifex tertiam reddituum partem abbatiæ ſanctæ Juſtinæ Ludovico, quandiù viveret, indulſerat, ut honorificentius Tarviſinam eccleſiam adminiſtraret; at ille eam facultatem monaſterio, & congregat. remiſit, quo ſuum in idem monaſterium, & congregationem amorem cumulatius teſtaretur, quamvis eundem jam pridem pluries, imo ab ipſo initio ſuæ in abbatem electionis oſtendiſſet. Vix enim Arimini benedictionis munus à Gregorio XII. adeptus, duo præclara beneficia ab eodem Pontifice impetravit, unum ut monachi omnes ſub eo, D. Benedicto nomen daturi, in mortis articulo plenariam peccatorum indulgentiam conſequerentur, alterum quod jus eligendi abbatem S. Juſtinæ apoſtolicæ ſedi antea reſervatum, in poſterum penes monachos eſſet, quod jus poſtea, unita congregat. ad ſupremum comitiorum magiſtratum devenit. IV.

Cavac. lib. 5. pag. 201.

Quantâ vero prudentiâ, & in rebus agendis ſolertiâ, & dexteritate eſſet præditus, laudati ſummi Pontifices Gregorius, & Eugenius palam fecerunt; ille enim Ludovicum ad Piſanum concilium, hic autem ad Baſileenſe tamquam V.

L unum ex apoſtolicis nunciis miſerunt, ubi ita ſe geſſit, ut & eorum Pontificum rem egregie curaverit, & ſimul eccleſiæ pacem, & concordiam ſtrenue ſemper promoverit, & ſchiſma abolere pro virili ſtuduerit. Jam vero factus epiſcopus concilio Florentino interfuit ſub eodem Eugenio IV. ann. 1439. eidemque ad finem deducto ſubſcripſit.

VI. Denique cum in Tarviſina cathedra ſumma cum laude annos ſex tranſegiſſet, Venetiis extremum morbum incurrit, cujus lethalem vim probè ſentiens, ad ſanctum Georgium majorem ſe deferri juſſit, ubi ſanctiſſimis eccleſiæ Sacramentis ſumma pietate ſuſceptis, inter monachorum manus, & lacrymas, æternitatis metam attigit anno 1443, ætatis ſuæ 63, magna ſanctitatis opinione, quæ etiamnum viget, in terris relicta. Sicut autem inter monachos Venetos mori, ita etiam inter monachos Patavinos ſepeliri voluit, ut ab illis, quos adeo in vita dilexerat, & pro quibus tot labores exantlaverat, ne mortuus quidem ſepararetur.

VII. Ex Arnoldo Wione lign. vit. l. 2. cap. 64. pag. 359. & lib. 5. c. 6. pag. 581. & ſeqq. quibus in locis, priſcæ virtutis æmulatorem egregium, lucernam ardentem ſuper candelabrum poſitam eum appellat; electumque mirabiliter à Deo, ut D Benedicti arborem incurvatum erigeret.

Ex Jacobo Cavaccio hiſt. S. Juſtinæ lib. 5. à pag. 197. uſque ad 222. Angelo Portenario, *de felicitate Urbis Patavii* lib. 9. cap. 15. pag. 421. ubi Barbum meritis, & gloria plenum, vita integerrimum, & ſanctis operibus cumulatum vocat. Leonello Crocecalle monacho Patavino in hiſtoria ms. Italicè abbatum S. Juſtinæ l. 5. pag. 125. ubi eum tamquam virum moribus angelicis ornatum deſcribit, eloquio affabilem, familiari conſuetudine dulciſſimum, erga infirmos ſumma charitate, erga pauperes eximiâ liberalitate, erga omnes rarâ manſuetudine præditum, jejuniis, ac vigiliis ad obitum uſque dediti ſſimum, qui factus epiſcopus palatium, & curiam in regulare clauſtrum, famulos, & familiares in monachos convertit proprio exemplo cunctis normam præbente.

VIII. Ex quibus hic etiam putida Pogii calumnia de Ludovici ambitione, & hypocriſi invictè exploditur; ejuſque criminatio de Barbi immoderato faſtu, ac pompa, unde *Pomponium* per ſummam impudentiam eum appellat, falſi convincitur, tum ex ſupradictis, tum etiam ex carmine, quod ad calcem libri à Ludovico conſcripti, de *miraculoſa reformatione monaſterii S. Juſtinæ* inter cætera legitur.

Lucrari cupiens animas, vult ſpernere pompas.

Tantum abeſt, ut pompas ſectatus ſit Ludovicus, ut eas ubique eliminare, & abolere ſtuduerit. Sed qui plura de eo deſiderat, conſulat non ſolum alios noſtros *catalogos epiſcoporum, ac reformatorum*, ſed etiam noſtram bibliothecam, in qua fuſiſſime de eo agimus.

I. LUDOVICUS BEATUS natus eſt Catanæ in Sicilia anno 1640. anno vero 1656. die 21. Septemb. in monaſterio S. Nicolai de Arenis urbis ejuſdem, ſolemni emiſſa profeſſione, in D. Benedicti verba juravit. Cum autem vigeſimum ſecundum ætatis annum attingeret, divinæ gratiæ uberiori illapſu permotus, maximo ſpiritus fervore, monaſticæ perfectionis iter aggreſſus eſt, (*Humilitas.*) brevique ad ejus terminum, Deo bene juvante, pervenit. Jacto enim humilitatis fundam: ob quam ſacerdotio initiari, ſummo conatu, indignum ſe eo exiſtimans, recuſavit, nec tandem niſi arcto abbatis juſſu coactus, illud ſuſcepit, facile reliquarum omnium virtutum ædificium ad culmen uſque perduxit. (*Modeſtia.*) modeſtia in primis adeo excelluit, ut ne ad matrem quidem videndam oculos aperire voluerit. (*Obedientia.*) Obedientiam eximie coluit, nam abſque ſuperioris permiſſu

L

miſſu nihil prorſus ſibi aggrediendum putavit. Abſtinentiâ fuit admirabili; ſæpe enim biduum, triduumque ſine ullo omnino cibo tranſegit: Corpus ciliciis, catenisque conſtringens, illudque ſeverius macerans, ſuper nudos aſſeres, aut peracuta ligna cubans, quietem adeo inquietam capere ſolitus erat. *Abſtinentia.* Injurias, & contumelias non ſolum patientiſſime tulit, ſed lætanter etiam, ac ridenti ore excepit, quippe qui axioma illud ſibi ſervandum propoſuerat, *injurias accipere, & gratias agere*. *Pœnitentia* Quo vero magis corpori alimenta ſubtrahebat, eo amplius animum orationis pabulo ſaginabat; non enim ſatis illi erat conſuetum cum cæteris pſalmodiæ penſum perſolvere, ſed eo expleto, aliis recedentibus, ipſe in eccleſia manens complures horas orationi tribuebat. *Patientia.* *Oratio.*

II. Dei amore flagrans, illud Apoſtoli jugiter repetebat, *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?* Quæ utique charitas, cum ad proximos etiam diffundi debeat, *Charitas.* Ludovicus pauperes quoſque, & infirmos, omnibus humanitatis officiis proſequebatur, illorum pedes abluere, propriis veſtibus eos operire, in noſocomiis jacentes frequens inviſere, ſalutaribus monitis ſolari, ad patientiam in ægritudine, ad conſtantiam in extremo agone, ipsâque morte ſubeunda efficaciter hortari, in deliciis habens. Autequam nocte cubitum iret, ſanctiſſimi patriarchæ noſtri regulam legere aggrediebatur, ut ejus meditationi indormiret, ſed in primis prologi verbis ſemper hærebat, *Auſculta ò fili præcepta magiſtri*, copioſis enim lacrymis ſtatim obortis veluti degenerem ſe tanti patris filium acriter lugebat.

III. Cum vero anno *1669*. Ethna mons, horribili, ſi quando aliàs, incendio conflagraſſet, flammarumque, ac igniti bituminis ingentes globos evomuiſſet, jamque ignes urbi, ac cœnobio Catanenſi proximum excidium minarentur, Ludovicus ex abbatis præcepto coram frequentiſſimo populo conciones pareneticas ad pœnitentiam ſummo ſpiritus fervore, maximoque animarum fructu pluries habuit, in quarum poſtrema auditores bono animo eſſe juſſit, quod ejus preces, & vota altiſſimus exaudire dignatus tandem fuiſſet; quia nimirum ſemetipſum hoſtiam ad mortem Deo obtulerat, ut urbem, & cœnobium ab imminenti periculo liberaret, & ita prorſus evenit; nam urbs, & monaſterium mirabiliter illæſum permanſit, at ipſe paulò poſt gravi morbo correptus, *Mors.* in pagum urbi proximum aeris mutandi gratiâ ſeceſſit; ibi deſperatâ à medicis valetudine ſacroſanctis myſteriis refectus, monachis noſtris, qui ſtatim accurrerant, adſtantibus, quodque longè felicius eſt, beatiſſimâ Deiparâ, quam ſingulari ſemper pietate coluerat, ſe ei conſpicuam tunc præbente, animam ſanctiſſime, ac placidiſſime Deo reddidit.

IV. Tribus inſequentibus diebus, ſupra domum, in qua obierat, inſuetus Luſciniarum cantus exauditus eſt; odorque ſuaviſſimus in eadem domo diù efflavit; corpus, invitis licet, ac reluctantibus pagi incolis, ad monaſterium delatum; publicæ undique confluentium venerationi expoſitum, peculiari tumulo conditum fuit.

V. Cæterum Ludovicus pluribus à Deo miraculis tum in hac vita degens, tum poſt hujus vitæ periodum, illuſtratus fuit. In iis fratris ſui filiæ adhuc puellulæ oculos fœde obtortos, ſolo frontis tactu, ſuo loco reſtituit. Porrò vocatus ad viſitandos infirmos, pulverem ex cœnobii ſui cœmeterio acceptum ſecum deferebat, eumque aqua permixtum ægris propinabat, eos exhortans, ut per merita Sanctiſſimi Patriarchæ Benedicti, ſanctorumque monachorum cœnobii S. Nicolai de Arenis, ſanitatem ſe conſequuturos ſperarent, uti revera plurimi eam conſequuti ſunt; poſt mortem vero ejus veſtes piis hominibus diſtributæ plurium prodigiorum fuerunt inſtrumenta.

Ex

L Ex ejus vita ſcripta à Bartholomæo de Alexandro à Paternione abbate S. Nicolai de Arenis, de quo nos in noſtra bibliotheca parte prima lit. B. pag. 72.

M

M 1. MARGARITA CONRADI eximiâ ſanctitate conſpicua, monialis quidem fuit ordinis noſtri, non tamen noſtræ congregationis, ſed ex monaſterio ſanctæ Catharinæ Ameriæ in Umbria ſito, & epiſcopo Amerino ſubjecto. Nihil igitur ad me pertinere ejus vitam deſcribere, aut ejus geſta narrare, alicui videri poterit, niſi juſtiſſimam, quæ ad id me impulit cauſam, prius

Proæmium. cognoverit. Cum ineunte hoc ſæculo 1700. Ameriæ aliquot annis degerem, monialium noſtrarum S. Magni confeſſiones excipiens, juſſus ab illuſtriſſimo epiſcopo Joſepho Griſpino, earundem etiam S. Catharinæ monialium confeſſiones extra ordinem plures dies audivi. Tum vero cœnobii illius ſeniores ſanctimoniales, oſtenſis mihi, ac traditis Ven. Dei famulæ Margaritæ Conradi geſtorum memoriis, & authenticis monumentis, quæ apud eas ſervabantur, me enixe rogarunt, ut ex illis ſuo ordine diſpoſitis Italico ſermone ejus vitæ hiſtoricam ſeriem contexerem; promiſi ſatis facilè, in illam lectiſſimam Virginem devotione, in haſce religioſiſſimas ejus virtutum imitatrices obſequio jure permotus. Quo minus tamen promiſſis hactenus ſteterim, graviſſimæ interceſſerunt occupationes. At cum tandem ad hunc locum pervenerim, promiſſi memor, fidem meam, licet aliquantò ſeriùs, ſed latino idiomate, eodem ſcilicet, quo hunc etiam catalogum exaravi, liberare conſtitui, ratus nihil prorſus lectoris referre vixerit ne illa in cœnobio ordinario epiſcopo ſubjecto, an vero ſub congregat. aliqua conſtituto, dummodo in ejus vita omnium virtutum ad ſuam, aliorumque ſpiritualem eruditionem, ac profectum proponantur exempla; quam etiam Margaritæ vitam in Italicum poſtea ſermonem verti, nedum ejuſdem D. Catharinæ, quibus illam dicavi, ſed omnium etiam aliorum monaſteriorum ſanctimonialibus, cæteriſque piis hominibus, qui latine minime callent, conſulturus. Sane ad ejus vitam deſcribendam calamo opus eſſet ea ſpiritus pinguedine temperato, quo illa affatim fuit imbuta. Tot enim ſanctorum operum ſplendoribus hæc virgo effulſit, tot à Deo chariſmatibus fuit ornata, ut ejus vita perpetuum ſanctitatis prodigium meritò dici poſſet; quò juſtius divinam pietatem, ac providentiam laudibus, & gratiarum actionibus efferre debeamus, quæ calamitoſis illis, ac tot corruptelis, ac flagitiis undique redundantibus temporibus, haud ita longè à mænibus almæ urbis fulgentiſsimam evangelicæ perfectionis lucernam accendere, omniumque oculis ſuſpiciendam, omnium cordibus imitandam exhibere voluerit.

Natalis, & tyrocinium, & ejus in abbatiſſam electio CAP. I.

I. Nata eſt Margarita Conradi in urbe Roma honeſtâ ſatis familiâ patre Furnio Conradi nobili Amerino, matre Prudentiâ Piſtoni Romanâ circa an. 1570. ſed quinquennis perducta Ameriam, antiquiſſimam Umbriæ civitatem, ibidem in monaſterio D. Catharinæ ſacro ord. D. P. Bened. Deo fuit oblata, cumque tertium decimum ætatis annum attigiſſet, ſanctimonialis habitum ibidem ſuſcepit, aſſumpto Margaritæ nomine, nam antea Cleria vocabatur. Vixitque ad centeſimum fere annum mirabili auſteritate, & ſanctitate, maximarum virtutum odorem circumquaque diffundens; Nam non ſolum, (ut P. Priolus è congregatione Somaſcha, ejus pluribus annis confeſſarius, teſtatus

Digitized by Google

M

ſtatus eſt) innocentiæ in Baptiſmo ſuſceptæ candidiſſimam tunicam ab omni mortifera labe ſemper illibatam ſervavit, ſed cujuſvis etiam imperfectionis levem quamvis maculam plena voluntate numquam admiſit, quamobrem cum ejus confeſſiones audiret, vel ſola benedictione, vel conditionata ſolummodo abſolutione impartita, eam dimittebat; nihil enim in ejus puriſſima anima, quod Dei non eſſet, inveniebatur, ſemper coram Deo in cordis ſimplicitate, & obedientiâ ambulavit, ſemper de virtute in virtutem ire perrexit, & tamquam pretioſa Margarita non tantum nomine, ſed & ipſa re, nimio zelo à divina gratia cuſtodita, & jugi tribulationum, & aſperitatum gravi labore, velut aurum in fornace pulchrior quotidie reddita.

Cum adhuc tyrocinium poneret, inſanabile ulcus ejus mamillam invaſit, at ipſa, honeſtatis gratia, nemini umquam, præter moniales duas, ſecreti tamen vinculo alligatas, id patefecit; igitur, neglecta curatione, ulcus in carcinomam tandem erupit, & mamilla vermibus ſcatere cœpit; quodam autem mane vermes ex ea decidentes collectura (tanti eos faciebat) illos in totidem margaritas converſos ſtupens invenit, quod prodigium cum celari minime poſſet, in cauſa fuit, cur ejus mamilla unionum concha appellaretur. II.

Paulò poſt emiſſam monaſticam profeſſionem apparuit ei Chriſtus Dominus venerabili, proceráque ſpecie, ingentem circumquaque ſplendorem emittens, præcepitque illi, ne umquam totâ vitâ carnes cujuſvis generis comederet, neve aliquando lecto decumberet: paruit illicò, quamvis gulæ ſenſu admodum reluctante, nam animalium extis libenter veſcebatur, quibus nihilominus deinceps ad mortem uſque ſemper abſtinuit, ſolis leguminibus, & modico pane contenta, ſomnum autem veſtita ſemper, & quidem parciſſimum ſupra nudos aſſeres in poſterum capiens. At cæleſtis ſponſus, qui Margaritæ corporeas, terrenaſque conſolationes interdixit, ſuaviſſimo, licet abſcondito, orationis mannâ ejus animam opiparè ſaginabat: eâque cordis dulcedine, quæ mel, & favum ſuperat, ad ſe ipſum illam ab infantia attraxit, duxitque in ſolitudinem, ut loqueretur ad cor ejus; quapropter cum ejus duæ matertere, quæ in laudato monaſterio degebant, ad manualia opificia, pro ejus ætatis modulo, eam adigere conarentur, Margarita, quoties poterat, occultè fugiens, ſe in abditiſsimis locis abſcondebat, ut ibi orationibus impenſiùs vacare poſſet, earum ob id frequentes objurgationes patientiſsimè ferens; quòd velut ignaviæ dedita laborem vellet refugere. III.

Vel ejus amitæ nam ex patre ne, an ex matre fuerint me latet.

At illa aſsiduo orationis pabulo enutrita, in totius ſanctitatis ſimulacrum ſtatim accrevit, & ut fax lucidiſsima, ab ipſo mundi rectore ſuper candelabrum poſita, cunctis domum Dei ingredientibus virtutum omnium lumen oſtendit; dum enim aliquandò oraret, vidit in ſpiritu ex tribus trabibus, quæ cœnobii contignationem ſuffulcire debuerant, unam quidem jam penitus corruiſſe, duas vero reliquas loco motas, ruinam quam primum minitantes; intellexit protinus Dei famula tres illas trabes tria religionis vota ſignificare, collapſam autem jam paupertatem, indeque alia duo in diſcrimen adducta, omnia autem à ſe reparanda, & priſtinæ integritati reſtituenda. Itaque mirabili prorſus modo & contra ſuam voluntatem, in antiſtitam electa, illico monialium cellas perluſtrans, eas rebus ſpoliavit omnibus, quas in communem locum inferri juſsit, ex iiſque unicuique moniali, quæ maxime opus erant, præſertim ex rebus lineis, ut à Deo monita fuerat, reddi curavit, pecunias vero omnes in commune ærarium deponi voluit; unde ne obulum quidem extrahere, ſicuti nec re aliqua uti, ſe inconſulta, nemini deinceps fas eſſet, cunctis monialibus facile, ac libentiſsimè ei morem gerentibus; hac ratione cœ- IV.

nobium

M

nobium illud dicto citiùs reformatum eſt. Jacto enim paupertatis, ac obedientiæ fundamento, ſtatim reliqua compoſita, & firmata ſunt, ſilentii nimirum cuſtodia, orationis ſtudium, ſolitudinis amor, chori aſsidua frequentia, à cratibus elongatio, à ſæcularibus perſonis fuga, jejuniorum ac vigiliarum familiaris uſus, Sacramentorum crebrior ſumptio, denique religioſæ vitæ probata, & laudabilis forma, quæ ibidem cunctis plaudentibus hactenus perſeverat. Sed quid non impetraret ab inferioribus antiſtes illa, cujus vita, & quilibet actus erat aliis norma virtutum, & ſanctitatis exemplar?

Ejus virtutes, & in primis Dei amor, & proximi. CAPUT II.

I. MARGARITÆ igitur virtutes jam deſcripturus, incipiam à Dei, & proximi dilectione, quæ eſt primum, & maximum mandatum, ex quo univerſa lex pendet, & prophetæ ut Salvator docet: Eo autem Dei amore Margarita flagravit, ut vehementiſsimè cuperet eum ab omnibus creaturis, & amari plurimum, & jugiter laudari. Cum ergo ex D. Gregorii Magni ſententia, *ille magnus ſit in amore Dei, qui multos ducit ad amandum Deum*, hinc prorſus Margaritæ ſummum in Deum amorem licet percipere, nam quaſcumque poterat ſocias, ad orationem, ad voluntarias flagellationes, ad divinarum laudum recitationem, aliaque pietatis opera verbo, & exemplo trahebat. Cæterum divini amoris incendium, quo ejus cor æſtuabat, in ipſum etiam corpus diffundebatur, ita ut ad illud refrigerandum non ſemel nudis genibus ſupra glaciem diù orans permanere Margarita cogeretur.

II. Eximiæ porrò erga proximum dilectionis, quæ ex eodem divini amoris fonte promanat, hæc potiſſimum dedit indicia. Monialibus omnibus, quoties ferret occaſio, quacumque in re libentiſſime inſerviebat, fere ſemper illarum vice ad menſam legens, quod quidem voce adeò ſuavi, devotâ, & prorſus angelica peragebat, ut omnes inde ſpiritus hilaritatem, ſimulque cordis compunctionem haurirent: ipſa fere ſemper moniales ad divina officia perſolvenda excitabat, cellularum januas pulſans, ipſa infirmis ſororibus quæcumque opus erant ſedulò miniſtrabat, medicamenta, ac cibos propriis manibus ſingulis præbens; ipſa *converſarum* (ut dicunt) exercitia ſtrenue obibat, à vilioribus culinæ, horti, aliarumque officinarum laboribus minime abhorrens; verrere ſordes, vaſcula abluere, lectos componere, nullum denique charitatis officium, & miſericordiæ actum prætermittere; ſi quod illi edulium a conſanguineis, & propinquis donaretur, ſtatim illud in omnes moniales diſtribuebat, etiam ſi modicum quid unicuique obventurum eſſet, nullâ habitâ acceptione perſonarum. Quamvis enim ſibi admodum parca, erga moniales tamen perquam liberalis, & benefica erat, ut illis omnia, pro refectione, abunde, & rectè diſpoſita eſſent, prout religioſi ſtatus fert conditio, anxiè curans, quare cum ipſa per hebdomadam triclinio, aut coquinæ præerat, ut moniales ſemper aliquid ſolito amplius acciperent, ſatagebat.

III. Ejus igitur vita contemplationem, & actionem pulchro ſimul nexu complectebatur; contemplatione in Deum, actione in proximum directâ. Itaque cum multum, diuque oraſſet, ad texendas ligulas & faſciolas ſe convertebat; nec tunc tamen mente à Deo diſtans, earumque ingentem copiam, & vix credibilem numerum brevi temporis ſpatio abſolvebat, quas poſtea ob Dei amorem, & charitatis ergo aliis donabat. Sed juvenis cum eſſet, & validioribus corporis viribus polleret, poſt conſuetas orationes, graviores etiam manuum labores ſubibat, ſed omnes ad Dei gloriam, & cultum pertinentes; conſuebat namque albas, ſuperpellicea, planetas, vela, aliaque id genus ſacerdotalia indumenta; & ſuppellectiles ſacras, quas eccleſiæ, & ſacrario largiebatur,

M

tur, nihil omnino ex eis apud ſe retinens, nec lucrum aliquod quamvis minimum ex eis exquirens. Erat enim ab omni rerum temporalium cupiditate, & curâ prorſus aliena, ſed omnia unico Dei amore impulſa operabatur; *Amor enim Dei*, ut laudatus M. Gregorius aſſerit, *operatur magna ſi eſt, ſi verò operari renuit, amor non eſt.*

Abſtinentia CAP. III.

I. Jam vero ad ejus reliquas ſingulares virtutes enarrandas nobis pergentibus, occurrit abſtinentia, quæ tanta in illâ fuit, ut ſine admiratione nec deſcribi, nec legi umquam poſſit, non enim ſolum præſcriptam ab eccleſia, ſed alias etiam fratrum minorum quadrageſimas arctè obſervabat; imo tota ejus vita poſt religionis ingreſſum perpetua fuit quadrageſima, nam nec carnes umquam, ut ſupra innuimus, nec ova, nec lacticinia, nec piſces denique, niſi admodum rarò, guſtavit; præcepit ei quidem ſemel P. Priolus confeſſarius, ut duo ova deglutiret: paruit illicò Margarita, ſed quacumque vi, & conatu adhibito intra ſtomachum ea recipere minime potuit, coacta illa regerere.

II. Itaque ejus continua eſca panis, & legumina, & aqua potus, nam vini nec odorem quidem ſuſtinere poterat. Sed legumina ipſa per totam hebdomadam ſibi ſuffectura dominicâ tantum die coquebantur; quotidie vero ex eadem olla portionem ſumens mucore, ut plurimum, obſitam, & ſitu fœdam, & aliquandò vermibus ſcatentem, eamque recoquens, avide comedebat; quæ tamen ejus palato ita dulcis, ac ſuavis ſapiebat, ut non ſolum corpus, ſed animam quoque mira jucunditate reficeret. Jure ergo ſibi dicentibus, nimis ſordidum eſſe, ac ſtomachum movens, eibo adeò requieto, & mucido veſci, reſpondebat; *at vero mihi hoc ipſum ſummopere convenit, & placet*; nam cibus ille Margaritæ, veluti manna olim de cælo miſſum omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuavitatem habebat.

III. Hic ejus conſuetus cibus, hoc ejus juge jejunium, imò interdum unum, (& ut plurimum feria IV.) aut duos, aliquando etiam tres integros dies ſine ullo cibo perſtabat, quia pingnedine cæleſtium contemplationum ſaginata, corporei cibi omnino obliviſcebatur, præſertim cum ſacram Euchariſtiam ſumeret; manſiſſetque adhuc diutiùs in omnimodâ abſtinentiâ, niſi â monialibus de ſumendo cibo tandem admonita, aliquid comediſſet, declinandæ potius vanæ gloriolæ causâ, quam eſcæ indigentia: *adeo ſuavis eſt Dominus iis, qui guſtant illum*. Requiſita autem cur tandiù cibo abſtineret, nonne, reſpondebat, videtis me comedere? & jure quidem, nam panem Angelorum comedebat, qui illi mirum vigorem, & fortitudinem tribuebat, *ut ambularet in fortitudine cibi illius uſque ad montem Dei*, adeo ut iis diebus & ſe robuſtiorem ipſa ſentiret, & aliis ejus facies vegetior, & corpulentior appareret. *Reg. 3. 19. 9*

IV. At vero ſingulis ſextis feriis in honorem, memoriamque Dominicæ Paſſionis nihil præter panem, & abſinthium ad cibum, & acetum ad potum adhibebat, idque nonniſi poſt ſolis occaſum, ad quem fortiter jejunium protrahebat; eratque res valde mirabilis, quod hyemis etiam tempore, quamvis omnes horti arbores frondibus exuerentur, abſinthium tamen ibidem extans, iiſdem ſextis feriis aliquam ſemper frondulam ad Margaritæ uſum germinaret. Nec tanta amaritudine palatum ſuum afficere ſatis habens, alio etiam tormenti genere gulam cruciabat: ex horto ſiquidem, illum non ſemel una cum ſororibus converſis purgans, Erucas aliquot legens, eas mandebat, quod ipſum à prima juventa, pluries ſe feciſſe, ad gulam affligendam, confeſſa eſt. Hæc autem, aliaque id genus agens, corpori ſuo inſuper inſultabat, dicens, ita prorſus, imò pejus tecum fætidum, horrendumque monſtrum agendum eſt, ut in ſpiritus ſervitutem redigaris.

H Ve-

M V. Verum tamen eſt Margaritam hunc jejunii rigorem, nihil ſcilicet aliquot hebdomadæ diebus comededendi; extremis vitæ ſuæ annis ex confeſſarii obedientiâ nonnihil temperaſſe, fruſtulum nimirum mucoſi panis, & paucas herbas tunc comedendo. Sed haud ſilendum Margaritam vel adeo ſeveri, ac perennis jejunii exemplo, vel ſua prece aliis etiam jejunandi virtutem infudiſſe. Anno 1664. in eo cœnobio monialis vivebat, quæ ægrè admodum, nec ſine magno labore jejunare poterat; huic Margarita aliquando in aurem, & ſubmiſſa voce dixit, *benedicat tibi Deus, & virtutem illam concedat, quæ cæli ſaporem tribuit*; mirum dictu! ex illa hora monialis nullam difficultatem ſenſit amplius in jejunando, imò libentiſſime quotidiè jejunaſſet, adeo verum eſt illud S. Baſilii M. *jejunium potentes roborat*.

Aliæ ejus Pœnitentiæ CAP. IV.

I. Nec intra hos fines ejus pro Deo patiendi ardor, & corporis affligendi ſtudium continebatur: his enim gulæ cruciatibus graviſſimas addebat pœnitentias; in cujus virtutis paleſtrâ ad ultimum uſque vitæ ſpiritum egregiè deſudavit. In flagella ita parata erat, ut pluries die, noctuque ter nempe, aut quater, & interdum quinquies ſingulis diebus flagellis diutiſſime ad ſanguinem ſemper ſe cæderet; ne autem aut ipſa hoc agens deprehenderetur, aut flagellorum ictus exaudirentur, loca identidem mutabat, nunc in organo, nunc in oratorio, ſæpius in parva quadam horti crypta diriſſimam hanc, in ſe ipſam, carnificinam exercebat, quæ loca, præſertim crypta, multo ſanguine aſperſa conſpiciebantur; nam adeo valide, tantoque impetu flagella congeminabat, ac ſi ejus corpus, non caro, ſed inſenſibilis quædam eſſet tabula, aut ſilex duriſſimus; plura idcirco flagella de funiculis, plures ferreas catenulas ad horribile hoc opus adhibebat. Moniales autem, aut miſeratione ductæ, aut devotione, ſæpe, cum poſſent, eadem flagella, & catenulas piè furabantur; quibus tamen deficientibus, Margarita precariis coronis, aut alia quacumque re, quæ dolorem poſſet gignere, & ſanguinem elicere, ſe percutiebat, dum interim alia ejus generis pœnitentiæ inſtrumenta occulte obtineret, quibus propterea ferè nunquam carebat.

II. Totum hoc parum erat ejus patiendi deſiderio, licet jam tantum eſſet, ſuper dolorem vulnerum, quæ flagella infligebant, addidit ciliciorum, & catenarum ad vivam cutem aſperrimum cruciatum; cilicium ferreum erat, ex acutis, ac prominentibus cuſpidibus compactum, quod ad nonageſimum ætatis annum ſemper geſtavit, quodque lumbos, & ſcapulas punctionibus findens, adeo intrinſecus penetrabat, ut à ſuperinductâ eidem carne ferè totum cooperiretur; itaque in noviſſimâ ægritudine vix à carne divelli potuit, truncum tamen, & vi in fruſta diſcerptum, & forficibus minutatim conciſum. Præter hoc alia etiam cilicia ex equorum pilis, aliiſque durioribus materiis contexta ſuperinduebat. Itaque tum flagellis, tum ciliciis nullam corporis partem à vulnere vacuam, aut immunem relinquebat; inſuper nudis pedibus ſuper nivem, & gelu ambulans, & nudis etiam genibus diu ibidem orans, cæleſti ſanguinum ſponſo reddere ſimilem ſe geſtiebat, *in quo à planta pedis uſque ad verticem capitis non erat ſanitas*. Sed hæc omnia Margaritæ pa um, aut nihil videbantur præ amoris in eumdem ſponſum magnitudine.

III. Poſtquam à Chriſto Domino ſibi apparente præceptum accepit non amplius in lecto dormiendi, illud diligentiſſime obſervavit, in poſterum ſuper altarium lignea pedulia ſemper cubans, non tamen penitus diſtento corpore, ſed incurvato, & contracto, aliquando in genua procumbens, breviſſimum ſomnum capiens; cum vero urgente obedientiâ, præſertim ægritudinis tempore

pore

pore cubili uti cogeretur, nec tunc quidem ingenioſa ejus ſolertia, impoſitam ſibi à Deo pœnitentiam intermittebat; tabulam enim ad ſui corporis menſuram ſuper tomentum linteo, ne videretur, coopertam aptè collocabat, ſuperque eam jacebat. Aliàs juſſa lectum aſcendere, parebat ſtatim, ſed paulo poſt ex eo deſiliens, conſuetas preces, & flagellationes in terra genuflexa repetebat; nulla enim ratione (poſtquam hoc illi Deus vetuit) diù in lecto perſiſtere, aut ibi ſomnum capere poterat, nam ſi id vel ſponte, vel juſſa tentaret, illico vehementi frigore, ac tremore corripiebatur, licet æſtivi calores ferverent, ſtatim vero atque e lecto deſcendens in terram ſe proſternebat, frigore aufugiente, parvo quidem, ſed placido ſopore, ac quiete quocumque tempore fruebatur. Ex quibus perſpicuè liquet magno eam, ac intimo ſui, ſuique corporis odio percitam adeo ſevere, & acriter in illud veluti inſenſiſſimum hoſtem animadvertiſſe; quod ſane odium inde etiam magis, magiſque augebatur, poſtquam illi Deus proprii corporis naturalem deformitatem, & fœditatem ad vivum ſemel oſtendit, omniaque damna, & detrimenta, quæ ipſum animæ infert, & nequitias omnes, & ſcelera, quæ contra Deum operatur demonſtravit, præcipiens propterea, ut idem corpus tamquam malorum omnium reum, & cauſam ſevere cruciaret, & veluti vile mancipium ſemper opprimeret, & ſub fræno duræ ſervitutis conſtringeret, ne umquam adverſus Deum, & ſpiritum erigi poſſet: ex quo tantum odii, horroris, & averſionis in corpus Margarita concepit, ut quamvis adeo auſterè cum illo ageret, nihil tamen ſatis eſſe ad ipſum pro merito puniendum exiſtimaret, doleretque ſemper non ita ſe in ſuo corpore dolere, ſicut optaret, & oporteret.

His acceſſit crebra Dæmonis infeſtatio, qui tantæ virtutis ardens invidiâ, illam, Deo permittente, ſæviſſime percutiebat; nunc avernali impetu ad terram allidens, nunc faciem, & humeros livoribus fœdans, ac plagis cruentans, nunc, ut illi ægre faceret, ſpecie pergrandium murium eam proſcindere dentibus tentans, nunc oratorium, ubi preces Altiſſimo offerebat, aquis ad uſque genua inundans, nunc denique lymphæ luſtralis vaſculum confringens, lucernam extinguens, lampadis oleum effundens, aliaque plura id genus incommoda illi inferens: & quod adhuc gravius erat, ac importunius, tum internis ſuggeſtionibus, tum externis ſpeciebus ad impuros actus, & inhoneſtum creaturarum amorem voce, ac geſtu, etiam in decrepitâ nonaginta annorum ætate eam provocans; quæ omnia tentandi ad meritorum famulæ ſuæ cumulum (ut olim B. Job, aliiſque ſanctiſſimis viris) Dæmoni vero ad majorem confuſionem Deus facultatem concedebat; nam corporales quidem ejus moleſtias æquo animo, ac ridenti vultu Margarita tranſigebat, tentationes vero, & incitamenta ad turpia aſperrimis pœnitentiis, quas paulo ante deſcripſimus, longè abigebat, & invictè ſuperabat, glorioſum proinde de Satana ejuſque fraudibus triumphum referens. IV.

Ejus patientia CAP. V.

Nec his ſolum, quas à Dæmone patiebatur, verum etiam in aliis ab hominibus illatis injuriis, & contumeliis eximiam patientiam comprobavit. Hæc enim ea virtus eſt, quæ à beatiſſimo Apoſtolo, ad promiſſiones reportandas neceſſaria deſcribitur, & à Chriſto Domino tamquam prædeſtinationis certiſſimum ſignum proponitur, *in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*. Margarita igitur ad altiſſimum illum patientiæ gradum pervenit, ut injurias acciperet, & gratias ageret, benedictiones pro maledictionibus redderet, & irriſiones, & ignominias ſibi illatas donis, ac beneficiis compenſaret. Fuit enim in eo I. Luc. 21. 19.

M

cœnobio quædam monialis, quæ iſtigante humani generis hoſte, organum, ubi Margarita jugiter orare, ac dormire ſolita erat, igni tradere ſtatuerat, temere etiam de eadem identidem obloquebatur, dicens aliis monialibus, *vultis cognoſcere hipocryſim, & ementitam ſanctitatem? adeo vetula eſt, ut eam Deus nolit recipere, ideoque adhuc vivit*. At Margarita eandem monialem velut inſignem benefactricem obſequio muneribus, aliiſque blanditiis aſſiduè proſequebatur. Alia monialis fædum, ac fætidum ſtrumarum morbum ad collum patiebatur, earum plagas, & ſaniem ex eis manantem Margarita magno charitatis affectu detergebat, eamque pro viribus ſovere, ac ſolari conabatur at Deo permittente, & Diabolo incitante, tantum odii in eam concepit, & amaritudinis, ut illam nec videre, nec pati ullo modo poſſet, crevitque eouſque ejus animi alienatio, ut nec ipſius vocem quæ aliàs ſuaviſſima erat, in choro divinas laudes una cum aliis monialibus canentis audire ſuſtineret, quamobrem cum tentationi impar eſſet, ſæpe ſæpius irâ percita, & obmurmurans è choro exibat, conviciis, ac probris eam onerans; quadam autem die Margaritam ex organo exeuntem datâ operâ expectans, eidem contumeliis, & minis graviſſimis inſultavit. At Dei famula ne verbum quidem repoſuit, ſed omnia illa convicia patientiſſime tulit; interrogata poſtmodum, an vere tot maledicta in ſe illa congeſſiſſet, reſpondit, eam excuſans, *loquuta eſt, non objurgavit, aut exprobravit*.

Simile quid legitur in vitis patrum l. b. 2. pag. 61 à tergo, de Fulegio Alexandrino, & leproſo ingratiſſim., & moleſtiſſim cui propter Chriſtum ille inſerviebat.

II. Alia quoque monialis ulcus adeò fætidum ſuſtinebat, ut ipſemet Chirurgus ob intolerabilem fætorem inde exhalantem ad eam amplius recuſaret accedere. At Margarita invictâ patientiâ, & inexplebili charitate ſenſus omnes mortificationis myrrha perungens, & condiens, annis pluribus, ad uſque illius mortem conſtanter ei miniſtravit, ulceri medicamenta adhibens, lineas, & tenuiſſimas faſciolas undique exquirens, & comportans, ut quantum fieri poterat mundam illam, & ſanie terſam præberet. Sed ea ſatanico ſtimulo urgente, & infirmitatis adeò atrocis tædio, ac dolore victa pro eo ut Margaritam, tanti beneficii memor, diligeret, illi detrahebat, & quoties medicamenta, & ſolatia ei afferebat, injuriis, verbiſque acerbioribus eam excipiebat, cauſans, quod non charitatis ergo, ſed humanæ gloriolæ captandæ gratia, ut nempe ſancta ab aliis haberetur, ea ſibi impendere geſtiret. Quid ad hæc Margarita? Facta veluti homo *non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones*, opus adeò arduum fortiter, ac ſilens proſequebatur, imo quo magis illa indignabatur, & inſoleſcebat, eò Margarita majori ſtudio, ac diligentiâ ei inſervire curabat, nec umquam animum deſpondit, nec umquam manus ejus laſſatæ ſunt, donec illa ex hac vita migraret, quamvis eam ob cauſam angores plurimi, & peramari boli ei deglutiendi forent; nam aliquot moniales admodum delicatulæ, & abnegationis ſui ipſius haud ſatis memores, Margaritam propterea ſtomachabantur, nec manus lavare in communi labello eam ſinebant, valde inhonorifice, ac illiberaliter cum ea agentes, at illa, & cum ſaniem, & immunditias illas contrectaret, & cum opprobria reciperet, magnam præſeferebat lætitiam, & gaudium, illud ſemper animo reputans *hilarem datorem diligit Deus*.

Pſal. 37. 15.

2. Cor. 9. 7.

III. Igitur cum perſecutiones, & calumnias pateretur, aut in ærumnas, & tribulationes varias incideret, tantum abeſt, ut de iis doleret, aut conquereretur, aut eas à ſe avertendas optaret, ut potius perſequentes, & obtrectatores ſuos beneficiis, & muneribus donatos vellet, illud frequenter inculcans, hominem, qui ſeſe tentat à perſecutoribus defendere, & tribulationes, & afflictiones declinare, Deum, ejuſque gratiam à ſe depellere; nam Deus homines patien-

tes

tes vult, & ut patientiâ æternæ vitæ coronam adipiſcantur: at Margarita nihil cenſebat adverſa omnia patienter tolerare, niſi etiam in iis, mirum in modum gauderet; quod ipſum peculiariter Deus illi præceperat, ut ei ſcilicet *ſaperet ſuper mel, & favum tribulatio pro Chriſto, & in infirmitatibus ſuis gloriaretur*, quod cum illa quanam id ratione conſequi poſſet, diſcere cuperet, Deus mirabilem quandam precationem eam docuit, cujus virtute etiam ſi in fruſta diſcerperetur, nec perturbari, nec à patientiæ ſemita deflectere, nec à ſummi boni unione, & contemplatione diſtrahi, aut dimoveri ulla vi unquam poſſet. M

Ejus humilitas CAP. VI.

Quàm vero in ejus corde humilitas virtutum omnium baſis, ac parens profundas radices fixerit, inde cognoſcitur, quod contemptus, & irriſiones veluti pretioſa dona, & inſignia beneficia anxiè percuperet, & diligenter exquireret idque tam cum privatam vitam ageret, quam cum aliis ſupremo loco præeſſet; tunc enim moniales, ipſaſque adeo converſas, enixe rogabat, imò officii ſui authoritate compellebat, ut ſe ipſam contemnerent, & injuriis, ac contumeliis afficerent; qua in re quamvis admodum ægrè, nihilominus, ut ejus humilitati aliquatenus facerent ſatis, interdum morem gerebant, at illa maximam tunc lætitiam, & cordis jubilum oſtendebat, ſolita aſſerere, cum opprobria reciperet, ſibi videri perinde, ac florum corona redimiretur; cum verò aliquandò illæ actum tam ingratum, & inurbanum exercere abnuerent, tunc Margarita ab eis veniam petebat. Contigit id evidentius cum adhuc Antiſtita ſorori converſæ præcepit, ut ſe contumeliis, & injuriis impeteret; paruit quidem illa obediendi gratia, ſed paulò poſt perperam ſe feciſſe exiſtimans, & vehementer dolens (non enim cogitabat, quod *volenti non fit injuria*) Margaritam interpellans, eccur, inquit, me cogis tecum adeò inique agere, & tam grande piaculum perpetrare? at humilis Dei famula ſtatim genua flectens, ejus pedes exoſculans, ut ſibi parceret, rogavit. I.

Vivebat tunc Viterbii ſanctitate celebris Monialis Hyacinta Mareſcotti ſoror Comitis Vignanelli, & præclariſſimi cardinalis Galeatii Mareſcotti, (qui nuper propè centenarius obiit, poſtquam nimirum juxta votum hanc Dei famulam arcto adeo conſanguinitatis vinculo ſibi conjunctam à ſanctiſſimo Pontifice Benedicto XIII. in Beatorum album propediem referendam ſciviſſet). Hæc igitur accepta fama, quæ de virtutibus, ac prodigiis Margaritæ Conradi percrebuerat, ad eam ſcripſit, *Sanctam* appellans, ab eaque orationem coronam devotionis gratia poſtulans, utque propria manu ſibi reſcriberet, exquirens. At Margarita hac de re ita contriſtata eſt, adeòque indoluit, ut palam profiteretur, ſe illi ne verbum quidem reſcripturam, ne dum minimum quid fore miſſuram: Nec umquam ceſſabat conqueri, tamquam atrox aliquod vulnus ſibi inflictum fuiſſet, quod utique veræ humilitatis indicium eſt, Pſalmographo verbo, & exemplo docente, *Ego autem exaltatus, conturbatus ſum, & humiliatus*. Sed cum imperatum ei fuiſſet, ut reſponderet, reſpondit quidem, ſed pauciſſimis verbis, iiſque frigidis, & arentibus, alia autem monialis, Cherubina nomine, Margaritæ ſanguine propinqua, clam eam ſacrum numiſma ex ejus precaria corona detractum, Hyacinthæ miſit. II. An. 1726.

Sincere, & ex intimo cordis ſenſu credebat ſe omnium creaturarum viliſſimam, & abjectiſſimam, quamobrem cum ab aliquo malè tractaretur, putabat id evenire ex cognitione à Deo illi indita ſuæ vilitatis, & indignitatis. Igitur pro calumniantibus, & perſequentibus, tamquam pro chariſſimis amicis ita ferventer Deum exorabat, ut pro ſe ipſa precari pene obliviſceretur, ac inſuper III.

pavi-

M pavimento ab ipſis calcato, veluti terra ſancta eſſet, oſcula frequenter figebat. Cum ejus per id temporis confeſſarius Chriſtophorus Varaſius multa de ejus vita, ac rebus geſtis ab ea identidem ſciſcitaretur, quæ poſtea ipſe adnotabat, Margarita id ſubodorata, quodam mane ei dixit, ſibi præterita nocte oſtenſum fuiſſe, nequiorem ſe, & ſceleratiorem inter homines tunc viventes reperire neminem, & niſi in eo cœnobio maneret, procul nimirum ab iis periculis, in quibus ſæculares perſonæ verſantur, longe illis pejora ſe patraturam fuiſſe, quod ſi ipſe, qui ejus confeſſiones audiebat, exiſtimaret, ſe ipſam aliquid boni eſſe, ægre admodum æternam ſalutem fore conſequuturum; idque evenit anno 1660. Quid nos ad hæc? niſi cum Apoſtolo ingeminare, *ò quam incomprehenſibilia ſunt judicia Dei, & inveſtigabiles viæ ejus!* & cum Pſalmiſta; *ò quam terribilis Deus in conſiliis ſuper filios hominum! à judiciis ejus quis non timeat?* quis ſuperbire audeat? quis de ſe ipſo præſumere? En quomodo Deus ſervos ſuos humiles cupit, & facit; totum à divina gratia ſperare jubet, totum divinæ gratiæ tribuere, noſtro ei arbitrio adhærente, ſine cujus auxilio maximus etiam ſanctorum ipſo Juda pejor evaderet. Simile quid ſeraphicæ Thereſiæ Deus oſtendit, quod nempe ſi diutius cujuſdam perſonæ quamvis honeſtam amicitiam coluiſſet, futurum erat, ut paulatim in deſidiam, mox in graviſſima ſcelera prolaberetur, ob quæ in Inferno ſub ipſo Lucifero detrudenda erat. Væ igitur illis, qui ſponte, & clauſis oculis tot periculis, & occaſionibus Deum offendendi temere ſe, & quidem frequenter, exponunt, divini ſpiritus monitum haud attendentes; *Qui amat periculum peribit in illo*.

IV. Alio tempore dum varias peccatorum ſpecies in quodam libro legeret, quæ ab hominibus committi poſſunt, præſertim adulterium, erat mox intra ſe dictura, ego hujuſcemodi peccatum non feci; cum ecce antequam id in corde proferret, audivit vocem ſibi dicentem „ numquam fuit, nec erit, nec modo „ in univerſo Orbe reperitur creatura aliqua, quæ te magis peccatum hoc „ commiſerit, vel ſit commiſſura; nam alii quidem peccatum iſtud aliquoties „ corpore perpetrarunt, tu vero ſingulis momentis, in oratione, meditatio„ ne, divinis officiis recitandis, & in pleriſque aliis operibus etiam bonis fa„ ciendis, ſpiritu, & affectu adulteraris „ Item nocte quadam Nativitatis Domini rogans admitti inter bovem, & aſellum, ut infantem Jeſum adoraret, hoc reſponſum accepit, in præſepio non eſſe ei locum, nam animalia illa ejus comparatione perſonæ erant valde magnæ, & egregiis prærogativis ſpectabiles. Ita nempe hanc ſuam famulam Deus, licet nec levia peccata plenâ voluntate committeret, ob tamen aliquem leviſſimum quidem non adeò intenſæ in eo laudando animadverſionis defectum, in humilitate continebat. Nimirum in divino judicio, cum ad examen ex rigore juſtitiæ humani actus revocantur, quæ nobis modò minutiſſimæ videntur atomi: montes excelſi apparent; *non enim juſtificabitur in conſpectu ejus omnis vivens; cœli in conſpectu eius non ſunt mundi*, nam ut Magnus Gregorius ait in illud pſalmographi, *ego juſtitias judicabo, juſtitia noſtra ad examen divinæ juſtitiæ deducta injuſtitia eſt*.

V. Margarita igitur ſic à Deo edocta, quam ſibi neceſſaria eſſet humilitas optimè intelligens, ejus virtutis actus, quam frequentiſſimè poterat, exercebat; interque eos, monialium pedes oſculari, etiam cum abbatiſſæ officio fungeretur, præſertim cum ſacram Euchariſtiam ſumebat, ſolemne habuit. Quamvis ob hanc ipſam adeo profundam propriæ vilitatis cognitionem, & divinæ majeſtatis in ſanctiſſimo altaris Sacramento latentis ſummam reverentiam, ad ſacram menſam non auderet accedere, niſi ſemel in menſe, idque ut canonicis ſanctionibus obtemperaret, quæ monachos ſemel ſaltem in menſe ſacroſan-

ſanctis myſteriis refici jubent. Sed poſtea patri Priolo confeſſario ſuo morem gerens, quotidie cæleſti pabulo veſcebatur, ſimul cum eodem maxima, & excellentiſſima dona à Deo recipiens; *humilibus enim dat gratiam*. **M**

VI. Dum adhuc in vivis ageret, moniales illas, quæ rerum ſuarum aliquid noverant, ſibi promittere coegit, ne ſe etiam defuncta, ea cuique nota facerent, aut revelarent; cupiens nimirum ut earum memoria cum ſonitu periret. Sed Margarita ad cœlos tranſlata, cum epiſcopus Amerinus Gaudentius Poli, Angelum Blaſi ord. eremitarum S. Auguſtini ad cœnobium illud miſiſſet, ut rite, ac ordine moniales de rebus à Margarita peractis, ejuſque virtutibus, ac miraculis interrogaret, & cuncta in literas referret, tunc omnes antequam vocarentur ſuapte ſponte certatim ad eum acceſſerunt, quidquid de ea ſcirent, dicturæ. Illæ autem, quæ ſilentium Margaritæ ſpoponderant, faſſæ ſunt, etſi primùm apud ſe ſtatuiſſent minimè accedere, intus tamen deinde compulſas, & coactas fuiſſe conſcientiam ſuam exonerare, mirabilia omnia ab hac Dei famula occultè geſta, in lucem proferendo, magni piaculi ſi diutius reticuiſſent, reas ſe fore arbitrantes; ut hac etiam ratione illud Servatoris noſtri in ea comprobaretur, *Qui ſe humiliat exaltabitur*.

Ejus Pietas CAP. VII.

I. Ex his facile intelligi poteſt, quo pietatis ſenſu in omnibus ſuis actibus erga res divinas ſemper ſe geſſerit; nam ut à Dei laudatione in choro perſolvenda exordiamur, eam & ipſa ſumma attentione, & reverentia complebat, & quam diligentiſſimè ab aliis complendam curabat. Ad chorum omnium prima, moniales alias ſemper vocabat, incitabatque, ut citò, & alacriter ad Deum laudandum properarent, imò etiam cum ſenectute, & infirmitatibus gravaretur, & vix poſſet amplius incedere, cum tamen ad chorum pergendum erat, & illi jam appropinquaret, tanta celeritate ibat, ut volare potius, quam ambulare videretur, & ſcalarum gradus non quidem ſingulos ſingulis paſſibus, ſed binos ſimul unico greſſu aſcenderet, divino ſcilicet amore corpori ipſi alas addente: dicebatque tunc aliis monialibus, *currite, currite, nonne eos videtis, qui nos expectant? ò quam pulchri ſunt! citò, citò, incipiamus, nec eos diutius nos expectare compellamus*: quibus verbis, & adhortationibus in cauſa erat, ut citiùs divina pſalmodia inciperetur: credebatur ſiquidem Angelorum viſionibus, ut plurimum frui, dum preces Deo funderet, præcipue dum ſacram in choro ſinaxim celebraret; Imo alia monialis, Maria Franciſca nomine, nobili familia Racani, Margaritæ ſororis filia, aliquando in Odeo Margarita pſallente dulciſſimum quendam ſonitum, velut citharæ, & organi, exaudivit, qui ejus vocem tam ſuaviter comitabatur, ut Angelorum potius concentus exiſtimari poſſet; idque eo prorſus tempore, quo ipſa nihil fere de Margaritæ ſanctitate perſuaſum habebat. Alio tempore eadem monialis Margaritam vidit ſublimem à terra inter nubes genuflexam, junctiſque manibus orantem, videbaturque illi veluti altera D. Clara Aſſiſienſis. Dum vero extrema detineretur infirmitate identidem dicebat, *ſi Dominus id mihi concederet, poſt mortem pluries è tumulo libentiſſime exirem, ut divinis in choro laudibus cum aliis monialibus intereſſem*, diciturque poſt obitum non raro fuiſſe audita clara, & diſtincta voce in choro cum aliis pſallere.

II. Erga ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum maxima religione, & amore afficiebatur; ideoque ipſis ſacerdotibus, utpote tanti ſacramenti miniſtris, veluti totidem Angelis præcipuam venerationem, & honorem exhibebat; Cum igitur quodam mane ſacerdotes aliquot in ejus eccleſia ſacra myſteria peragerent, Margarita moniales ſic compellare cœpit, *Venite, venite in eccleſia*

tota

M *tota adeſt curia cæleſtis, eccleſia jam plena eſt, aſpicite res tam pulchras, venite, venite*, exiſtimabat ſiquidem alias quoque moniales eadem videre, quæ ipſa tunc videbat, cum nihil aliud præter ſacerdotes, & unum, aut alterum hominem in eccleſia eo tempore exiſtentem, intuerentur. At Margarita moniales hortari non deſinebat, ut ſacerdotibus in earum eccleſia ſacra facientibus majores, quas poſſent, gratias ſemper referrent: quoniam *Sacerdotes* (ajebat) *omni obſequio, & officio digni ſunt, veluti totidem Dii in terra: Ego dixi, Dii eſtis, & filii excelſi omnes.*

Pſal. 81. 6.

III. Ad ipſum autem diviniſſimum Sacramentum, quanta præparatione, qua humilitate, quo amore accederet, difficile quidem dictu eſt: Sed ex uberrimo fructu, præcipuis gratiis, & pretioſiſſimis donis, quæ ex eo referebat, poteſt ſatis intelligi. Sentiebat etenim Chriſti Domini ſub ſacris ſpeciebus contenti in ſuam animam ingreſſum tamquam ſponſi, qui poſt ſe animæ oſtium claudebat, ut quietius, ac ſecurius in ea jucundaretur, & manſionem dulciorem faceret: percipiebat quoque ſenſu ſuaviſſimos divinæ præſentiæ effectus per aliquot dies, donec ob aliquam licet leviſſimam imperfectionem eam amitteret. Cæterum ſumpto Salvatoris noſtri corpore, præſertim in ſolemnioribus feſtivitatibus, apparebat facies ejus ignita, & pulcherrima, & oculi ſcintillantes & lucidiſſimi, veluti duo cæli ſidera, nec quiſquam poterat firma oculorum acie vultum ejus tunc intueri ob ingentem, qui inde emicabat, ſplendorem. Accedebat autem ad divinam menſam interdum quotidie, interdum ſemel in hebdomada, interdum ſecundo, aut tertio quoque die, prout ejus confeſſarius illi permittebat, aut præcipiebat. Cum aliquando graviſſima laboraret infirmitate, & jam Sacroſanctæ Euchariſtiæ viatico, deinde extrema ſacri Olei unctione eſſet munienda, licet corporis viribus omnino deſtitueretur, adeo ut moniales, quæ eam ſupra lectum, ſumendæ cauſa Euchariſtiæ paululum erexerant, & manibus ſuſtentabant, haud parum timerent, ne propter eum corporis motum illico expiraret; attamen ſtatim atque ſanctiſſimum Chriſti corpus à Sacerdote allatum apparuit, è lecto velociſſimè proſiluit, imo potius velut avis evolavit, ſine ullius adjutorio, & ſuper cellæ pavimentum genua flexit, ſumma omnium admiratione, ac ſtupore, verebantur enim ne quolibet momento ſpiritum exhalaret. Sed tunc quidem convaluit; quoties autem in ægritudine cœleſti dape reficiebatur, ſemper è lecto ſurgebat, & ad terram ſuper genua ſe proſternebat, devotionem æque, ac humilitatem oſtendens, & ferventiſſimum in tantum ſacramentum amorem.

IV. Nec minori devotione, & ſtudio Dominicam Paſſionem, & feriæ ſextæ diem, in qua illa peracta eſt, recolebat; ea igitur die Chriſti Domini vulnera mira attentione, ac pietatis ſenſu complures horas contemplabatur, & aliquandò unius tantum plagæ meditationi quinque horarum ſpatium tribuebat, obtinuitque à Deo (quod impensè optabat, & jugiter precabatur) ut ejus obitus feria VI. Paraſceves contingeret, in quam diem illo anno incidit etiam feſtum D. Catharinæ Senenſis, cujus pariter ſtudioſiſſima erat, ejus mirabilis vitæ hiſtoriam aſſidue legens, & æmulari ſtrenuè ſatagens. Solebat autem dicere ſorori Luciæ Pierantonii converſæ „ Diſce mea ſoror Deo perfectè ſervire, „ quod quidem facillimum eſt, modo ejus ſanctiſſimam paſſionem frequen- „ ter cogites, & mediteris; hoc nullo negotio percipi poteſt; nam characte- „ res, quibus Chriſti Domini Paſſio conſcripta eſt, clavi ſcilicet, & lancea, „ ceteraque vulnerum ejus inſtrumenta, magni ſunt, & ingentes, ideòque „ abſque multo labore, ac ſtudio videri, & intelligi poſſunt, etſi vero cor-

„ po-

„ poreis oculis minime cernantur, ſufficit tamen, ut conſpiciantur oculis „ cordis, quotidie nimirum Chriſti Domini cruciatus, & dolores devote „ contemplando, qua ratione brevi admodum tempore haud modicum Dei „ lumen obtinebis, & in Sanctitatis ſchola plurimum proficies „ Ita Margarita ad Luciam.

Sed & aliis omnibus monialibus perſuaſit, ut ſingulis ſextis feriis tum Adventus, tum Quadrageſimæ, quinque continuis horis Dominicam Paſſionem contemplarentur orantes, quod pium inſtitutum etiam poſt ejus mortem in eo cœnobio perſeveravit; Toto autem illo quinque horarum ſpatio Margarita genuflexa perſtabat immobilis, & interdum facie ad terram proſtrata, ut potius inſenſibilis quædam ſtatua, quam vivens corpus videretur. Dixit verò aliquando patri Priolo confeſſario, in meditatione flagellationis Chriſti Domini ſe minime poſſe cogitatione tranſire ad ſecundum ictum, & interrogata ab eodem, qua de cauſa? reſpondit, quia doloris acerbitas vitam ſibi ademiſſet; adeò nempe intimè erga Salvatoris paſſionem afficiebatur. Quadam ſexta feria in Paraſceve, magnopere cupiens fellis amaritudinem cum Redemptore Crucifixo deguſtare, integrum repente fel in manu ſua invenit, quo abunde amaritudinis ſitim illam explevit, *inebriavit me abſynthio*. Ceterum omnibus aliis ſextis feriis totius anni, præter fruſtulum panis, & abſynthium in cibum, acetum vero in potum, nihil omnino ſumebat, ut ſupra diximus cap. 3. n. 4. imo quo tempore cœnobio præfuit, ſemper curavit, ut omnes moniales, ſaltem parum quid abſynthii in memoriam, ac honorem Dominicæ Paſſionis ſextis feriis manducarent. Expletâ autem ſextis feriis Adventus, & Quadrageſimæ nuper recenſitâ quinque horarum meditatione, ſurgens Margarita ab oratione, ad oſculandum Chriſti Crucifixi imaginem, quæ ut in Paraſceve fieri ſolet, in terra ſupra tapetum, & pulvinaria decenter poſita erat, procedebat. Hoc autem ſimulacrum alia monialis, Maria Urſula Loaldi, pluries vidit brachia è Cruce divellere, ut Margaritam amplexaretur, cui deinde præcipiebat, ut poſtea iiſdem, ut antea, clavis ſe iterum cruci affigeret. Præterea, antequam noctu ad matutinum officium in choro perſolvendum pergeret, Dominicam paſſionem ex Evangelio recitabat. Cum vero ejuſdem vivificæ paſſionis recolendæ gratiâ ſcalam ſanctam aſcenderet, nudis genibus, & facie ad terram inclinatâ eam quaſi rependo tranſibat. Itaque illud Auguſtini manual. c. 22. ſemper in corde habebat, & in opere ſe habere demonſtrabat *Tota ſpes mea eſt in morte Domini mei: mors ejus meritum meum & refugium meum, ſalus, vita, & reſurrectio mea*. & meditat. c. 14. *omnis ſpes, & totius fiduciæ certitudo mibi eſt in pretioſo ſanguine ejus, qui effuſus eſt propter nos & propter noſtram ſalutem*. V.

Threr. 3. 15.

Ejus oratio CAP. VIII.

Nec his tantum horis Deo preces fundebat, ſed ejus oratio aſſidua, & perpetua, erat;nam poſt divinæ pſalmodiæ penſum inOdeo perſolutum,ad cellam rediens in eaque ſemper conſiſtens, ſine intermiſſione orabat, Deum jugiter laudans, & gemitibus ſemper exorans. Poſt veſperas fere uſque ad noctem genuflexa immobilis in oratione perdurabat. Aſſiduitas igitur orandi, ejus genua in coronæ modum complanaverat, in cujus medio circulus rubri ac flavi coloris admodum tumens apparebat. Orabat autem aliquando diſtentis brachiis ad inſtar crucis, & facie ad terram converſa, ſed tamen ita, ut nec brachiis, nec manibus, nec facie ullatenus terram tangeret, ſed tantum genibus, quamvis facie, brachiis, & manibus non amplius quatuor digitis à terra diſtaret, in quo corporis ſitu adeo incommodo, & dolorifico plures horas, & inter- I.

M dum totum diei dimidium fortiter orando perſiſtebat, & quod humanis viribus haud poſſibile videtur, ita immota, ac ſi eſſet humi defixa, nec vocantem quamlibet audiens, nec trahentem per veſtem ſentiens, quæ res maximam omnibus ingerebat admirationem; cum enim aliquot moniales eodem modo, eademque corporis figura orare conarentur, brevi admodum tempore, nec ſine magno cruciatu permanere ſic poterant.

II. Integræ fere horæ ſpatio veſpertinum officium præveniens, & ad chorum properans, ibi orando uſque ad conſtitutum cum aliis pſallendi tempus manebat; interrogata autem quodam die à patre confeſſario, quantum temporis ſomno indulgeret, *duas ſaltem integras horas*, reſpondit, reliquum verò temporis totum orationi dabat, nec enim umquam cum aliis confabulando immorabatur, nec relaxandi animi gratia minimum etiam temporis otioſè tranſigebat, nam divini ſponſi vox, quæ in ejus corde jugiter reſonabat, eam à creaturis omnibus abducens, poſt ſe in odorem unguentorum ſuorum trahebat. Ejus propterea orationes Dæmonibus plurimum diſplicebant, omnem idcircò lapidem moventibus, ut eas impedirent, vel ſaltem aliò averterent; quadam igitur die, dum beatiſſimæ Virginis Roſarium devotè admodum recitaret, Dæmon invidens, & iraſcens, magnum à tergo ſtrepitum, & clamorem civit, ut orationem illam, vel relinquere, vel ad minus intermittere Margaritam cogeret: at ipſa immota, ac interrita perſeverans, orationem continuavit, & Dæmonis aſtum deluſit. At contrà, quam Deus Margaritæ orationes gratas, & acceptas haberet, multis demonſtravit; cuidam enim ſuæ famulæ Margaritæ Coccolæ nuncupatæ in cœnobio ſanctæ Monicæ ejuſdem urbis Amerinæ ſanctimoniali revelavit, merito ſe Margaritæ Conradi orationum ablaturum omnia obſtacula, & impedimenta, quæ ob ejus (Coccolæ ſcilicet) defectus, & negligentias tamquam murus ſeſe interponebant, ne perfectam cum Deo unionem, & gratiam conſequeretur. Ejus etiam precibus tribuendum, quod ſacerdos quidam antea projectæ vitæ, ad meliora converſus ſit, & bonorum deinceps operum aliis exemplar evaſerit, quodque ſoror M. Franciſca Racani Margaritæ propinqua, è lethali morbo prodigioſe convaluerit.

Solitudinis amor CAP. IX.

I. Ex hac orandi aſſiduitate ejus ſolitudo, & à creaturis omnibus receſſus, & fuga neceſſario oriebatur. Numquam ad crates accedebat, niſi urgente pauperum, vel ægrotorum neceſſitate, quos oleo, & aquâ benedictis, ſancti Dominici ab ea denominatis, inungens, mirabiliter ſanabat. Cum vero ob eam cauſam crates adiret, etiam in decrepita ætate, numquam ſola, ſed alia ſemper moniali comitante, pergebat, ibique parvam admodum moram trahens, peracto illico charitatis officio, ſtatim recedebat. Nunquam cœnobium otii cauſâ circuibat, numquam publico aliquo in loco ſtare conſpiciebatur, præterquam in choro, in oratorio, in communi cœnaculo, & in valetudinario, ſemper cæteroquin ſolitaria, & ab omnium conſuetudine, & colloquiis remota, vel in cella, vel in organo, vel in horti ſpecu, ubi ſe flagellis diriſſime cædebat, clauſa conſiſtens. Habebat quidem in eodem cœnobio ſororem germanam, appellatam in ſæculo Miſiam Conradi, & in religione Franciſcam. Sed Margarita utpote ab infantia penitus Deo dedita, & cum eo tantum in oratione prolixe colloqui aſſueta, nihil præterea curabat, ideoque ab ipſa etiam ſorore ſua procul, & ſejuncta vivebat, ut de ea pariter idem prorſus dici, quod olim D. Gregorius Magnus de ſanctiſſimo patre Benedicto ſcripſit, *Solus in ſuperni inſpectoris oculis habitavit ſecum*. *Dial. lib. 2.*

Pau-

Paupertatis Studium CAP. X.

Paupertatem ſummopere adamavit; non enim ſolum ſuperflui nihil umquam admiſit, quod quidem monachis omnibus voti religione interdicitur, ſed nec rem ullam, quantumvis neceſſariam, qua uteretur, apud ſe aliquandò retinuit, ſed quidquid illi maxime opus erat, etiam ſudariolum, etiam capitis velamen, nedum alias veſtes ad corpus tegendum, ab aliis monialibus, modo ſcilicet ab una, modo ab alia, eleemoſinæ loco quæritabat. In ejus cella præter unam, aut alteram ſediculam, & parvum abacum, & nonnullos libros ſpirituales, nihil conſpiceres. Sorori quidem Suſannæ incumbebat cura ab antiſtita ei impoſita, vela, ſudaria, lintea, aliaque omnia neceſſaria providere, ac parare, & Margaritæ qualibet hebdomada afferre, ſed illa eam Suſannæ diligentiam, & ſtudium pro ſe ægre admodum ferebat, cum id in nimium ſui commodum cedere arbitraretur. Quidquid autem ipſa ex labore mannum lucrabatur, ſtatim cœnobii utilitati, vel ſacrarii ornamento dicabat, nihil pro ſe emolumenti inde percipiens. I.

Cæterum nil ardentius avebat, quam vivere æque, ac mori in communi vita, II. ubi nempe ad præſcriptum regulæ, ut in primitiva eccleſia, & in primordiis cujuſque regularis ordinis, non eſſet meum, ac tuum, ſed omnia reipſa communia, & de rebus communibus unicuique diſtribueretur, prout cuique opus eſſet, quod genus vitæ quam Deo placitum, & hominibus tranquillum ſit, omnium ſæculorum experientia comprobavit. Id illa frequenter puellis ſæcularibus ſuadebat, ut in eo cœnobio ſeſe Deo conſecrarent, ubi communis vita obſervaretur; Itaque ejus monitis obtemperans Maria Thereſia Venturelli nobilis Amerina, è monaſterio S. Catharinæ ubi educabatur, egreſſa eſt, & in cœnobio S. Joannis Evangeliſtæ, in quo communis vita adhuc obtinet, monialis fieri voluit. Sed Margarita quamvis nec acum quidem, ut peculiariter ſibi addictúm retineret, ſed omnia neceſſaria, ut diximus, ab aliis eleemoſinæ loco toties quoties reciperet, cum tamen ab aliis monialibus ei diceretur, quòd ipſa in vera paupertate, & vita communi viveret, nihil ſane reſpondebat, ſed tamen nares digitis obturabat, innuens nimirum proprietatis fœtorem quendam ſe nihilominus eo in loco ſentire.

Divini honoris zelus. CAP. XI.

Ad hæc, aliaque his ſimilia illam impellebat divini honoris, & monaſticæ perfectionis quo æſtuabat, ferventiſſimus zelus, cujus plura, eaque illuſtria dedit ſpecimina. Dum antiſtitæ officium gereret, aliquot monialibus, quæ in generali cœnobii ſupplicatione ſimul jurgatæ fuerant, cum aliarum gravi perturbatione, & ſcandalo, poſtquam eas in publica aula *, in qua moniales juxta morem omnium cœnobitarum, culpas ſuas coram omnibus ſolent accuſare; acriter redarguiſſet, præcepit, ut illicò detractis calceis, veloque capitis depoſito, unâ illarum Crucifixi imaginem manibus extollente, reliquis duabus hinc inde comitantibus, ſupplicationem iterum celebrarent, pſalmum *Miſerere* alta voce recitantes, ut ſic honor, cujus modicam adeò rationem habuerant, ſimulacro Salvatoris cruci affixi redderetur, & à monialium cordibus ſcandalum auferretur, eoque pacto veniam impetrare poſſent; quod totum illæ ſine ulla cunctatione exequutæ ſunt. Alio tempore, idem cœnobii regimen adhuc tenens, cum quædam moniales invicem contendentes, diſcordias ſererent, & aliis moleſtias crearent, juſſit Margarita, ut è veſtigio carcer mundaretur, & diſponeretur, quatenus intelligerent, ni ceſſarent, in illum eas ſe detruſuram; quo timore correptæ numquam poſt hac invicem rixatæ ſunt. *Zelo zelata eſt pro domo Iſrael.* I.

* *Capitulum dicunt.*

M

Ejus obedientia CAP. XII.

Nec minus tamen promptè, & expeditè parere, quam prudenter imperare ſolita erat. Ejus igitur obedientiæ mirabile ſane exemplum hoc ſolum proferam:
I. Antiquus in illo cœnobio mos obtinebat, ut in pervigilio D. Firminæ, urbis Amerinæ advocatæ, ac patronæ, quod pariter eſt eodem die D. Catharinæ V., & M. ejuſdem cœnobii tutelaris, jejunium in ſolo pane, & aqua inviolatè ab omnibus toleraretur; Margarita autem, hora panem comedendi adveniente, corporalis cibi penitus oblita, divinæ tantum dedita erat contemplationi; cum ecce quædam monialis coctum pyrum decorticans, ut infirmæ edendum porrigeret, Margaritam interrogavit, cœcur etiam ipſa conſuetum panem non comederet? at illa virtutem ſuam humiliter celans, ſimpliciter reſpondit; quia mihi videor panem minime poſſe me deglutire; quo reſponſo audito monialis exiſtimans hoc ex nauſea, & ſtomachi faſtidio Margaritæ contingere, pyrum illud medium ſecuit, alteramque ejus partem Margaritæ tradidit, dicens accipe, & comede una cum pane: at illa nihil morata, nec de conſueto jejunio in pane, & aqua quidquam recogitans, fruſtum illud pyri ſtatim comedit, cumque illud adhuc dentibus manderet, ſentit inſoliti adeò ſaporis ſuavitatem, ut nullius creatæ rei comparatione eam poſſet umquam exprimere: Dum autem ſtupens perpenderet, quidnam rei eſſet, aut unde ſuavitas illa, & delectamentum oriretur, vocem in imo corde ſibi dicentem audivit. *Hi ſunt dulciſſimi obedientiæ fructus*.

Forſitan Abbatiſſa

Ejus ſimplicitas CAP. XIII.

I. His autem virtutibus, quæ magis ad Serpentis prudentiam pertinent, decor, & ornamentum omnium aderat, Columbæ ſimplicitas. Per hanc enim, quæ intimè cordi ejus inhærebat, omnes alios eâdem, qua ſe ipſam, menſura metiebatur, imo omnes alios longè ſe meliores exiſtimabat, quapropter perſuaſum omnino habebat alias etiam moniales eaſdem, quas ipſa, viſiones videre, præſertim cum Angelos, alioſque ſanctos in eccleſia, vel oratorio conſpicuos haberet. Dum igitur viſiones, & gratias, & inſignia adeò dona ſibi à patre luminum communicata narrabat, minime id animadvertebat, ſed veluti de rebus aliis omnibus communibus, & notis loquebatur. At quando ea quæ dicebat, prudenti animo conſiderans, tamquam ſibi ſpecialiter revelata, ab aliis quoque intelligi cognoſcebat, illicò narrationem abrumpens, ſermonem aliò avertebat. Itaque creditum eſt, Deum ipſum ad loquendum hiſce de rebus eam pluries impuliſſe, & incitaſſe, ut ſciremus, quot, quantiſque chariſmatibus à Deo eſſet cumulata, ejuſque pœnitentiæ, ac bonorum operum exempla aliis imitanda proponerentur. Sanè hac eadem cordis, ac mentis ſimplicitate divinum jugiter in corde, ac mente colloquium promeruit, *nam cum ſimplicibus ſermocinatio ejus*.

Extaſes, & illuſtrationes CAP. XIV.

I. Hoc autem colloquium Deus per extaſes, & raptus à corpore illi potiſſimum præſtitit; nam corporei ſenſus impares omnino ſunt ad divina, ut oportet percipienda. Porrò extaſes, & raptus Margarita habebat admodum frequentes, & tantum non quotidianos. Maria Hyacintha Venturelli in eodem cœnobio monialis vidit aliquando Margaritam in parvo quodam horti ſacello diutius orantem brachiis extenſis, & nulla corporis parte ſolum tangentem, & poſtquam longo tempore admirans, eam ſic manentem fuiſſet intuita, verita ne Margarita ad ſenſus tandem reverſa, id agnoſceret, & ægrè ferret, tacita abiit, & eodem, quo eam deprehenderat modo, ibi reliquit. Soror quoque M. Urſula Loaldi noctis tempore vidit in oratorio Margaritam ante

San-

ſanctiſſimi Crucifixi imaginem extenſis pariter brachiis preces fundentem, & haud parvo intervallo à terra elevatam; quod illa videns timore correpta, ſilens ſeceſſit, præſtolans nihilominus foris, ut inde exiret; ſed denique eam vidit, non quidem ex oratorio, ubi extaticam illam reliquerat, ſed ex organo exeuntem, qui locus eſt admodum ab oratorio diſſitus; idque magnam admirationem, & ſtuporem Urſulæ ingeſſit; quæ deinceps Margaritæ ſanctitatem impenſius venerabatur. M

Dum interdù manuale aliquot opus conficeret, repente toto corpore immobilis, oculiſque in cælum defixis videbatur, quo tempore nec opificium proſequebatur, nec ſi aliquid ei diceretur, reſpondebat. Ad ſe autem poſt longam moram reverſa, dicebat ſociis; *Videamus nunc, quæ noſtrum plus operis in terra abſolverit?* Evidens autem erat ipſam multo minus reliquis manibus laboraſſe, cum diutinè extra ſenſus fuiſſet; & nihilominus ejus opificium longè majus cæteris apparebat, licet hæ continuo, & ſine intermiſſione operi incubuiſſent, Deo nimirum Margaritæ manus dirigente, & operibus manuum ejus benedicente, ut creſcerent, & aliarum opera valdè tranſcenderent. Quodam mane cum ſacratiſſimum Chriſti Corpus ſumpſiſſet, in cellam gratias actura ſeſe recepit, & paulo poſt à ſupra laudata M. Urſula Loaldi vocata ad horam nonam canonicam in choro perſolvendam, nam ejus ſignum minime audierat, viſa eſt vultu adeo venuſto, ac rubicundo, ut neutiquam pro eadem, quæ prius fuerat, agnoſceretur: Itaque Loalda extra ſe raptam Margaritam putans, & haud ſui compotem, comitata eſt illam ad chorum uſque, manibus eam ſuſtentans, non enim poterat liberè, & expedite ambulare, quamobrem ad omnes gradus, quibus ad chorum aſcenditur, caſum minabatur, ac ſi eos numquam aſcendiſſet, ruborque ille ignitus faciei totius horæ nonæ ſpatio perduravit. II.

Dum aliquandò ejuſdem Loaldæ manibus ſubnixa incederet, ſubito ejus manum deſerens, magno impetu ſe longiùs proripuit tanta velocitate, ac ſi alis prædita volaret potius, quam ambularet, ſtatimque genibus flexis, & facie ac manibus ad terram proſtrata reperiebatur, credita propterea Deum tunc videre, & adorare, ab eoque maximâ cordis lætitiâ perfundi, qua intuentes exhilarabat; aliquando inter moniales conſiſtens dicto citius ex earum oculis evaneſcebat, rurſumque, cum abeſſet, ex inſperato inter eas aderat, abſque eo quod quanam venerat via dignoſci poſſet. Aliquandò contradictiones, & perſecutiones quaſdam dum pateretur, viſa fuit ab eadem M. Urſula, & ab ejus ſorore M. Agata Loaldi ſublimis per aerem ferri, nulla ſui parte corporis terram tangens, & ſummâ celeritate ad ſuam cellam deportari. III.

Quodam Sabbato majoris hæbdommadæ invitavit eandem Mariam Urſulam, ut multo ante diluculum evigilans, regem gloriæ à mortuis reſurgentem ſimul videre mererentur; quod cum feciſſent, *eamus, eamus*, inquit Margarita, *ut Redemptoris triumphum intueamur*. Euntes igitur in eccleſiam ad orandum, vidit Loalda Margaritam brachiis extenſis plus palmo à terra elevatam, & paulò poſt eam audivit ſibi dicentem, *cito eamus, eamus, & organa pulſemus, nam Chriſtus reſurrexit*, ipſaque folles elevabat, & Loalda organa ſonum reddere cogebat. Moniales autem ſonitum organi hora adeo intempeſta, die non adhuc illuceſcente, audientes plurimum admiratæ ſunt. Alia item vice, eodemque Paſchatis die valde mane; dum in organo oraret, magnum audivit terræmotum, ſtatimque ex organo exiliens monialem vocavit, ut organa percuteret, ipſâ ut antea folles ſurſum, ac deorſum impellente, eratque vultu ingenti pallore ſuffuſo, & veluti extra ſe ipſam, ſed paulò poſt ſerenata ſa- IV.

M facie admodum hilarem ſe oſtendit: quamobrem creditum fuit, eodem prorſus temporis momento reſurgentem Redemptorem iterum ab ea viſum.

V. Die 2. Novembris, qua fidelium omnium defunctorum commemoratio recolitur, ſanctiſſimam Euchariſtiam ſumere cupiens, quam antecedenti die Sanctorum omnium ſolemniis ſacro, pariter ſumpſerat, timore, ac reverentia detenta, dicebat intra ſe, *nimis indecens eſt Deum tam crebrò in cordis hoſpitio recipere*, at illicò vocem hanc audivit, *Deus ſum, & tamen venio*; ſtatimque in aera fuit ſublata, & maxima ſpiritus exultatione perfuſa, divinique amoris deliciis undique repleta. Cæterum ita à terra elevatam diu eam perſiſtere ſæpe ſæpius moniales viderunt, præſertim feſtis diebus ſolemnioribus. Anno 1661. die 12. Junii, in quem inciderat feſtum SS. Trinitatis, ineffabili animæ ſuæ jubilo ſacratiſsimum Chriſti Corpus ſuſcepit, dumque una cum aliis oraret, ter in aera elevata eſt totoque illo die alienata à ſenſibus; & veluti extra ſemetipſam in cella permanens, vidit, audivitque tanta, ac talia, quæ nec hominum mentes capere, nec eorum linguæ explicare ullatenus poſſunt: edocta item fuit, inter varios Deum laudandi modos, hunc etiam præſtantiſsimum eſſe, Deum per admirabilem thronum ſuum invocare, conſpexitque incomprehenſibilem illam, divinamque Majeſtatem ſedentem ſuper ſolium excelſum, & elevatum, & ad gratias, & munera eo die hominibus diſpertienda paratiſsimam, dummodo humili, & contrito corde, ut par eſt, ea poſtularent: tunc Margarita adeo propitiâ occaſione utens, quendam ſibi notum, ac benevolum Deo commendavit, ut eum in numerum ſervorum ſuorum cooptare dignaretur; ſtatimque hoc reſponſum recepit; *oportet, ut etiam ipſe pro virili ſatagat, quò gratiam tanti momenti conſequi mereatur*.

VI. Eodem anno 1661. die 18. Decembris, quæ Dominica dies erat; cum diviniſſimum Euchariſtiæ epulum deguſtaſſet, tanto intus gaudio, & ſpirituali exultatione fuit cumulata, ut eam intra ſe capere nullo modo poſſet, totoque illo die ſenſit ſe identidem à terra elevari, & extra ſe rapi, atque à ſenſibus alienari; quod idem ſæpe ſæpius ei contingebat, præſertim iis diebus, quibus ad ſacrum Convivium admittebatur; tunc enim tota in Deum immerſa, & veluti in eum transfuſa ineffabili ſpiritus exultatione fruebatur, & plura, eaque ingentia arcana cæleſtia auſcultabat, quæ nullis hominum verbis narrare poterat; non enim licet ea homini loqui.

Viſiones, & revelationes CAP. XV.

I. Non ſolum autem in hujuſmodi animi à corpore avocationibus, ſed aliis quoque temporibus plura ſecreta, tum quæ ad myſteria fidei, tum quæ ad res humanas pertinent, ei Dominus revelavit: Quia vero Dei famula Sacramentum regis abſcondere bonum eſſe, optime noverat, ideò quæ ſibi fiebant nota ſecreta cæleſtia, ſtudioſimè occultabat, quo factum eſt, ut plurimas à Deo illi traditas revelationes neſciamus; nihilominus aliquandò vel timore errandi, vel dubio an deciperetur, vel quia ſimplicitate ducta, eas crederet omnibus manifeſtas, & conſpicuas, vel denique proximos juvandi gratiâ, paucas quaſdam ex multis à Patre luminum acceptis revelationibus aliis communicavit. patri Priolo confeſſario ſuo dixit aliquando, Magos Chriſti Infantis in præſepio adoratores, nullis conceptis verbis Deiparam Virginem, cujus maximâ capti fuerant admiratione, tunc ſalutaſſe, quia parem, ejuſque meritis dignam ſalutationem invenire non potuerunt; ſilentio igitur, ac ſtupore ſummam in eam venerationem teſtatos eſſe. Evangeliſtas leviter admodum Salvatoris paſsionem tetigiſſe, & ſatis parcè de eo loquutos fuiſſe; mox Theologicum ſermonem pulcherrimum, ac valde ſublimem inſtituit, de Divinitate, Eſſen-

Digitized by Google

M

Eſſentia, ac Trinitate divinarum Perſonarum, Verbi generatione, ac ſpiratione Spiritus Sancti (ut nempe idem confeſſarius dignoſceret, an iis, quæ dicebat, error aliquis ineſſet) idque adeò appoſitè, verbiſque propemodum ſcholaſticis, & rei congruentibus, ac ſi complures annos ſacræ Theologiæ fuiſſet magiſtra, ſolita exinde identidem exclamare, *o bone Jeſu ſubſtantia Patris; ò bone Jeſu ſubſtantia Patris*.

Die 8. Septembris, qua nativitas beatiſsimæ Mariæ Virginis celebratur, contemplanti Margaritæ magnitudinem incomprehenſibilem, & inæſtimabiles Deiparæ prærogativas, dictum fuit, fideles ea ipsâ die gratias omnes, & dona obtinere poſſe, quæcumque devotè petiiſſent; nec in cælis majores umquam gratias concedi ſolitas, quam illa die, intellexitque, prout tamen potuit, magno animi ſui gaudio, quot & quantænam ſint ejuſdem beatiſsimæ Virginis excellentiæ, & dignitates inenarrabiles. Die autem 25. Novembris apparuit ei D. Catharina V. & M. candido, ac frequenti ſanctarum Virginum choro ſociata; ſciſcitabatur itaque Margarita alias moniales, an ipſæ quoque eamdem tutelarem Virginem in eccleſia vidiſſent. Dum in cella conſiſteret orans, oſtenſa ei fuit valde perſpicuè animæ pulchritudo, ſplendor, & præſtantia, & ex oppoſito corporis fœditas, deformitas, ac fœtor, ex quo Margarita implacabile odium contra ſuum corpus conceptum numquam poſtea depoſuit, ſed ad mortem uſque retinuit, ſeveriſsimis illud, quos ſupra retulimus cruciatibus affligens, & lanians. II.

Cum quinquageſimum circiter ætatis annum ageret, noctis tempore in organo, de more, Deo preces fundens, à juvene pulcherrimo, ac lucidiſſimo ſibi apparente, ad eccleſiæ cratem, ubi moniales ſacra myſteria percipiunt, fuit deducta, eique dictum, hic ſubſiſte, nam res ſtupendas videbis, & admirabiles; & ecce eccleſiæ janua nullo impellente aperitur, ecce plurimi venuſtiſſimi juvenes, velut agmine compoſito, in morem ſupplicationis bini, ac bini ex eccleſia cathedrali S. Firminæ procedunt, & tranſeuntes ante januam jam patefactam ejus eccleſiæ, ad aliam eccleſiam monialium Sancti Joannis haud inde longe diſtantem ire pergunt; duo autem ex illis juvenibus deferebant manibus capſulam non adeo parvam; qui cum perveniſſent ad D. Catharinæ oſtium conſtiterunt, & eamdem capſulam recludentes, extraxerunt inde complicatum pannum purpureum, & adjuvantibus aliis duobus juvenibus, qui ſubſequebantur, cum illum explicaſſent, & extendiſſent, viſa eſt ejus dimidia pars miro artificio opere phrygio (imò verò Angelico) auro, gemmiſque contexta, alia vero medietas rudis adhuc, nulloque ornamento conſpicua, mox involuto, ut antea, panno, & in eâdem capſulâ repoſito, ſupplicatio illa diſparuit, eccleſiæque janua iterum clauſa. Margarita autem in organum reverſa ad conſuetam orationem, Deum exoravit, ut tam admirabilis viſionis intelligentiam ſibi concederet. Cognovit igitur pannum illum ſymbolum eſſe ſuæ ipſius vitæ, quæ tunc in medio ætatis verſabatur, anteriorem partem acu pictam tranſactos ejus annos exhibere, aurum, & gemmas tam pulchro opificio ſimul permixtas, opera pietatis, & virtutum actus exprimere: Sed neceſſarium adhuc eſſe opus abſolvere, iiſdemque operum bonorum actibus ad finem uſque perducere. His, aliiſque viſionibus, ac revelationibus eam Deus illuſtrabat, & ad proſequendum in eo vitæ propoſito adeo aſpero, ac duro eam confortabat. III.

Vidit alio tempore manum pulcherrimam, & venuſtiſſimam, quæ erat dexteræ, ſibi cor e pectore auferentem, ſine quo aliquandiù vixit; ut infrà latiùs dicetur. Sæpiſſime dum ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium in eccleſia, & divina IV.

fina-

M finaxis in choro celebraretur, Angelorum, & ſanctorum turmas in eccleſia videbat, dicebatque aliis monialibus, exiſtimans, ut aliàs, quod ipſæ quoque idem viderent, *Videtis modo hanc multitudinem, & frequentiam? Videtis quam pulchri ſunt, & decori?* Orans in organo die 20. Julii D. Margaritæ V. ac M. ſacro, quo ejus feſtum peculiari devotione celebrabat, & plura Miſſarum ſacrificia in ejus honorem offerri curabat, vidit perſonam pulcherrimam, & ineffabili majeſtate plenam, maximum undique ſplendorem emittentem, quæ illam in amænitſimum viridarium deduxit; de cujus perſonæ pulchritudine, majeſtate, & claritate nihil poſtea effari potuit, ſed ſolum in ſtuporis, & admirationis actus identidem proſiliebat: adeo autem lucida, & ſplendida ex illius viſione, & conſortio evaſit, ut moniales non poſſent in ejus faciem ex organo exeuntis intendere.

V. Orans aliquando Deum pro quodam ſacerdote, quem ſpirituali charitate proſequebatur, ut illum ſibi gratum, verumque famulum redderet, & ab omni malo, & periculo liberareret, tale à Deo accepit reſponſum: *Non poteſt meus verus eſſe famulus, niſi ille, qui libenter pro me patitur perſecutiones, & adverſitates æquo animo tolerat, & opera bona facit.* Loquens cum patre ſpirituali doctrinâ præſtanti, dicebat intra ſe, *Pater hic admodum doctus eſt*; ſtatimque in corde reſponſum hoc audivit; *Utique, ſed primam Alphabeti litteram neſcit*; quod ipſa optimè intelligens, eidem explicavit, primam alphabeti ſpiritualis litteram eſſe *Amorem Dei*. Cum moniales ejus juſſu generalem dominici corporis communionem peregiſſent pro anima nobilis matronæ Amerinæ ex familia *Clementini*, quæ D. Catharinæ cœnobio annuos redditus attribuerat, & Margaritæ orationibus ſeſe commendaverat, quadam die eadem matrona ei apparuit nigra palla induta, veloque cœrulei coloris operta caput, eique dixit; *Nunc ad cælos aſcendo, & plurimas tibi gratias ago pro orationibus, & ſacris communionibus pro me, tuâ operâ, oblatis.* Vidit etiam ſororis M. Joannæ Claræ vallis triduo poſt ejus mortem animam igneo curru vectam, ſed tamen intellexit, locum æternæ ſalutis eam obtinuiſſe, ob ſolicitudinem, & diligentiam, quâ ad Deum in choro laudandum vivens pergebat, quod exemplum regulares omnes, & eccleſiaſticæ perſonæ ſtudiosè debent attendere, & imitari.

VI. Cum defuncta eſſet monialis juvenis adhuc, Maria Agnes nomine, illuſtris familia Canſacchi, quæ dum viveret, ut plures aliæ ibidem moniales, non quidem monaſticam toto corpore tunicam, ſed muliebrem ſtrictiorem thoracem, ut ſolent ſæculares mulieres, nigro licet colore, ſub ſcapulari gerebat, dum in eccleſia pro inſeriis ſupra feretrum jaceret, vidit Margarita Dæmones hinc inde feretrum pluries à terra elevantes, ac deinde in ſuum locum reponentes, quam viſionem duabus aliis monialibus, Mariæ Floridæ Carleni nobili Amerinæ, & ſorori Cæciliæ patefecit. Hac de cauſa Margarita fortiter, & ſuaviter perſuaſit cæteris monialibus, ne deinceps hujuſcemodi thoraces deferrent, ſed unaquæque regularem tunicam ſine illo thorace geſtaret; quod uſque in præſens in eodem cœnobio, & utinam ubique, inviolatè ſervatur. Creditum tamen fuit, Deum, qui indignatum ſe oſtenderat contra eas moniales quæ vanis illis, ac ſæcularibus veſtibus utebantur, precibus Margaritæ, & earumdem monialium emendatione, placatum tandem fuiſſe. Ex quo ſeriò advertendum eſt, non ſolum monialibus, ſed regularibus etiam omnibus, quantum ipſos dedeceat, & quantum Deo diſpliceat, quælibet in eorum veſtitu vanitas, & cum ſæcularium veſtibus ſimilitudo, & conformatio, & aliæ omnes vanitates, quæ ſæculum, & ſæcularium perſonarum

narum

M

narum mores, & habitus redolent, quæque regulares viros ſemilaicos, eodemque tempore ſemiclericos reddunt, ſive ut veriùs dixerim, nec clericos, nec laicos, ſed chymeras quaſdam, & hircocervos efformant, quod olim D. Bernardus, præ humilitate, de ſe ipſo aſſeruit, ſed longe juſtius plures Deo dicati homines, ſed ad Ægyptiacas vanitates corde, & opere poſtea revertentes, de ſe ipſis fateri debent: *Ego quædam mei ſeculi chymera, nec monachum gero, nec laicum.*

Dum antiſtitæ officio fungeretur, juſſit, ut quædam monialis, ob neſcio quam levitatem, panem tantum, & aquam in terra genuflexa comederet. Hæc primò quidem renuit, nec obedire tunc voluit. Sed poſtea nocte adveniente, melius conſulta, ſponte injunctam pœnitentiam peregit, quâ abſolutâ dixit Margarita, Dæmonem ſe vidiſſe ſcapulis ejuſdem monialis inſidentem, eamque inſtigantem, ne pœnitentiæ opus exequeretur, qui proinde eâ obedientia victus, confuſus aufugit. Vidit aliquando ante monaſterii fores hominem ſatis deformem, ac miſerum, qui beſtiarum more immunditias omnes fœtidiſſimas cujuſque generis lambens comedebat. Oranti autem Margaritæ pro rei hujuſce intelligentiâ revelatum fuit, hominem illum adeò infelicem typum eſſe peccatoris vitiis ex conſuetudine dediti, & iiſdem obruti, ac demerſi. Cum ex hac vita moniales tranſibant, Margarita earum animas, ut plurimum ad cælos evolare cernebat, inter quas anno 1665. vidit animam Catharinæ Gertrudis ſororis converſæ, dum ei juſta perſolverentur, ſplendore circumfuſam ad cælos ſubvolare. Vidit quoque animam puellæ ſæcularis ex nobili familia Geraldini, in domo parentum defunctæ, cujus amita erat ſoror Suſanna in cœnobio Sanctæ Catharinæ monialis, candidâ quidem veſte indutam, ſed ſine auro, aliove ornamento, ſciſcitantique cauſam reſponſum fuit, *quia innocentiæ candorem habet, ſed operum aurum non habet.* VII.

Alio tempore dum in organo, ut ſolebat, orationi incumberet, jamque feſſis artubus quietem aliquam datura, in terram ſe vellet proſternere, duo pulcherrimi juvenes accenſa funalia manibus geſtantes ei apparuerunt, eamque ad januam colloquutorii deduxerunt, quâ patefactâ, vidit longiſſimam plurium perſonarum ſupplicationem, ſacerdotum, monialium, laicorum, dictumque ei fuit, animas illas piacularibus flammis tunc ereptas, & ad cælum euntes, eas prorſus eſſe, pro quibus ipſa antea oraverat; nam animas in Purgatorio detentas juvandi ſummo ſtudio flagrabat, non ſolum preces, ſed proprii etiam corporis cruciatus Deo pro illis offerens: læta igitur Margarita adeò pulchrâ viſione, eliminato ſomno, orationis exercitium ferventius reſumpſit, & ad diem uſque continuavit. Cunctis monialibus in choro exiſtentibus; ſoror Cherubina Margaritæ familiaris, & multorum ſermonum, & conſiliorum ejus conſcia repente exclamavit, *gaudete ò Matres, quia hodie Salomon tranſivit ad cælum*, & hoc ſæpe repetebat. Cum igitur ſoror Cherubina propè Margaritam tunc conſiſteret, intellexerunt moniales, hanc tanti momenti revelationem, Cherubinam à Margarita hauſiſſe. Sanè in auctario ad *Bibliotecham manualem* patris Thobiæ Lohner Societatis Jeſu tit. 121. pag. 415. num. 25. Ven. apud Hertz. 1722. vocabulo *Purgatorium*, habentur „ hæc verba, Romæ concionator quidam inſignis, inter concionandum aſſe„ ruit, nuper cuidam ſanctæ perſonæ revelatum eſſe, Salomonem ad hæc „ uſque tempora acres pœnas in Purgatorio ſubiiſſe, & jam iis abſolutis abiiſ„ ſe in cælum: obiit autem Salomon juxta Salianum anno ab orbe condito „ 3059. ante Chriſtum 994. adeoque in Purgatorio ſic fuit annis bis mille ſexcentis: citat patrem Cornelium à Lapid. in lib. 3. Reg. cap. 11. VIII.

Res valde notabilis, & curioſa.

Gratiæ, & favores à Deo illi conceſſi. CAP. XVI.

M

1. Has autem viſiones, & revelationes non levioribus, nec minus ſtupendis gratiis, & favoribus amantiſſimus Dominus cumulavit. Habebat enim in primis fere ſemper viſibilem comitem, Angelum Dei pulcherrimum, qui quantò plus Margarita ſpiritualia exercitia, & opera bona exercebat, eo majori gaudio, & exultatione geſtire videbatur, quod ſanè donum Margaritam D. Cæciliæ, ac D. Franciſcæ Romanæ, aliiſque ſanctis, qui ejuſmodi beneficio, ac favore à Deo dignati ſunt, ſimilem reddidit. Hanc inſuper peculiarem gratiam à Deo obtinuit, ut quæcumque ſcire optaret, ſive in humanis rebus, ſive in divinis, ei clarè, & apertè demonſtrarentur: anno igitur Jubilæi 1650. cum quidam vehementer cuperet, compertum habere, an Deus ſua ſibi indulſiſſet peccata, ob idque Margaritæ ſe commendaſſet, ut rem à Deo quæreret, & illa Deum propterea exoraſſet, hoc ab eo reſponſum accepit, *ignovi Petro*: ex quo intulit, Deum huic quoque homini peperciſſe: Quotieſcumque ſacroſancto Euchariſtiæ epulo reficiebatur, difficile dictu eſt, quot blanditias, quot amplexus, quot in anima oſcula, quot in mente jubila, quot in corde gaudia, quot denique chariſmatum dona à cæleſti ſponſo reciperet, quæ ipſa nullis verbis explicare deindè poterat. Aliquandò ipſum Chriſti Domini corpus Euchariſticum adeo ineffabilem dulcedinem ſuper mel, & ſavum ipſius etiam corporis ſui palato, omnibuſque ſenſibus infundebat, ut ejus ſimilitudinem in quibuſvis rebus creatis invenire non poſſet, nec ſermone ullo ejus dulcedinem exprimere.

Vide S. Ambroſ. lib. de Iſaac cap. 3. habes, & os animæ &c.

II. Noctis tempore apparuit ei Chriſtus Jeſus ea ſpecie, ac forma, quâ à mortuis reſurrexit, & ipſa oculis ſuis ter occurrens oculis illius clementiſſimis, & divini amoris ignem undique ſpirantibus, intimâ ejus charitate ſtatim vulnerata, vehementiſſimum ſuperni amoris incendium inde concepit, quo cum idem etiam corpus exardeſceret, nec jam hoc ferre poſſet, cogebatur hyemis quoque tempore frigidiſſimo caput extra cellæ feneſtram ad refrigerium emittere, & cum nec id ſufficeret ad conceptum ardorem mitigandum, è cella proſilire, & ſub dio, nive cadente, longo tempore permanere; ſed quæ nix, quæ glacies ignem de cælo miſſum temperare poſſet? Nil ergo mirum, ſi tanta quotidie faceret, tantaque pateretur pro dilecto animæ ſuæ, ex quo ille Margaritam in cellam vinariam amoris ſui introduxerat, & in ejus corde ardentiſſimam ordinaverat charitatem. Hic enim amor, qui teſte D. Auguſtino *difficultatis nomen erubeſcit*, ipſi etiam corpori vires addebat, & robur, nam cum pœnitentias adeò aſperas, jejunia adeo arcta, flagellationes adeo cruentas ad ſenectam uſque protraxiſſet, tantum abeſt, ut debilitatem aliquam virium incurrerit, ut potius eo adhuc vigore polleret, quem in juventutis flore obtinuerat. Omnia igitur in eo poterat, qui illam ſui amoris igne ſuaviſſimo ad ardua quæque fortiter ſubeunda confortabat.

III. Quoties dulciſſimum Jeſu nomen ore ſuo proferret, toties, in corde, velut in cava quadam ſpelunca audiebat idem nomen, tamquam echo reſpondente ſtatim explicatè referri, quæ quidem vox ineffabilis omnea cordis ejus affectus, omnes potentiarum ejus actus ad ſe ipſam tamquam ad centrum ad inſtar magnetis trahebat. Tunc verò amantiſſimus Jeſus ejus animam tenerrimè amplexabatur, eique gaudia, & exultationes innenarrabiles communicabat, relinquens in ea cæleſtem quandam tranquillitatem, puritatem, & munditiem, quæ Virginum ſponſum maximopere decent. Si tamen aliquandò remiſſius, nec uſitatâ attentione, & conatu ſanctiſſimum Jeſu nomen enunciaret, prænarrati effectus minimè tunc ſubſequebantur, niſi bis vel ter majori adhuc

adhuc intenſione, ac vi adorabile illud nomen congeminaret. Anno 1634. cum ſacratiſſimum Chriſti corpus ſumpſiſſet, totius animæ ſuæ viribus, majori quam ſolebat fervore, nitebatur ſpiritum ad Dei contemplationem, & unionem erigere, cum vocem ſibi dicentem audivit, *non opus eſt, ut ſic labores ad inveniendum me, quia propè te ſum, tecum ſum in corde tuo inhabito, & in eo requieſco*. Anno 1660. die 10. Auguſti, quâ feſtum Sanctiſſimi Laurentii M. recolitur, ſumpto in cæleſti Sacramento pignore ſalutis æternæ, divino amore inflammata, Deo in corde ſuo dixit, *ò Domine quantum me diligis?* ſtatimque reſpondentem vocem audivit. *Diligo, & diligam ſemper*.

Alio tempore dum Sacerdos in miſſa verba illa repeteret, *Domine non ſum dignus*, Margarita magno cordis ſui ſenſu intra ſe dicebat. *At ego quidem nullatenus ſum digna*, quibus verbis expletis, delata ei fuit inviſibili dextera ſacratiſſima Euchariſtiæ Hoſtia, quam ipſa devotiſſimè ſumens, inæſtimabili gaudio, & conſolatione fuit repleta. Dum Julius Geraldinus cathedralis eccleſiæ Archidiaconus, & cœnobii S. Catharinæ confeſſarius miſſam coram monialibus celebraret, peracta conſecratione dividens ſacram hoſtiam, vidit ejus particulam è patena exeuntem, & paulatim ſeſe ad aera ſublevantem, & ad organum uſque, ubi Margarita orabat, aſcendentem; ibique in ejuſdem Margaritæ os ingredientem, qua de re tantam Julius admirationem, & ſtuporem concepit, ut abſolvendi miſſam vix modum invenire poſſet; remanſitque illi deinceps ea conſuetudo, dum ſacram hoſtiam partiretur, vertendi ſe ad organum, videndi gratiâ, an hoſtiæ particula ad organum ſubvolaret. Sanè aliis etiam temporibus viſa eſt ſanctiſſimæ hoſtiæ particula eodem modo ex altari diſcedere, & ad locum, ubi Margarita orabat, vel in organo, vel in ſacrario, pertingere, & in ejus os introire. Contigit id manifeſtius, & celebrius quodam mane, dum P. Priolus confeſſarius vir inculpatis moribus, & probatæ vitæ, monialibus ſacram Euchariſtiam miniſtrabat, tunc enim M. Magdalena Venturelli puella, & quædam aliæ moniales viderunt ſanctæ hoſtiæ particulam magnis ſplendoribus circumfuſam, fulgentiſſimos radios circumquaque emittentem per eccleſiæ cratem volando in ſacrarium intrare, & in os Margaritæ ſeſe introducere. Dum vero hæc ad recipiendum ſanctiſſimum Chriſti corpus os ſuum aperiret, viſus eſt, veluti ſol ſplendidiſſimus exoriri, & clariſſimâ luce locum illum implere. IV.

Alio tempore Miſſam laudato patre Priolo celebrante, poſt hoſtiæ elevationem, Margarita ab organo repente proſiliens, cœpit feſtinanter currere, ita ut aliquæ dicerent, *Videte quommodo inſanit, nec erubeſcit ſic ineptire*: at illa ad rotam, quæ in eccleſia eſt, incunctanter pergens, invenit ibi ſacræ hoſtiæ particulam valde rutilantem, quam etiam vidit ſoror Cæcilia, quæ tunc ſacrarii curam gerebat; Itaque Margarita intra rotam caput immittens, os ſuum aperuit, & Sanctiſſimum Chriſti corpus reverenter ſumens, ad organum reverſa eſt: Sed ea die neque viſa amplius fuit, nec cum aliquâ quidquam loquuta, niſi cum Deo, quem ſtrictè adeò tenebat in corde, nec eum ullatenus dimittebat. Alio tempore dum in choro lectiones divini officii recitaret, viſus fuit à M. Domitilla Nacci, nobili Amerina, ibidem moniali, in Margaritæ digito annulari ſiniſtræ manus annulus aureus mirifici fulgoris, qui Domitillæ oculos ſuo ſplendore perſtringebat, quæ viſio tandiu duravit, quamdiu Margaritæ lectio. Alio tempore, cum Scalam ſanctam, quæ in eo cœnobio eſt, genibus aſcenderet, in ejus medio apparuit ei Chriſtus Dominus crucem ſuper humeros bajulans, cui Margarita compaſſionis ſenſu commota, dixit, *O Domine ego meis peccatis, crucem hanc humeris tuis impoſui*: V.

 Ut

M

Ut autem erat erga pauperes, & infirmos ſummo charitatis affectu prædita, hanc quoque gratiam à largitore omnium bonorum in eorumdem beneficium obtinuit; ponebat ſub dio plura vaſcula, in quæ Æther liquorem quendam demittebat ſtatis horis, hunc Margarita diligenter collectum, & ſervatum infirmis præbebat; eo illos inungens, qui ſanabantur omnes à quacumque detinerentur infirmitate.

VI. Sed inter omnia illi ab amantiſſimo animarum ſponſo præcipui amoris tradita indicia, illud quam inſuetum, tam admirabile, & ſupra humani intellectus captum eminuit, quod non niſi à ſummo naturæ conditore, & rerum omnium arbitrio proficiſci poterat; nam Chriſtus Dominus ex ejus pectore adhuc viventis omnipotenti ſuâ dextera cor avulſit, & octo continuos dies ſibi retinuit, poſt quos illud Margaritæ reſtituit, & ſuo loco repoſuit; ò quam purum! ò quam mundum! ò quam cæleſti amore inflammatum! Eo igitur tempore, quo Margarita divinâ virtute corde caruit, imo cor ſuum in manu Domini habuit, dicebat identidem ſorori Cherubinæ, *vivere ne poteſt quiſquam ſine corde?* illa autem reſpondente, *minime*, ſubjungebat Margarita, *& tamen ſine corde vivitur*; ſentiebatque eo pectoris loco, unde cor ei ablatum fuerat, maximum ignis ardorem, veluti è fornace exeuntem, remanſitque etiam recepto corde in ſiniſtro pectoris latere rubra, & ſanguinea cicatrix ſimilis quidem ſtigmatibus D. Franciſci, carens tamen dolore, ſed ſplendida, & pulcherrima, ſicut eam vidit ſtupens ſoror M. Urſula Loaldi, de qua pluries ſupra mentionem fecimus.

Ejus Prophetiæ ſpiritus CAP. XVII.

I. Ad hæc Prophetiæ ſpiritu Dominus eam afflavit; Cum ejus ſoror germana Franciſca Conradi die Dominico ad veſperam paululùm ægrotans lectulum aſcendiſſet, ſtatim adfuit Margarita, dixitque monialibus, ut ſine mora confeſſarium arcerſerent, quia de ejus ſorore jam actum erat, brevique eam fore morituram. Viſa eſt monitio intempeſtiva, nec moniales, nec ipſa quidem infirma id ullatenus credebant; non enim morbus gravis admodum videbatur, cum levis tantum febricula agnoſceretur. Vocatus nihilominus eſt confeſſarius, cui Franciſca integrè, & diligenter admodùm, & contrito corde peccata confeſſa eſt. At Margarita urgebat, ut reliqua ſacramenta incunctanter illi miniſtrarentur, quia, dicebat, *mors magnis itineribus appropinquat, jamque adeſt in januis*; ſicuti revera contigit, nam tertia die, poſtquam ægrotare cæperat, feria nimirum quarta, animam Deo reddidit. Prædixit Ægidium Delphini tunc laicum, quem antea numquam viderat, ſacerdotem futurum, & cœnobii D. Catharinæ confeſſarium, eique ſe res ſuas, cordis ſcilicet ſui ſecreta, patefacturam, quod idem de Petro Leonini prænunciavit: ſicuti utrique ſuo tempore evenit. Fulgentius Carleni nobilis Amerinus Romam petiturus acceſſit ad Margaritam, ei gratias acturus pro orationibus, quas ab eo rogata per confeſſarium, neſciens tamen quâ de cauſa, Deo obtulerat. At Margarita conſtanter ei dixit. Vade lætus, nam Romæ victoriam obtinebis; ivit, uxorem duxit, quæ Victoria appellabatur: Securam quoque eſſe juſſit uxorem Gubernatoris Amerini Boccaleonis cognomine, promittens ei, gemmas ſibi paulò ante ablatas reſtituendas fore. Nec poſt multos dies cuidam fratri ord. min. reformato, ex conventu ſancti Joannis Ameriæ omnes traditæ ſunt, ut eas memoratæ heræ ſecretò reſtitueret, & quod mirabilius eſt, fures illi numquam aliàs quæ abſtuliſſent, reddere conſueverant, eidemque Dominæ, quæ plures annos antea ſterilis fuerat, ſobolem copioſam, & optimæ ſpei vaticinata eſt, quam illi paulò poſt largiri Deus cœpit. Mo-

Digitized by Google

M II. Morabatur in eodem cœnobio puella nobilis ejus ſororis filia, ex familia Racani, M. Franciſca nomine, ut pluries ſupra diximus, quæ octavum ætatis annum dum ageret, monialibus tradita fuerat educanda; Hæc adhuc adoleſcentula, & nedum monialis, ſolebat aliquandò; ut ejus ætatis pleræque, mendaciola quædam Margaritæ proferre; Verum hæc, quæ ejus cordis intima, ipſaſque animi propenſiones probè noverat, bis eam percuſſit dicens, *non eſt ita, mendacium dixiſti*; & quodam die dum M. Franciſca aliam puellam injuriâ afficeret, præſto fuit Margarita, & ei alapam inflixit, jubens ut ab illa puellâ veniam peteret, ejuſque deoſcularetur pedes. Videbat enim omnes ejus actus die, noctuque, eamque arguebat non ſolum de erroribus jam ab illa patratis, ſed præmonebat etiam antequam illos patraret. Cum ſoror Benedicta Morelli converſa, patriâ Tudertina, pluries ad Margaritam accederet, querelas quaſdam adverſus aliam ei narratura, antequam os aperiret, oſtendebat Margarita, ſe omnia jam ſcire, eoſdem prorſus actus, quos illa, dum ſola conſiſteret, faciebat, ad amuſſim referens, ac ſi cordis penetralia, ne dum exteriores ejus actiones ſemper videret. Cuidam puellæ Interamnenſi, quæ in eodem cœnobio educabatur, cum hæc quodam mane, una cum aliis, ſacram Euchariſtiam ſumpſiſſet, dixit Margarita, *Filia niſi ſcandalum aliis ingerere timuiſſem, nequaquam, ut ad divinam Communionem accederes, tibi permiſiſſem, & hujuſce rei cauſam tu ipſa noſti*. At illa conſcientiæ ſuæ ſinus diligentiùs perſcrutata, ingenue faſſa eſt occultum quoddam peccatum, ſolique Deo notum, in ſacramentali exomologeſi reticuiſſe, nec parum erubuit.

Idem ferè egit cum alia puella, moniali quidem, ſed adhuc in tyrocinio conſtituta; ſæpè enim eam hortabatur, ut generalem confeſſionem, & ſane integrè, ac perfectè perageret; ſe enim omnia ejus conſcientiæ occulta probè noſſe, clare affirmans; Hæc autem puella in præteritis confeſſionibus quædam ſacerdoti abſconderat, quæ irritas eaſdem confeſſiones reddiderant, & quamvis pluries ſtatuiſſet ea confeſſario pandere, nihilominus rubore victa, & Diabolo inſtigante, ea in corde retinebat, nec ore promebat ad ſalutem. At Margarita ejus miſerta, quodam die, ad confeſſarium ſuis illam manibus pertraxit, impulitque, Dei aſpirante gratiâ, ut abjectâ omni cunctatione, depoſitâque inconſultâ & intempeſtivâ verecundiâ, generalem, & integram omnium peccatorum confeſſionem, Margarita haud longe adſtante, tandem abſolveret. Quid autem mirum ſi Margarita adeo perſpicuè humanorum cordium videbat occulta, cum ejus ſpiritus, divini amoris opera, unus cum Deo ſpiritus jam evaſiſſet; *qui enim adhæret Deo unus ſpiritus cum eo eſt*; ideòque licet abſens corpore, ſpiritu tamen pluribus, & locis, & temporibus, quinimo & cordibus, & mentibus præſens erat. Triduo antequam moreretur, lecto decumbens, brachia identidem ſublevabat, & manibus caput ſuum tangens, dicebat, ò quantum mali caput hoc meum patietur; Circumſtantes moniales minimè dictum hoc Margaritæ intelligebant, ſed poſtea agnoverunt, illam prævidiſſe, caput ſuum ſecandum poſt mortem fore, cerebrumque inde extrahendum ſicut evenit; Hoc nimirum prophetiæ donum eſt, quod homines Deo ſimiles reddit; *annunciate, quæ ventura ſunt, & dicemus, quia Dii eſtis vos*. III.

Miracula ab ea patrata. CAP. XVIII.

At magnis ſuis ſervis, præter prophetiæ donum, etiam miraculorum gratiam, præſertim curationum, Deus elargiri ſolet. Margarita ſiquidem plurimis, tum vivens, tum poſt obitum effulſit. De primis nunc dicendum. Anno I.

1666,

M

1666. Faber Lignarius ab Aigllano cum jamdiu aſperrimis, ac intimis cruciaretur doloribus, adeo ut interdum præ eorum acerbitate ad terram ſeſè deiiceret veluti mortuus, ſtatim atque à Philippo Placidi accepit, & ſecum detulit fruſtulum cinguli, quo Margarita uſa fuerat, integram ſanitatem conſequutus eſt, & fabrilibus deinceps laboribus ſine ullo dolore incubuit. Infantula jam deficiens, & tantum non mortua, quia lac ſugere minimè poterat, delata ad Margaritam, ab eaque tacta, & Sanctiſſimæ Crucis formâ ſignata ſtatim convaluit, lac frequens ſuxit, diùque vixit, optima gaudens valetudine. Alia puella Maximilla nomine filia Imperiæ Loaldæ Amerinæ quatuor circiter annorum, ulcere in fæmore correpta, quamvis Romæ, ubi ejus pater medicinam profitebatur, à perito chyrurgo pluribus adhibitis medicamentis, non ſolum ſanitatem non obtinuerat, ſed inſanabili carcinoma ulcere tandem effecto, eâque duodecim fere annis dirè cruciata, mortis jam termino appropinquabat; cum acceptâ famâ ab ejus matre, quæ de Margaritæ ſanctitate percrebuerat, Ameriam deducitur, & ſemiviva Margaritæ offertur: Hæc compaſſione, ut ad hujuſmodi res ſolebat, mota, puellæ ulcus oleo, quod S. Dominici, ut ſupra diximus, appellabat, inunxit, ſudario ſuo, candidoque proprii capitis linteo obſtrinxit, & intra paucos dies perfectæ ſanitati reſtituit, quæ uti ſanctè, ſi convaluiſſet, promiſerat; monialis ſanctæ Claræ in cœnobio D. Eliſabethæ ejuſdem urbis Amerinæ fieri voluit, vocarique ſoror M. Cæleſtis.

II. Idem fere contigit Ludovico Ancajani, qui cancro in alvo ſerpente ad mortem adigebatur, jamque à medicis conclamata fuerat ejus ſalus; verum orationibus Margaritæ commendatus, eo peſtifero morbo liberatus eſt, diuque poſtea optima valetudine uſus, ſupervixit. Mulier ruſtica Amerinæ diœceſis, brachio debilitata detulit filium ſuum fere novem annorum, mutum à nativitate ad Margaritam, ejus apud Deum precum ſubſidium pro ſe, illoque poſtulans. Hæc poſt brevem orationem, ſignatumque crucis imagine puerulum in fronte, in ore, & in pectore ſupra cor, & inunctum tam ipſum, quam matrem oleo S. Dominici, præcepit muto, ut dominicam orationem, & ſalutationem angelicam recitaret; quod cum ille incunctanter feciſſet, linguæ vinculo penitus diſſoluto, nulloque impedimento deinceps remanente, mater dum ſtupens ingens, ac inſuetum miraculum, manus ad cælum tendere naturali operatione conatur, Deo pro tanto beneficio gratias actura, eodem temporis inſtanti brachium ſuum ab omni languore, & debilitate liberum ſenſit, cumque genuflexa Margaritæ etiam gratiarum actionem habere vellet, ab humili Dei famula, quæ hominum laudes ſummo ſtudio declinabat, ut Deo tantùm gloriam daret, monita eſt, & ut nemini rem geſtam narraret, juſſa; ſtatimque clauſo colloquutorii oſtio Margarita aufugit, humilitatis videlicet magiſtrum egregiè imitata, qui infirmis ſanitati a ſe reſtitutis ſilentium ſui ipſius ſtrictè imponebat.

III. Alia mulier haud ſatis honeſtæ vitæ venit ad monaſterium S. Catharinæ incurabili morbo detenta, enixè rogans, ut Margarita, ſolitâ erga omnes charitate utens, eam videre, ac ſignare dignaretur. Renuit quidem ad eam deſcendere Margarita, ſed ſororem converſam Luciam Pierantonii miſit, ut parum olei S. Dominici ad eam deferret, quo uncta priſtinam ſanitatem recepit; & Interamnam, ubi nutricem agebat, reverſa, per quendam Ameriam euntem, plurimas gratias Margaritæ, egit, pro recuperatâ ejus meritis valetudine. Filia nobilis viri Hieronymi Clarævallis Tudertini ætatis annorum duodecim a Veneficis, & Sagis penitus deformata, & omnibus membris debilita-

ta,

ta, adeo ut ejus crura gracilia, & tenuia veluti funiculi, nullò modo apta eſ- M
ſent ad ambulandum, nec ad unum quidem greſſum ponendum; ducta ad Margaritam, ab eâque in omnibus membris enervatis tacta & eodem oleo uncta, & interrogata, an monialis fieri vellet, reſpondenſque, hoc prorſus unicum ſibi votum eſſe, reddita genitori, ac bene ſperare juſſa, quod nempe citò citiùs foret ambulatura, & perfectâ valetudine gaviſura, eodem die, quo Tudertum reverſa eſt, ad veſperas ſuapte ſponte liberè ambularè cæpit, vixitque poſtea integrâ ſanitate, & robuſtis viribus.

Oblata etiam ei fuit puella infirma, vultu ſcabie, & leprâ undique obducto. IV.
Hanc Margarita in ſimplicitate ambulans, conſolandi tantum gratiâ ſuâ manu tetigit: receſſit illa cum ſuis ductoribus; ſed paulò poſt omnes redierunt, gratias agentes, quod puella dum redirent, ſanitatem recuperaſſet, quâ de re Margarita admodum contriſtata eſt, non quidem ob ſanitatem puellæ, ſed ob ſuam, uti ipſa dicebat, temeritatem, propter quam manum ſibi præcidendam ajebat, adeo imprudenter puellæ vultui à ſe admotam; nam infirmos omnes, quos ſanabat, ne ſibi virtus aliqua adſcriberetur, oleo S. Dominici inungebat. At nos hoc in prodigio laudatâ Margaritæ modeſtiâ, raram eius, & nonniſi magnis Dei famulis ab eo conceſſam virtutem poſſumus agnoſcere, qui ut D. Gregorius M. dial. lib. 2. cap. 30. & 31., animadvertit, ſigna non ſolum ex prece, ſed aliquando etiam ex poteſtate ſibi a Deo inditâ facere ſolent, quemadmodum idem S. doctor in Apoſtolorum principe agnovit, qui Ananiam, & Saphiram non orando, ſed increpando morti tradidit, & in ſanctiſſimo etiam noſtro patriarcha Benedicto, qui ruſticum à Gotho loris arctiſſimè vinctum, non oratione aliquâ premiſſâ, ſed ſolo oculorum obtutu, & quidem repentino, vinculis ſtatim abſolvit. Anno 1646. ſanitati reſtituit Bernardinam Loaldi puellam in cœnobio S. Catharinæ degentem, quæ ex læthali lapſu, in utraque aure audiendi ſenſum amiſerat, inungens illam oleo S. Dominici. Mariam quoque Urſulam Loaldi monialem, cuius ſæpè mentionem fecimus, quam ob coſtas duas, & pectoris venam, ex gravi caſu, diſruptas brevi morituram medici pronunciaverant, ſigno crucis Margarita penitus incolumem reddidit. Sed numquam huic narrationi finis imponeretur, ſi cuncta à Margarita adhuc ſuperſtite patrata miracula ſingillatim referre voluntas eſſet. Innumeri enim ſunt cuiuſque generis infirmi, variis morbis, ac languoribus detenti, qui Margaritæ ope mirum in modum priſtinam ſanitatem recuperarunt.

Ejus mors. CAP. XIX.

Sed iam tempus advenerat, quo pretioſa hæc Margarita à divino mercatore I.
in theſauris cæleſtibus reponeretur. Vixerat Margarita annis 95.. (vel ut alii aſſerunt 105.) ex quibus 90. ſumma ſanctitate, ac patientia in monaſterio tranſegerat. Senio itaque, ac voluntariâ corporis maceratione confecta, ſeu potius ſuperni amoris igne dulciter conſumpta, vitæ mortalis termino appropinquabat; aliquot enim, antequam è corporis ergaſtulo educeretur, menſibus, ſentiens ſe æterni ſponſi flammis vehementiùs accendi, cupienſque ardentiſsimè jam diſſolui, & eſſe cum Chriſto, eumque revelata facie in gloriâ contemplari, identidem exclamabat, *Dominus meus, & Deus meus, ignis æterne, ignis æterne*; ac jugiter ſacros hymnos, & Davidicorum carminum verſiculos repetebat. Octo autem ante mortem dies requiſita à quadam moniali, quid ſibi cor portenderet de futuris quibuſdam rebus, *ecquid vis cor meum prænunciet*, reſpondit, *cum cor non habeam*? ex quo intelligimus, haud ſemel illi à Deo cor è pectore avulſum, ut illud in ſuis ma-

nibus

Digitized by Google

M nibus ſervaret, eique longè puriſsimum, & ſeraphico amore inflammatum, & virtutibus eximiis ornatum reſtitueret. Morti jam proxima, hæc ejus vox ſæpius audiebatur, *eamus, eamus*, & dicentibus monialibus, *volumus nos etiam tecum venire*, illa reſpondebat, *nequaquam, neminem mecum volo, neminem*, rurſumque, *eamus, eamus in lectum*: & cum illæ ſubjungerent, jam in *lecto recumbit*, Margarita ſubridens tacebat, ſimilis nimirum mulieri forti, *quæ ridebit in die noviſſimo*.

II. Paulò antequam expiraret, prævidit, prædixitque *lectum grandem*, ut ipſa appellabat, id eſt ſtratum tranſitorium ejus cadaveri excitandum; *ò lectus ille altus! facietis res illas tam pulchras ad Dei gloriam!* Moniales autem nihil horum intelligebant, nam ea omnia ſacta ei quidem fuerunt poſt mortem, ſed juſſu ac voluntate epiſcopi Amerini Gaudentii Poli. Cum jam animam ageret, oculos aperiens, eos in cælum defixit, erantque adeo ſplendidi, ut duo potius cæli ſydera viderentur, & intuentibus lætitiam, & gaudium afferebant; ejus autem facies uſque eò pulchra tunc apparuit, ut potius angelici, quam humani vultus ſpeciem referret. Demiſit denique ad terram oculos, leniterque ſubriſit, eoque in actu animam Deo tradidit anno 1666. die 30. Aprilis hora diei 19. eo ſcilicet momento quo Chriſtus Dominus pro mundi ſalute è cruce pendens, ſpiritum in manus Patris emiſit, cujus nimirum Dominicæ Paſſionis Margarita, ut ſupra retulimus, devotiſſima ſemper fuerat, ſicut etiam D. Catharinæ Senenſis, cujus feſtum eadem die 30. Aprilis celebratur.

Feria IV. poſt Paſcha.

III. Mortuæ cadaver, dum, ut moris eſt lavaretur, præter lateris vulnus illi à Deo impreſſum, oſtendit etiam quatuor alias plagas ſibi ipſi dum pœnitentias acrius exerceret, variis in corporis partibus inflictas: quinque itaque vulneribus crucifixi imaginem propiùs exprimebat. Veſtibus poſt hæc corpus decenter, ut fieri ſolet, operuerunt, quibus aptè diſpoſitis, Cruficixi parvum ſimulacrum ut in eo cœnobio conſuetudo obtinet, ſupra ejus cor poſuerunt; cum ecce (res valde mira!) idem eius cor, quamvis iam mortuum, emotum tamen eſt, & longo trium horarum ſpatio velut ebulliens magno impetu veſtes, & illam ipſam Crucifixi imaginem, motu quodam ſucceſſivo ſurſum, ac deorſum impulit, ut ſolles moveri ſolent. Ita cor illud Dei amore adhuc calens, dilecto ſuo Deo Crucifixo ſe vicinum ſentiens, magno gaudio adhuc geſtiebat, illud regii pſalmographi in ſe ipſa demonſtrans, *Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum*; nam Dei viventis ſimulacrum erat adorabile illud ſignum. Delatæ poſtea ad cratem eccleſiæ interiorem, moniales omnes manus exoſculatæ ſunt: inter illas Maria Scholaſtica Clementini nobilis Amerina, dum Margaritæ manum oſculum ei datura ſua manu aprehendit, ſentit, ac videt Margaritam licet mortuam, manum ſuam movere, eâque ipſius M. Scholaſticæ manum fortiter ſtringere, ac ſi adhuc in vivis eſſet, adeò mollis, ac flexibilis erat; quod prodigium Mariæ Scholaſticæ animo tantam admirationem, ſimul, ac lætitiam ingeſſit, ut præ dulcedine plures, ac plures dies à lacrymis temperare non poſſet.

IV. Dum in eccleſia ſuper feretrum iaceret, omnium oculis expoſita, Fr. Angelus Blaſi baccalaureus ex ord. erem. D. Auguſtini, de quo aliàs mentionem fecimus, cap. videlicet 6. n. 6. qui poſtea iuſſu laudati epiſcopi Amerini Gaudentii Poli moniales omnes de vita, & virtutibus Margaritæ, iuris ordine ſervato, interrogavit, hic inquam, Margaritæ in tumulo iacentis faciem ſplendeſcere, tamquam ſolem, vidit, & eius caput candidâ laureolâ auro puriſſimo intermicante circumdatum, eodemque tempore cæleſtem quandam ſuaveolentiam ſenſit, quam etiam quotieſcumque earundem monialium de Margaritæ

M

tæ ſanctitate excipiebat teſtimonia, quotidie in eadem eccleſia olfecit: quadam autem die, quo ibidem Miſſam pro ejus animâ celebrabat, illius memoriam inter vivos recoluit, minimè id animadvertens, nam etiam in mortuorum *memento* eam collocavit; utrâque autem vice tam ipſe, quam miniſter, qui erat Olimpiades artemiſii, dulciſſimum veluti organorum ſonitum ſupra Margaritæ ſepulchrum audierunt. Cæterum die 2. Maji, biduò ſcilicet poſt ejus obitum, jubente ſæpe laudato epiſcopo Amerino, ab epiſcopali cancellario, & à generali vicario Franciſco M. de Rubeis Senogallienſi recognita fuit cicatrix ſupramemoratæ plagæ ſub ſiniſtrâ mamillâ longitudinis quatuor circiter digitorum, præſentibus infraſcriptis teſtibus, Urſino Archileggi, & Conrado Urſini nobilibus Amerinis, qui plagam illam luce meridiana clarius viderunt.

Eodem, quo expiravit momento apparuit ſorori Margaritæ Coccolæ moniali in cœnobio S. Monicæ ejuſdem urbis Ameriæ (cujus ſupra meminimus cap. 8. n. 2.) quæ etiam ipſa magna Dei famula erat, eamque ex nomine ſalutans, dixit, ſe ex hoc mundo jam tranſiſſe, & Dei gratia tunc in cælum aſcendere, ut in æternum eo potiretur, ac frueretur, eam vehementer exhortans, ad pœnitentiam agendam pro peccatorum converſione, & ſalute, loco enim ſui ad id eam in terris relinquere; mox eadem ſanctimonialis vidit Margaritam ad cælum veluti ſubvolantem evaneſcere. Remanſit autem poſtea alia hæc Margarita ingenti cordis lætitia, ac pace, intimaque cum Deo unione perfruens, quæ ratione incomprehenſibili haud paucos dies in ejus anima perſeveravit. Non ſemel poſt obitum fuit viſa in choro conſueto monialis habitu propriam occupans ſedem, tanquam adhuc in vivis eſſet, auditaque eſt cum aliis pſallere: ex eo autem loco ubi ejus vox audiebatur, ſicut ex ejus cellula ſuaviſſimus efflabat odor. Interdum etiam audita eſt flagellis ſe cædere ſimul cum aliis monialibus communiter ſe flagellantibus, & pſalmum *Miſerere* una cum aliis concinere; adeò nimirùm pœnitentiæ fuit amans, ut ab ea neque poſt mortem, & jam beata poſſe ceſſare quodammodo videretur. V.

Quædam poſt ejus mortem ſubſequuta miracula. CAP. XX.

Anno 1667. cum ſoror M. Benedicta Poccamaggiore frondes fictas roſarum, quas moniales arte faciunt, viridi colore depingeret, forte accidit, ut gutta acerrimi liquoris, quem ad illud opus ex æris ærugine, ruta, & aceto conficiunt, in ejus oculum caderet, quæ propterea intolerabili adeò dolore, ac tremore cruciabatur, ut brevi crederet ſibi oculum diſrumpendum; ſed admotis læſo oculo aliquot defunctæ Margaritæ capillis, illicò dolor ceſſavit, & ictu oculi ille oculus ſanatus fuit. I.

Anno autem 1703. venit ab Urbeveteri Ameriam, & ad monaſterium S. Magni, ubi ego ipſe hujus vitæ deſcriptor confeſſarius ordinarius monialium noſtri ordinis, & cong. tunc eram, Magdalena Danielli Urbevetana, conjux Philippi Petrucci ex eadem civitate, ætatis annorum 48., cum ejus filio Franciſco annorum 20., & me ipſum requiſierunt, mihique dixit eadem Domina, ſe ideo Ameriam veniſſe, ut Deo, ac ejus famulæ Margaritæ Conradi grates rependeret pro inſigni beneficio, interceſſione, ac meritis ejuſdem Margaritæ à Deo impetrato; nam cum ab annis quatuor peſſimum in crure ulcus pateretur, quod more cancri ſerpens ex uno in alium locum, acerbos cruciatus, & dira ſpaſmata illi afferebat, cibo, ac ſomno interdictis, tandem menſe Auguſto ejuſdem anni 1703. aliquot ejus ſorores moniales Urbeveteri in cœnobio *Jeſus* nuncupato ord. S. Franciſci, recordatæ ſunt penes ſe eſſe Margaritæ ſudarium, quod olim donatum fuerat earum aviæ paternæ, quæ etiam II.

M

ipſa Magdalena Brunelli vocabatur. Itaque extemplò ſudarium illud propriæ ſorori Magdalenæ Danielli miſerunt, ſuadentes, ut ſe magnæ hujus Dei famulæ interceſſionibus commendaret, & aliquid ei pro obtinenda ſanitate promitteret; promiſit illa ſe Ameriam, ut ei gratias ageret venturam, & votivam tabellam ei oblaturam. Nec mora, ſudarium cruri ulcerato admovit; & ecce illicò, & intra momentum plaga detumuit, evanuit dolor, ardor, & inflammatio ceſſavit, vulnus intra paucos dies coaluit, & ſolidatum eſt, cicatrice tantummodo remanente.

III. Quamobrem recuperatam valetudinem Margaritæ meritis acceptam referens, & promiſſa perſolvere, ut par erat, volens, Ameriam venit ad cœnobium D. Catharinæ ſe contulit, abbatiſſam alloquuta eſt, eique hujuſce rei ordinem expoſuit. Sed hæc illam ad me remiſit, cum ſciret me ejuſdem Margaritæ vitam, ad Dei, ejuſque famulæ gloriam, ſummatim adornare, ut præenarratum ejus miraculum unà cum reliquis litteris conſignarem. Annui libentiſſimè, & hanc ipſam rei adeò memorabilis teſtificationem a prælaudata Domina Magdalena Danielli rite faciendam curavi, coram ejus filio Franciſco Petrucci, & D. M. Virginia Perini cœnobii D. Magni abbatiſſa, D. M. Flavia Zuccante nobili Amerina ibidem prioreſſa, D. Angela Virginia Giannoni, & D. Vincentia Octavia Giannoni monialibus; præſentibus quoque tamquam teſtibus Joanne Baptiſta Leonardi, & Septimio Galarſi Ameriæ commorantibus.

IV. Eadem inſuper Domina Magdalena teſtificata eſt aliud miraculum, quod annos aliquot antea evenerat ſuæmet genitrici nomine Hieronymæ, quæ cum morti jam eſſet proxima, & magnam pateretur vomitionem, ob quam Sanctiſſimum Viaticum ſumere nullatenus poterat, petiit, ut ſibi potus in cratere, quo Margarita Conradi uſa olim fuerat, daretur; in quo cum bibiſſet, ſtatim vomitus inſtigatio cohibita fuit, ut ſine ulla difficultate ſacroſanctum Chriſti corpus accipere, & deglutire potuerit.

V. Habemus ergo in hac Dei famula omnium virtutum ſingularia prorſus exempla, nobis ad imitandum propoſita, habemus ignaviæ noſtræ inexcuſabilem redargutionem, ſi nihil ex eis profecerimus; inſulsè equidem naturæ noſtræ imbecillitate, vel horum temporum iniquitate ſegnitiem noſtram tuemur, cum recenti admodum tempore fœmina adeò fragilis rigidiſſimos anachoretas, & præclariſſimos quoſque monachos ſanctitate, & pœnitentia exæquaverit. Neque enim Deus gratia ſua nobis deeſt, ſed nos ejus gratiæ deſumus, in vacuum illam recipientes, eam negligentes, & quod deterius eſt, ea abutentes. Deponamus ergo tandem ſocordiam, rumpamus moras, Deo per gratiam ſuam vocanti reſpondeamus. Filii ſanctorum ſumus: quorum habitum

Scen. gerimus, virtutes etiam moribus referamus. Sumus inter exempla, quare deficimus? quidquid fieri potuit, poteſt, gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui cum Patre, & Sancto Spiritu honor, gloria, & imperium per infinita ſæcula ſæculorum. Amen. Die 15. Aprilis an. 1729. quæ fuit feria 6. in paraſceve. Sic nimirum Margaritæ vita, quam illa in contemplatione, & imitatione paſſionis Dominicæ ſextis præſertim feriis tranſegit, & feria 6. poſt Paſcha anno 1666. feliciter abſolvit, hac etiam feria 6. paraſceve an. 1729. narrationis ſuæ, ac deſcriptionis finem accepit. Hanc eandem Margaritæ vitam ann. 1733. ego ipſe, qui Latinè ſcripſi, Italicè verti, ejuſque exemplar monialibus S. Catharinæ Ameriam miſſum dono dedi, promiſſa licet ſero, fideliter tamen perſolvens.

MARIA CATHARINA BRUGORA eſt alia virgo ſanctiſſima, quæ multo quidem ante Margaritam Conradi, ſed pari vitæ ſanctitate, & miraculorum prodigiis

digiis Mediolani in cœnobio Sanctæ Margaritæ ſub noſtra congr. conſtituto floruit, eo prorſus tempore, quo in monaſterio S. Marthæ urbis ejuſdem duæ aliæ virgines lectiſſimæ B. nempe Veronica de Binaſco, & Ven. ſoror Archangela Panigarola, veluti alia duo cæli ſidera evangelicæ perfectionis jubar undecumque diffundebant. Et quod Dei Opt. Max. in catholicam ſuam eccleſiam amorem, & cuſtodiam præclarè commendat, eo etiam tempore, quo tria illa inferorum monſtra Lutherus, Calvinus, & Zuinglius perverſorum dogmatum virus, ad enecandam, ſi fieri potuiſſet, catholicam fidem, ore peſtifero evomebant; ut quod illi contra veram Chriſti eccleſiam blaſphemando blaterabant, hæ ſanctiſſimæ fœminæ egregiis operibus, & miraculorum ſignis evidentiſſimè confutarent. M

Ejus natalis, infantia, & religionis tyrocinium. CAP. I.

Nata eſt M. Catharina an. 1489. honeſta ſatis familia, patre Bartholomæo Bragora. matre Leonora Bolla, qui eam ab ipſa infantia in omni Dei timore, & chriſtianis virtutibus diligentiſſimè educandam curarunt, ut pietatem, devotionem, & probatiſſimos mores una cum lacte imbiberet, atque adeò cum S. Job poſtea diceret, *ab infantia mea crevit mecum miſeratio, & de utero matris meæ egreſſa eſt mecum*. Quamobrem ab ipſa pueritia magnæ ſanctitatis indicia præbuit, nam noctu ſupra dormientis lectulum clariſſima lux ab ejus matre ſæpius fuit viſa, quæ illius animam divinæ gratiæ ſplendore illuſtrandam, mentemque cæleſtis contemplationis dono ditandam ſignificabat. Tantam autem prima ætate modeſtiam, morum dulcedinem, gravitatem, prudentiam, pietatem, & eximium in Deum amorem præſetulit, ut omnibus ſtupori, & admirationi eſſet, omneſque inde cognoſcerent, Deum ab ipſis incunabulis eam in chariſſimam ſponſam ſibi elegiſſe. I.

Igitur ætatis ſuæ anno XV. penitus ſe Deo dicare, & conſecrare cupiens, monaſterium S. Margaritæ urbis Mediolani, ubi id exequeretur, expetiit. Voti compos effecta, mirabili devotione, prolixis orationibus, ac omnimoda ſolitudine ad æterni ſponſi nuptias ſeſe diſpoſuit, ac præparavit; longè ſecùs, ac plures aliæ puellæ nunc faciunt, quæ cum Deo in monaſteriis deſponſandæ ſint, primò mundi vanitatibus, commeſſationibus, confabulationibus, immoderato veſtium ornatui, circuitionibus, ac vagationibus, & curioſitabus operam navant, ut mundi potius ſponſæ, quam Dei Virgines videantur; ex quo abſurdo plura alia ſequuntur, quorum maximum illud eſt, ut earum mentes, & corda plena jam mundanis cogitationibus, ac nugis, non eum, quem deberent, in religione profectum faciant, & pro Dei amore, amorem mundi mente, & corde ſemper revolvant, & ægrè admodum in monaſterio degentes, corde in Ægypto verſentur, nauſeantes ſuper cæleſti manna, id eſt nullum ex oratione, pſalmodia, ſacramentis, aliiſque ſpiritualibus exercitiis ſaporem, ac fructum referentes. II.

At Maria Catharina tanto cum fervore, tantâque præparatione religionem ingreſſa, tyrocinii annum ſumma pietate, & ſanctimonia, & ſingulari in omni virtute incremento tranſegit. Magiſtram optimam ſortita Angelam Cathaneam inſigni probitate, & zelo monaſticæ perfectionis præditam, quæ tyrunculam in humilitate, patientia, & obedientia diligentiſſimè probavit, juxta D. P. Benedicti aureum illud monitum ex Apoſtolo petitum, *prædicentur ei aſpera, & dura, ut probetur ſpiritus ſi ex Deo eſt*; Cui ſane probationi M. Catharina egregiè reſpondit; nam quidquid ei præciperetur, quantumvis laborioſum, ac difficile, ea ſpiritus alacritate, & promptitudine exequebatur, ut ipſi magiſtræ conſolationi æquè, ac admirationi eſſet. Non III. *Reg. Cap. 58.*

Digitized by Google

M

enim ambulabat, ſed currebat potius ad perfectionis culmen, utpote quæ
pennis columbæ deargentatæ inſtructa, avidè ad Chriſtum volabat, ut in ejus
dilectione requieſceret. Obediebat autem in auditu auris, & ſine ulla mora,
Deum in præcipiente conſiderans; itaque licet eſſet adhuc diſcipula, aliis
tamen monialibus, etiam provectioris ætatis, erat ſpeculum religionis, &
norma virtutum: Ad divinum vero connubium, id eſt ad ſolemnem religio-
ſæ vitæ profeſſionem, quot præviis jejuniis, quot flagrantibus ſuſpiriis, &
ignitis deſideriis virgo proceſſerit, paucis enarrari non poteſt; intenſiſſimo
cordis jubilo intimè ſe Deo conjunxit, mundo, ac propriæ voluntati in per-
petuum nuncium remiſit, ut Chriſto penitus adhæreret, & ſublimium virtu-
tum exercitationi ſe traderet.

Humilitas, & Dei amor. CAP. II.

I. Omnium autem virtutum ædificium (ut par erat) ſupra humilitatis fundamen-
tum erexit; de ſe namque demiſiſſimè ſentiens, & omnibus monialibus dete-
riorem, & imperfectiorem ſe reputans, viliora quæque cœnobii munia an-
xiè expetebat, & lætanter obibat. Leviſſimum quemlibet defectum, & mi-
nimum, culpam veluti graviſſimam, & abnormem immenſo dolore, &
ſeveriſſima pœnitentia puniebat, copioſiſque lacrymis, & amariſſimis ſin-
gultibus diluebat: quò magis in virtutibus proficiebat, & in via Dei progre-
diebatur, eo magis ſe ab ea diſtare exiſtimabat, ea quæ retrò ſunt obliviſcens;
quo magis favoribus, & gratiis à Deo cumulabatur, eo magis indignam ſe
iiſdem eſſe perſuaſum habebat: Bona opera ſua, dona, & revelationes ſibi à
Deo communicatas ſtudioſiſſimè occultabat, nec aliquid eorum umquam, niſi
obedientia adacta manifeſtavit, denique omnis ejus ſermo, actus, oculi, vox,
totiuſque corporis habitus abſolutiſſimum humilitatis ſimulacrum reddebant.

Amor Dei, & Proximi. CAP. III.

I. Hic ſui ipſius contemptus, & perfectum odium, maximum in ejus anima Dei,
& proximi amorem peperit; ubi enim amor proprius minimè obtinet, ibi
amor Dei penitus dominatur. Itaque ejus cor veluti fornax ſeptuplum accen-
ſa flammas ardentium deſideriorum ad Deum jugiter emittebat, cujus chari-
tate ejus anima vulnerata, nihil niſi Deum cogitare, nihil niſi Jeſum loqui,
nihil niſi Jeſum ſuſpiriis, & gemitibus inclamare undique poterat; ab omni-
bus proinde ſuis confeſſariis, & PP. ſpiritualibus ſemper exquirens, quâ ra-
tione poſſet Deum ardentius amare, Chriſto perfectius inſervire, illique ar-
ctius copulari, cum canticorum ſponsâ dicens. *Annunciate dilecto meo, quia*
Cant. 3. *amore langueo*; iterumque, *in lectulo meo per ſingulas noctes quæſivi, quem di-*
Cant. 4. *ligit anima mea ſurgam, circuibo civitatem per vicos, & plateas, quæſivi
quem diligit anima mea &c.*

II. Cum autem probatio dilectionis exhibitio ſit operis, nulla res adeo ardua, ac
difficilis erat, quam pro Dei gloria, ac dilecti Jeſu amore, alacris non ag-
grederetur, fortis non proſequeretur, & conſtans non ad finem deduceret,
nullum præ cæleſtis ſponſi deſiderio laborem ſentiens. Hujus item eximii amo-
ris ſignum evidens erat ad quamlibet Dei offenſam, & injuriam vehementiſ-
ſimo animi dolore angi. Cum enim peccatorum, quæ ab hominibus in
Deum fiunt, acerbitatem, & pravitatem cogitaret, ſtatim ex oculis lacry-
marum vim effundebat, & præ angoris magnitudine, mixtum ſanguinem la-
crymis emittebat. At vero quoties de Deo loquebatur, tota dulciter liquefie-
bat, ignemque intus flagrantem vultu etiam, & oculis miro fulgore collu-
centibus, oſtendebat.

III. Erga proximum quoque præcipuam dilectionem, inviolabilem manſuetudi-
nem,

Digitized by Google

nem, & perpetuam benignitatem ſemper retinuit, nulli umquam ſubirata, vel etiam modicè perturbata apparuit, omnes intimo charitatis affectu complexa eſt. Verum infirmis ſummo ſtudio, incredibili patientiâ, & peculiari ſedulitate inſerviebat, earum neceſſitatibus ſolicitè, ac attentè ſubveniens. Itaque numquam melius infirmæ, quam ſub M. Catharinæ diligentiâ, ac ſolicitudine ſeſe habebant; quantò autem earum morbi graviores erant, & deformiores, & ſtomachum moventes, à quibus propterea aliæ moniales abhorrebant, tanto alacrius, & promptius M. Catharina, earum curationem ſuſcipiebat, ſuis ipſis manibus illarum nares, & linguam expurgans, ſalivam ex ore eruens, ſaniem ex plagis abſtergens, nullum denique charitatis officium prætermittens. Cum infirmis enim infirmabatur, cum debilibus debilis apparebat; omnibus tribulationem patientibus intimis viſceribus compatiebatur, omnes tum ſpiritualibus precum ſubſidiis, tum corporalibus manuum auxiliis adjuvabat; reputabat enim ipſi Chriſto Domino in infirmis ſe miniſtrare, memor ejus ſententiæ, *quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*. Hinc ejus fidei, ac virtutum merito, plures infirmi ab ea curati ſæpius ſanitatem à morbis etiam inſanabilibus obtinuerunt.

M

Eluxit maximè hæc ejus charitas anno 1524., quo peſtifera lues Mediolani graſſabatur, & monaſterium etiam S. Margaritæ invaſerat; tunc enim libentiſſimè, munus eo morbo laborantibus inſerviendi aſſumpſit, quarum unam ſigno crucis prodigiosè ſanavit, imò ſuis orationibus à Deo pro omnibus gratiam obtinuit, ut nulla ejus cœnobii monialis ex illa peſtilentia interiret, promittens inſuper, Dei nomine, monaſterium ipſum tunc, & in poſterum ab omni peſtis periculo illæſum fore, dummodo moniales quotidie dominicam orationem, & ſalutationem angelicam quinquies recitarent, & in pervigilio doctoris maximi Hieronymi jejunarent, ejuſque feſtum diem, ſolemniter, ac devotè celebrarent; quam promiſſionem veridicam fuiſſe eventus demonſtravit, non ſolum eo tempore, ſed etiam an. 1576. quo iterum peſtis Mediolani deſæviit. IV.

Pœnitentia. CAP. IV.

Patiendi pro Deo cupidiſſima, corpus ſuum veluti aſellum flagellis, ciliciis, jejuniis aſſiduè cruciabat, tantum cibi, & quietis illi concedens, quantum vix ſatis eſſet, ne ſub ſarcina continuæ mortificationis deficeret, & ſub onere quotidianæ pœnitentiæ corrueret. Viveret quidem, ſed ad pœnam, non ad ſolatium; imò potius ſub crucis pondere, ac ſuppliciorum dolore jugiter moreretur, dicens cum Apoſtolo, *quotidie morior, & ſemper mortificationem Jeſu Chriſti in corpore meo circumfero*. Præter regularia jejunia à ſanctiſſimo Legiſlatore noſtro præſcripta, quæ ſeveriſſimè obſervabat, plura alia, confeſſario permittente, in pane tantum, & aqua frequenter tolerabat. Cibus illi quotidianus parciſſimus; nec umquam occaſione cujuslibet vel communis lætitiæ, vel ſolemnioris feſtivitatis, cum aliquid plus ſolito ad menſam apponi ſoleret, extra conſuetæ parſimoniæ, & abſtinentiæ limites egredi voluit: quod ſanè magnæ, imò ſummæ virtutis indicium eſt, vel inter epulas eſurire, & ab oblatis eduliis, fame premente, ſponte abſtinere: Ut verò gulam magis, magiſque cruciaret, ne delectationem ullam ex cibi ſumptione perciperet, illum vel aqua, vel nimio ſale, vel denique aliqua alia re guſtui moleſta corrumpebat; ut quotieſcumque ſumendus eſſet cibus, tormentum potius, quam corporis refectionem ſubire videretur, integros proinde dies ſæpe ſæpius ſine ullo cibo perdurans; aſperrimo interim cilicio ad vivam cutem adhibito, ferrea inſuper catena arctiſſimè lumbos præcingens, duriſque flagellationibus cor-

M corpus cædens, & lacrymarum vim profundens. Somnum breviſſimum capiebat, imò verò, carpebat, non enim dormiendi cupiditas prius, quam neceſſitas fuit, extrema ſcilicet laſſitudine urgente; nam noctis partem maximam orando tranſigebat, nullum denique mortificationis genus declinans, imò alacriter omnibus obviam accurrens.

Patientia. CAP. V.

I. Nec minor, aut remiſſior in rebus adverſis, ac moleſtis patientia. Cum frequenter injuriis, & contumeliis, maligniſque detractionibus impeteretur, ut re ipſa probari poſſet, vera ne, an fucata ejus eſſet virtus, an ſanctitatis lux, an vero fumus hypocriſis, juxta illud pſalmographi, *Tange montes, & fumigabunt*; ſemper tamen cor ejus, utpote *mons Dei, mons ſanctus, mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo*, immotum, & conſtans adverſus omnes tempeſtatum impetus ſtetit. Serena frons, tranquilla facies, ridentes oculi, quibus æmulas, ac perſequentes, quæ ejus admonitiones ferre non poterant, veluti magis amicas, ſibique benevolas reſpiciebat, ac diligebat, nullam proinde eis benefaciendi, ac bonum pro malo reddendi occaſionem prætermittens.

II. Inter illas, quæ ſiniſtram de Mariæ Catharinæ ſanctitate opinionem fovebant, eique jugiter detrahebant, monialis quædam erat, horribili, ac inſanabili carcinoma dire cruciata. Hæc ab aliis monialibus ſuadebatur, ut Mariæ Catharinæ orationibus ſe commendaret; at ipſa conſilium ſpernens, Dei famulam deridebat. Sed quadam die fortuitò Mariam Catharinam offendens, elata, ac ſubirata voce, quæ cordis ſuperbiam ſatis oſtendebat, *Aliquot Moniales* (inquit) *hortatæ ſunt me, ut pro remedio infirmitatis, qua teneor, ad te confugerem. Ad quid hoc?* At Brugora vicem ejus miſerta, duplicemque morbum; corporis ſcilicet, & animæ ſanare cupiens, elevatis in cælum oculis, & erecto in Deum corde, charitate flagrans, & de divina miſericordia plane confiſa, dulciſſima, ac mitiſſima voce reſpondit, *Non ego quidem ſoror dilectiſſima, ſed piiſſimus animæ tuæ ſponſus Chriſtus Jeſus, interceſſione beatiſſimæ genitricis ſuæ, te ſanam faciet; oſtende ubi nam crudelis hac plaga labores?* emollita illa incredibili, ac ſumma Dei famulæ patientia, ac dulcedine, carcinomam ei demonſtravit, quam M. Catharina cruce ſignans, invocanſque ſuaviſſimum Jeſu nomen, & ſanctiſſimæ Virginis, illicò ſanavit, tanto infirmæ ſtupore, & confuſione, ut ſe ad ejus pedes proſternens, veniam jam eſſet petitura, & plurimas gratias actura, niſi M. Catharina id prohibuiſſet, jubens, ut rem ſilentio tegeret, ac Deo dumtaxat, ejuſque ſanctiſſimæ genitrici ſanitatem & gratiam acceptam referret.

Obedientia. CAP. VI.

I. Par fuit ejus obedientia, cæca nimirum, & ſine mora, & nullam umquam excuſationem prætexens, arduum licet, ac perdifficile eſſet præceptum; ſemper ob oculos habens caput illud S. regulæ, quod talem titulum præfert, *Si monacho impoſſibilia injungantur*. Ad jubentis nutum paratiſſima numquam obſiſtens, numquam reluctans, numquam recuſans, numquam ad contradicendum aperiens os ſuum; ſed injunctum ſibi quodcumque opus incunctanter adimplens: In officiorum monaſterii diſtributione nullum præ alio exoptabat, aut (multo id quidem minus) poſtulabat, ſed quodlibet ei obtigiſſet, hilariter, ac libentiſſime exequebatur, & quo vilius & laborioſius illud eſſet, eo charius, & acceptius à ſe haberi multimodis demonſtrabat.

Cap. 68.

II. Hanc autem ita paratæ, ac cææ obedientiæ rationem etiam in rebus ſpiritualibus obſervabat, ut ſi ei à confeſſario, vel antiſtita, aliqua ex conſuetis piis actio-

M

actionibus, vel pœnitentiis interdiceretur, illicò ab ea deſiſteret; quod veræ, ac ſolidæ perfectionis eſt opus, nam plures homines ſe quidem ſpiritua-les profitentur, ſed proprio ſenſui in privatis orationibus, & peculiaribus pietatis exercitiis adeò tenaciter ſunt addicti, & alligati, ut nullo pacto, aut nonniſi difficillimè ab iis divelli, etſi, ad tempus, patiantur; ſe nimirum potius, quam Deum in illis quærentes, de quibus proinde Dominus per Prophetam conqueritur dicens *In jejuniis veſtris reperitur voluntas veſtra*, ideoque, *ſolemnitates veſtras odivit anima mea*. At M. Catharina de ipſa ſua obedientia minimè ſuperbiens, expleta quamdiligentiſſime quacumque ſuperiorum juſſione, illud evangelicum ſubinde repetebat, *Cum hæc omnia feceritis, dicite, quia ſervi inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus*.

Paupertas. CAP. VII.

Paupertatem ſummoperè adamavit, & ſtudioſiſſimè coluit. In ejus cella nihil ſuperfluum, imò vix quæ maximè neceſſaria erant, locum habebant; novas veſtes induere minimè cupiebat, ſed eaſdem, quas in religionis ingreſſu ſemel aſſumpſerat; diutiſſimè detulit, donec ita obſoletæ, ac laceræ evaſiſſent, ut nullatenus amplius uſui eſſe poſſent; quas tamen nonniſi obedientia cogente recentibus commutavit. Erat enim pauper non ſolum ſpiritu, & affectu, ſed etiam re ipſa, gaudens nimirum in neceſſitatibus, & cupiens pauperior adhuc eſſe, & ipſis neceſſariis rebus carere, omnem curam, & ſolicitudinem habens, ut dives tantùm virtutibus fieret.

Oratio. CAP. VIII.

I. Ejus oratio non ſolum frequens, ſed prorſus continua fuit; nam ſolitudinis ac ſilentii amantiſſima, & à creaturis omnibus longiſſimè remota, ſed converſatione, & ſpiritu ſemper in cælis manens, Deo tantùm corde, ac mente in altiſſimo contemplationis gradu unita perſiſtebat: totum proinde à communibus exercitiis reliquum tempus die, noctuque orationi tribuens. Solebat autem integræ horæ ſpatio ante matutinam ſinaxim è ſtrato ſurgere, & orationi vacare, ut mane ejus oratio Deum præveniret. Accedebat verò ad ipſam orationem, intimo humilitatis actu præmiſſo, indignam ſeſe reputans, quæ ad immenſam illam, & increatam majeſtatem alloquendam accederet, cum credentium patre reverenter dicens, *Loquar ad Dominum meum, cum ſim pulvis, & cinis!* In oratione autem, præſertim cum ſextis feriis, & diebus Quadrageſimæ Dominicam paſſionem contemplabatur, tota lacrymis diffluebat, vultu mæſtiſſimo ipſiſſimam doloris imaginem exprimente: multas præterea vocales preces recitabat, frequentiſſimè jaculatorias voces, ardentiſſimi in Deum amoris indices, emittebat. Nihil enim cogitabat niſi Deum, nihil niſi de Deo loquebatur, nihil niſi diſſolvi & eſſe cum Chriſto cupiebat. Itaque tota ejus vita, & omnis ejus actio oratio erat. Hinc quidquid à Deo peteret, etiam in proximorum utilitatem, facillimè impetrabat, quæ cauſa erat, cur plurimi tum corpore infirmi, tum animo afflicti, tum denique alicujus momenti negotium aggreſſuri, Mariæ Catharinæ orationibus ſe commendarent, cum eos optati beneficii ſpes minimè falleret.

Porrò ejus orationem admirabiles extaſes, ut plurimùm, comitabantur: Feſtis præſertim diebus ſpiritu in Deum elevata rerum cæleſtium viſionibus fruebatur, & divina myſteria, noſtræ potiſſimum, redemptionis, atque dulciſſimi Jeſu nominis, ejuſque cruciatuum, aut ſupernæ patriæ gaudiorum mentionem fieri audiebat, illicò à ſenſibus alienata, altiſſimis eorumdem thematum contemplationibus immergebatur, futuræ gloriæ felicitatem non rarò in anteceſſum prægustans; quandoque cum ex ſanctæ regulæ preſcripto monialibus II.

bus

M bus per hebdomadam ad menſam inſerviret, in cœnaculi medio, tabulam, qua cibos inferebat, manutenens, & ſacræ lectionis verba auribus percipiens, immobilis permanſit, in extaſim rapta. Sæpe ipſis in mentis exceſſibus oſtendit illi Dominus quorundam gravium peccatorum miſerrimum ſtatum, & eorum animæ deformitatem, quos M. Catharina adhuc extra ſe rapta, acriter objurgabat, & reprehendebat, & ut deteſtatis criminibus ad Deum redirent vehementer hortabatur.

III. Anno 1527. die 7. Julii dum oraret, extra ſenſus, ut aliàs poſita, cognovit, Deo revelante, lacrymabilem cataſtrophem, ob horribilium peccatorum gravitatem, Italiæ propediem impendentem; vidit ſanguineum flagellum in manu Domini circumagi, vidit gladium acutum divinæ ultionis jam evaginatum, bella, & calamitates huic regioni eventuras. Vidit Romam à barbaris mox occupandam, deprædandam, ac miſerum in modum devaſtandam.

Dona, & gratiæ à Deo illi conceſſæ. CAP. IX.

I. Pluribus item aliis donis, & gratiis à Deo fuit cumulata. In iis, angeli tutelaris viſibili præſentia identidem dignabatur; Ille myſteria per extaſes viſa, cum ad ſenſus rediret, ei explicabat: ille varias orationes, eaſque plane cæleſtes, eam edocebat; ille parvam crucem argenteam, quam amiſerat, ei retulit. Quæ crux poſt ejus mortem veluti pretioſus theſaurus diligenter in cœnobio S. Margaritæ aſſervata, & ad infirmos tranſmiſſa, multa ſanitatum prodigia, ut divinæ potentiæ inſtrumentum M. Catharinæ meritis hactenus operatur. Denique Cuſtos angelus plures alias vigilantiæ, ac dilectionis ſuæ teſtificationes ei præbuit.

II. At angelorum Dominus præcipua dona, & inſigniores prærogativas, quæ maximis quibuſque ſanctis elargiri ſolet. Mariæ quoque Catharinæ liberaliter contulit; nam & præſcientiæ ſpiritu eam exornavit, quo futura multa prædixit, & cordium ſecreta, ipſaſque mentium cogitationes non rarò oſtendit, & hoc inſuper illi præſtitit, ut quamvis abſens corpore, ſpiritu tamen pluribus, & locis, & perſonis etiam remotiſſimis præſens eſſet. Itaque in cella clauſa conſiſtens, moniales in collocutorio manentes optimè intuebatur, earumque ſermocinationes diſtinctè audiebat; denique pericula, & neceſſitates eorum, qui ſuis orationibus ſe commendaverant, licet longiſſimè conſtituti eſſent, perſpicuè cognoſcebat, eiſque præſentiſſimam opem ferebat.

IX. Cum ad diviniſſimum Euchar[illegible] ſacramentum ſummâ quidem devotione, & diligentiſſimo apparatu, accederet, quàm Deus largiter cæleſtium chariſmatum affluentiâ ejus animam irrigaret, ex ipſa ejus facie mirâ luce tunc refulgente, dignoſcebatur, quam aliæ moniales firma, ac immota oculorum acie, propter nimium emicantem inde ſplendorem, minime poterant intueri. Quodam igitur mane poſt ſacramentalem confeſſionem multis cum lacrymis: ut ei mos erat, celebratam, cupiens ardentiſſimè ſacroſancto pane euchariſtico refici, à proprio confeſſario repulſam tulit; paruit abſque contradictione humilis Dei ancilla, tanto ſacramento indigniſſimam ſe exiſtimans. At dum idem confeſſarius Miſſam eodem die faciens, ſacram hoſtiam de more partitus eſſet, inviſibili manu ejus particula ad Mariam Catharinam delata fuit, quam illa devotiſſimè, & amantiſſimè ſuſcepit; quod ſane donum Mariam Catharinam Senenſi illi Catharinæ, & Margaritæ Conradi, cujus nuper vitam deſcripſimus, & ſi quæ alia magna Dei famula id aliquando obtinuit, ſimilem reddit. Nec ſemel tantum, ſed ſæpius dilectæ huic ſponſæ gratiam adeò inſignem Salvator noſter impartitus eſt, ſacratiſſimum ſuum corpus euchariſticum per manus ſanctorum tum Apoſtoli Andreæ, tum Magni

gni

Digitized by Google

gni Gregorii, quos peculiari piëtatis obſequio proſequebatur, illi mittens, ut frequentiùs divino convivio frueretur.

Alio etiam cibo regio eam aluit, & de vino, unde bibebat ipſe illam potavit Rex ſæculorum, de calice videlicet paſsionis ſuæ, ut particeps eſſet eorumdem Chriſti dolorum, quos profunda cogitatione jugiter meditabatur: Conſtans inſuper fama eſt, ejus manibus, pedibuſque, ac lateri ſtigmata, quinque vulnerum crucifixi Jeſu fuiſſe impreſſa, capiti autem ſpineæ coronæ punctiones omnes inflictas, qua de cauſa in depictis imaginibus caput ejus viſitur ſpineo diademate redimitum; quoties denique Dominicam Paſsionem intime contemplabatur, ſanguineas ex oculis lacrymas præ dolore effundebat, ſponſo ſanguinum hac ſaltem ratione ſanguinem reddens.

Miracula. CAP. X.

Quot vero miraculorum ſignis coruſcaverit, ſatis longa narratione opus eſſet, ſi tamen ſingula recenſere quis vellet; pauca igitur ex plurimis delibare ſufficiat. Adhuc puellula, cum matris juſſu aurea quædam fila intexeret æſtivo tempore, haud parum moleſtiæ ex manuum ſudore in opificio illo complendo patiebatur ipſum identidem ſudario coacta abſtergere, ne aurea fila humore illo inficerentur: Proxima hyeme puerili ſimplicitate multam nivem collegit, eamque in plures globos redactam, in camini feneſtella collocavit, inſequenti æſtate ad manuum refrigerationem illis uſura. Rediit calidiſsimum tempus, dumque, ut aliàs M. Catharina manuum ſudorem in laborando ægre ferret, en, inquit, aliis puellis, nivem, quam præterita hyeme in camino repoſui, nunc recipiam, eaque manuum ſudorem compeſcam. Riſerunt ſociæ inauditam puellaris animi credulitatem, at ubi niveos globos intactos, & integros prout illic abſconderat, è camino M. Catharina ad eas retulit, in maximum ſtuporem adductæ ſunt. Ejus autem Mater ex hoc etiam prodigio filiæ ſanctitatem, qualis futura eſſet, metiri cœpit. I.

Jam monialis cum plurimùm in virtutibus, & perfectione profeciſſet, ejuſque ſanctitatis fama longe, lateque diffunderetur, nobilis matrona Clara nomine uxor Joannis Baptiſtæ Puſterulæ viri illuſtris, & equitis, Mariæ Catharinæ orationibus eum commendavit iter in Gallias acturum tempore ſatis difficili, nam atrox ea tempeſtate, Gallos inter, Hiſpanoſque in Italia bellum vigebat; Dum igitur eò pergeret, & cuidam caſtello haud longè à præterlabente flumine appropinquaret, ab hoſtibus repente circumſeptus, in ſummo libertatis, ac vitæ amittendæ diſcrimine verſabatur, nec ulla effugii, aut ſalutis ſpes affulgebat: cum ecce inſperatò ſenſit ſe, ad inſtar prophetæ Habacuc, apprehenſum capillis, ad alteram fluminis ripam, mirabiliter, ipſiſque ſtupentibus inimicis, in momento transferri: jamque in tuto poſitus, vidit M. Catharinam in aere ſibi apparentem, & benedictionem peramanter impertientem; in cujus rei adeò admirandæ memoriam, ſimulque in grati animi teſtimonium M. Catharinæ effigiem coloribus, ac formis exprimendam curavit, eo prorſus habitu, ac geſtu, quo ſibi in aere apparuerat, ſubjecto lemmate; *Ego Joannes Baptiſta Puſterula eques, precibus tuis Gallicas manus evaſi.* II.

Belli etiam tempore cum militum turma per urbem Mediolanum furibunda diſcurrens, nec ſacris, nec profanis locis, aut rebus parceret, cœnobium M. Catharinæ, ſacrilegia, & rapinas ſpirans intravit; jamque aſcendebant ſcalas, cum illa altera veluti Clara Aſiſienſis, militibus obviam facta, & Crucifixi ſimulacro in ſcalæ vertice collocato ſe, & monaſterium commendans, milites graviter objurgans, eiſque impietatem, & temeritatem exprobrans, III.

M

alæ præfectum cæteris audaciorem, ſua quidem oratione, non tamen ſua manu, ſed inviſibili Altiſsimi dextera retrorſum dejecit, & ad imum ſcalæ magno impetu præcipitem egit; quo prodigio, & ipſæ dux fractus, & reliqui milites territi, nec ſcalam aſcendere, nec mali aliquid cœnobio moliri deinceps auſi ſunt; ſed confuſi abierunt. Imò ille ipſe dux antea tam ferox, virtutem, & ſanctitatem Mariæ Catharinæ admiratus, ab ea humiliter veniam petiit, quæ ut eorum, qui veri, non autem ficti ſervi Dei ſunt, mos eſt, bonum pro malo reddens, non ſolum ſanam mentem, ſed etiam ſanitatem à quartana febri illi à Deo impetravit; qui poſt aliquot dies, animadvertens cœnobium illud M. Catharinæ meritis, ſub protectione Dei cæli commorari, magnam pecuniæ vim M. Catharinæ detulit, eam rogans, ut depoſiti loco illam ſervaret, quam etiam, niſi ipſemet recepturus rediiſſet, integram monaſterio donabat: ita hoſtem infenſiſsimum in amicum, & benefactorem commutavit. Hæc fuit nimirum mutatio dexteræ excelſi.

Ejus mors. CAP. XII.

I. Poſtquam adeò ſancte, & laudabiliter annis quadraginta vixiſſet, & ad virtutum culmen jam aſcendiſſet, cæleſtis ſponſus ad paradiſi thalamum amantiſsime eam traduxit; nam anno 1529. febri correpta, brevi quidem tempore, trium ſcilicet dierum ſpatio ad extrema devenit. Quamvis autem febris initio morbi levis admodum, & extra periculum mortis videretur, eam nihilominus M. Catharina lethalem ſtatim agnovit, prædixitque ex ea tertia die ſe morituram; eratque admodum læta, ac feſtiva, utpote quæ ardentiſsimè cuperet, & certiſsimè ſperaret diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.

II. Igitur ſanctiſsimis eccleſiæ ſacramentis devotiſsimè ſumptis, traditiſque circumſtantibus monialibus ad regularem obſervantiam, & evangelicam perfectionem ſaluberrimis monitis, conformatis in crucis ſimilitudinem manibus, in illis verbis, *in manus tuas Domine commendo ſpiritum meum*, puriſsimam animam placidiſsimè, ac feliciſsimè Deo reddidit die 19. Nov. anni prædicti 1529. fer. 6. Ex ejus autem ore expirantis candidiſsimam columbam egredi, & ex feneſtra exire moniales viderunt, quæ procul dubio ejus animæ ſpecies erat ad cælum evolantis.

III. Obitus ipſius adeò pretioſi fama vulgata; urbs ferè tota ad videndum, venerandumque ejus corpus cucurrit, quod idcirco triginta dies inſepultum permanſit, ut piæ confluentium devotioni fieret ſatis, quo etiam tempore plura ad idem corpus miracula patrata ſunt, quod tandem in lapideo tumulo repoſitum fuit, unde poſtea extractum, & urna nucea incluſum in interiorem monialium eccleſiam translatum eſt, perſtititque penitus incorruptum, & vividum, ac ſi recens expiraſſet uſque ad annum 1612., cum ex nucea illa capſula, in aliam cypreſſinam, & decentius ornatam traductum, novis prodigiis coruſcavit; quorum plurima etiam poſtea, meritis, & interceſſione Mariæ Catharinæ operari dignatus eſt omnipotens; eorumque longum ſatis catalogum texit, Italico ſermone, Franciſcus Rogerius nobilis Mediolanenſis, & ſacerdos, qui ejus vitam litteris conſignavit, impreſſitque Mediolani per Philippum Ghiſulphum ann. 1646. à pag. 169. uſque ad 208. ex qua vita, ea quæ de M. Catharina referimus, accuratè deſumpſimus, & in hunc ordinem pro virili redegimus: Rogerius verò in præf. ejuſdem vitæ M. Catharinam in donis à Deo acceptis Catharinæ Senenſi, in revelationibus Svecicæ Birgittæ; in extaſibus Catharinæ Florentinæ de Riccis; in Pœnitentiis Paulæ Romanæ; in orationibus, & angeli familiaritate Franciſcæ item Romanæ jure, & merito comparat.

Ejus

Ejus etiam vitæ breve elogium ſcripſit Felix Egger monachus Petruſianus in Helvetia; *Idea ord. Hierarchico-Bened. libell. 2. par. 3. diſſert. 7. pag. 476. & ſeq.* ubi eam Romæ natam aſſeverat. At quo fundamento, cum Rogerius id minimè dicat, ſed Mediolanenſem tantum appellet? M IV.

Hanc vitam exarare cœpi Senis die 18. Aprilis 1729. eam autem abſolvi Aſſiſii die 9. Aprilis 1730. in die Sancto Paſchatis. Hujus autem tam longæ moræ cauſa non ſolum plures aliæ intermediæ occupationes fuerunt, ſed multo magis aſperrimi grandium calculorum dolores, quibus integro biennio, eoque amplius, graviſſimè cruciatus ſum; jamque apropinquaveram uſque ad portas mortis, donec veſſicæ ſectioni fortiter me ipſum ſubjeci, ex qua celebris Litotomus Petrus Paulus Lapi ex caſtello Nurſinæ diœceſis, vulgo *le Preci* dicto, duriſſimos lapides duos pondo unius unciæ feliciter extraxit die 17. Septembris elapſi anni 1729. ætatis meæ an. 67. dolor quidem in ſectione admodum tolerabilis fuit, & curatio adeò proſpera, ut intra 14. dierum ſpatium è lecto ſanus evaſerim. Dei id, & beatiſſimæ Virginis maximum beneficium; quod etiam precibus, tum Sanctiſsimi Franciſci, cujus ſacrorum Stigmatum feſtum eo die celebratur, tum aliorum Sanctorum, in primiſque hujus Dei famulæ, & Margaritæ Conradi, quarum vitas nuper texueram, quibuſque valde pro tanta neceſſitate me commendaveram, refero acceptum. *Eripuit enim animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapſu* Pſ. 114.

FR. MARTINUS ab Albania, quæ olim Epirus, in monaſterio S. Pauli de Urbe religionem ingreſſus anno 1430. die 30. Nov. dicitur in noſtris regeſtis I. pag. 53. à tergo *magnæ ſanctitatis, & abſtinentiæ vir*; qui pane furfureo veſci conſuevit, & à Domino impetravit, ut vinum ſibi ſemper amarum ſaperet: ſpiritu prophetiæ claruit: & cum Deum rogaſſet, ne ultima ægritudo ultra quatriduum protraheretur, feria quinta poſt Dominicam Paſſionis infirmatus, Dominica Palmarum proximè inſecuta animam efflavit, & in eccleſia S. Pauli ſepultus fuit.

MARTINUS ORILIA natus Neapoli, ex Hiſpanis parentibus, ab ipſa infantia Dei timorem, amoremque in ejus legis obſervantia egregiè oſtendit, quam I. ut perfectius, & ad evangelica conſilia cuſtodiret anno 1582. in Caſinenſi archiſterio ſæculo nuntium remiſit, & per vota ſolemnia penitus ſe Deo conſecravit; vixitque ibidem ad extremum uſque ſenium ſumma ſpiritus humilitate, & incredibili patientia; Deus namque ad earumdem virtutum probationem, & coronam, eum permiſit moleſtiſsimis ſcrupulis tota vita agitari; quod ſanè martyrii quoddam genus eſt, tanto quidèm gravius, quanto intimius, ac diuturnius: Tunc enim monachorum pedibus ſeſe proſternere, eorum orationibus ſe commendare, ab omnibus veniam petere, indigniſsimum denique ſe, quem terra ſuſtineret, exiſtimare ſolemne habuit; Cumque à proprio confeſſario aliquandò durè increpatus rejiceretur impoſito ſibi de quacumque re ſcrupuloſa ſilentio, (ita enim interdum à peritis conſcientiarum curatoribus cum hujuſcemodi fieri ſolet) patientiſsimè ferebat, & humiliter, ſine ulla querela obtemperabat.

Ea propter Caſinenſis abbas ratus, Martinum œconomicis negotiis occupatum, II. & aliò averſum, eo ſupplicio levatum iri, cœnobii cellerarium illum conſtituit. Verum cum ex eo etiam munere arctioribus anguſtiis interius premeretur, diſcretus præſul eâ curâ illum abſolvit. Geſſit tamen, & quidem laudabiliter tyronum magiſterium: quo tempore, utpote juſtitiæ amantiſſimus, & ſine acceptione perſonarum, poſthabitis quibuslibet humanis rationibus, eminentiſsimi Baronii fratris, vel ſororis filium, (id enim diſtinctè non

 expri-

M exprimit narrationis hujuſce author, ſed æquivoco vocabulo, & phraſi minime latina *nepotem* tantum appellat) novitium ſuum, quem monaſticæ religioni parum idoneum exiſtimabat, conſtanter ad ſæculum remiſit, non enim omnes ad regularem vitam electi, ſed *beatus ille, quem Deus elegit, & aſſumpſit, ut inhabitet in atriis ſuis*.

III. Interim licet tam acriter ſcrupulis conflictaretur, regularium tamen virtutum perfectiores actus ſtudioſiſsime exercebat. Paupertatis rigidiſsimus cuſtos, femoralia obſoleta famulo ad ejus ſervitia ab abbate deputato concedi minime paſſus eſt, ſed plus indigenti danda curavit, quod diceret, famulo conſuetum ſtipendium ſufficere debere, quod illi à monaſterio perſolvebatur; à pecuniæ verò tum cupiditate, tum uſu ita alienus erat, ut ne in itinere quidem, ſi quando id agere cogebatur, eam tangere umquam voluerit. Regularis ſilentii obſervantiſſimus, conſcientiæ ſuæ moderatorem, quem enixis precibus ad ſe acciverat, nullo prolato verbo, ſed ſignis tantum uſus, à ſe dimiſit, quia dum veniret, campanula pulſabatur, meridianam dormitionem, adeoque ſilentii horam indicens. Prophetico ſpiritu haudquaquam caruit, quo afflatus obitus ſui tempus, & alia futura prædixit, inter quæ D. Matthiæ à Parma confeſſario ſuo reditum in patriam maturanti, non ita, inquit fiet, ut ante meum ex hac vita diſceſſum hinc abeas, patriam reviſurus, quod ita prorſus contigit, nam anno 1639. placidiſſime, eo præſente, in Domino obdormivit.

IV. Clementiſſimus enim Deus, qui neminem in ſe ſperantem nimium affligi permittit, ante ejus corporis diſſolutionem eum à ſcrupulorum moleſtiâ penitus liberavit; adfuit etiam morienti magnus ille Dei ſervus D. Zaccharias à Fractis, de quo infra, qui ſtatim atque Martinus animam efflavit, dixit, *tamquam fulgur recto tramite cæli ſecreta penetravit*. Ita in hoc etiam beato viro propheticum illud adimpletum eſt „ *Juſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos „ tormentum mortis &c. in paucis vexati, in multis bene diſponentur, quo„ niam Deus tentavit illos, & invenit eos dignos ſe; tamquam aurum in forna„ ce probavit illos, & in tempore erit reſpectus illorum, quoniam donum, & „ pax eſt electis ejus*.

Ex elogiis Cornelii Ceraſo, quæ de monachis Caſinenſibus ſui temporis ſcripſit; & modo in tabulario Caſinenſi aſſervantur: de eo etiam Gabriel Bucellinus in Ben. Rediv. an. 1639. „ è vivis abiit P. D. Martinus à Neapoli monachus Ca„ ſin. qui flagris in ſe ipſum atrociſſimè ſæviit, effuſo cruore indumenta mi„ rum quam purpuravit; quod ne cui innoteſceret, ſpecie ambulantis ad ſe„ cretos latices ſe conferens, infectas veſtes ipſe abluebat „ Caſimirus item Vincentius Chranovius Polonus in vita laudati Zaccharıæ à Fractis impreſsâ Neapoli apud Cramignanum an. 1678. cap. 7. pag. 92., & ſeqq. ex eodem Cornelio Ceraſo, cujus verba in medium profert.

MARTINUS à PAPIA Patavii in cœnobio S. Juſtinæ D. Benedicti regulam profeſſus eſt an. 1412. die 25. Julii. De eo in noſtris regeſtis ſic dicitur, *animam agens, divinis revelationibus illuſtratur*.

MAURUS ANGELUS à PANORMO in S. Martino de Scalis Deo ſe arctius dicavit anno 1614. die 13. Nov. in noſtris regeſtis dicitur. *Vir inculpatæ vitæ*.

I. MAURUS à PAPIA, in ſæculo Salimbenius nobili familia de Fulpertis, in laudato S. Juſtinæ cœnobio ipſo congregationis initio, ſub Ludovico Barbo, tutiorem viam ſalutis ingreſſus eſt, nuptias deſponſatæ puellæ, ſplendidæ domus divitias aſpernatus; ob id patris, cui unicus filius erat, indignationem incurrit, quam tamen, ejuſque fratris acerbas minas, immotâ patientia,

ac

M

ac invictâ conſtantiâ ſuperavit. Nam cum illius rogatu è clauſtro eductus, apud Patavinum epiſcopum conſtitutus eſſet, ut experimentum fieret, an divino afflatu, an verò Barbi fraudolento conſilio, ut genitor cauſabatur, id vitæ genus elegiſſet, perſtitit in propoſito, Deo maximas gratias agens, quod Dæmonis fallacitas, & fluxas mundi illecebras ſibi miſericorditer demonſtraſſet, & ea ratione fugere docuiſſet, in eoque inſtituto, Deo propitio, ad extremum uſque ſpiritum, ſe conſtantiſſimè perſeveraturum; Itaque *per calcatum pergens patrem, per calcatam pergens matrem*, ut D. Hieronymus iis, qui Chriſtum perfectè ſequi cupiunt faciendum monet, deque ſponſæ teneritudine, propinquorum precibus, lacrymis, ac promiſſis glorioſè triumphans, illud Deſiderii, Beneventani principis filii, qui poſtea Victor III. Pont. Max. fuit, jure, ac merito uſurpare potuit.

Intactam ſponſam, matrem, patriamque, propinquos,
Spernens, huc propero; monachus efficior.

Imò ipſius etiam Ludovici plures repulſas, ut nimirum ejus probaret ſpiritum, an ex Deo eſſet, mira fortitudine excipiens, tanto acriùs, ut inter monachos admitteretur, inſtabat; ab illo enim trahebatur interiùs qui de ovibus ſibi à patre traditis dicit, *Non rapiet eas quiſquam de manu mea.*

Igitur non ſolum ipſe, ſed plures etiam alii ejus exemplo permoti D. Benedicti militiæ adſcribi maxima animi contentione poſtulantes, voti compotes effecti ſunt. At Maurus cum iret quotidie de virtute in virtutem, electus fuit prior cœnobii ſancti Spiritus, extra Papiam, mox ſancti Sixti Placentiæ; ubique ſummam prudentiam, & eximiam ſanctitatem oſtendens: Ipſe enim, ut narrat Petrus M. Campi mox afferendus, miſſus à Ludovico Barbo, quem Placentini rogaverant, ut idem monaſterium reformandum ſuſciperet, poſſeſſionem illius cæpit, & aliquandiù abbatis quidem authoritate, ſed prioris tantum titulo, ſuperſtite nimirum antiquo abbate, eidem præfuit. Creatus deinde abbas, ipſi Ludovico ſucceſſit in regimine Sanctæ Juſtinæ anno 1437. quod quidem regimen quater adhuc iteravit; anno ſcilicet 1439. anno 1444. an. 1447. demumque anno 1454. ſemper utilis, atque proficuus. Ædificia enim alia noviter extruxit, alia pulcherrimè exornavit. Templum, & ſacrarium vaſis argenteis, calice cubitali, accerra X. pondo, ſacerdotalibus, & leviticis veſtibus auro pretioſè contextis locupletavit. Sacellum S. Lucæ Evangeliſtæ reparatum; pictura celeberrimi ea ætate Andreæ Mantegnæ, aliiſque ornamentis decoravit, multoque ære ſcriptoribus, pictoribuſque miniariis conductis, ingentes codices in uſum ſacræ Sinaxis conficiendos curavit; Sed quod his omnibus longè majus, & laudabilius eſt, ita ſemper ſe geſſit, ut ne latum quidem unguem à Ludovici veſtigiis declinaret, eâque rectiſſima via, quam ille calcaverat, ſtrenuè incedens, divinum cultum, & monachorum numerum probè augeret; & ut grati quoque animi virtutem erga eundem Ludovicum patefaceret, marmoreum cœnotaphium, & epitaphium, quod adhuc extat, eidem poſuit. Itaque poſt Barbum alter ipſe congregationis parens optimè de eadem meritus cenſeri debet; qui jam ſexagenario major, centuplum eorum, quæ pro Chriſto dimiſerat, & vitam æternam recepturus in cælum abiit anno 1457. prope fores oratorii S. Danielis, in veteri clauſtro, ſepultus, habiturus nimirum tumulum, (ut Cavaccius ait) propè oſſa ſanctorum, quorum pius æmulator fuerat. II. Mors.

Ex eodem Jacobo Cavaccio hiſt. S. Juſt. lib. 5. pluribus in locis, nempè pag. 205. 206. 208, 222. 224. 225. 227. editionis Patavinæ anni 1696. Laudatus etiam Petrus M. Campi hiſt. eccleſiaſticæ Placentinæ lib. 24. pag. 144. col. 1. hæc

M

1. hæc de eo, ejuſque ſociis monachis habet: „ Non ceſſava Fr. Guglielmo
„ eremita di eſortare bene ſpeſſo il detto abbate (Pietro Veggia) à cedere il
„ luogo agli oſſervanti padri della congregazione di S. Giuſtina di Padova dell'
„ iſteſſo ordine di S. Benedetto, che in tai di germinavano, è fruttificavano
„ di ſante opere, accioche ſi riformaſſe, à guiſa di tanti altri, queſto sì de-
„ gno, ed onorato monaſterio, è vi ſi aggiunſe ad un tempo l' interceſſione
„ di *D. Mauro* priore di S. Spirito di Pavia il quale propoſto al mentovato
„ abbate il modo di una riſerva, che far poteva del titolo, e dell' uſofrutto
„ dell' abbazia durante ſua vita, l' induſſe ad effettuare quanto più toſto la ri-
„ nunzia & *ibidem col.* 2. Prevedendo ambidue (l' ottimo cardinale di Pia-
„ cenza Branda Caſtiglione, ed il cardinale di Siena Gabriel Condolmie-
„ ro Veneziano, che fu poi Eugenio IV.) il gran bene, che avvenir ne
„ doveva, non ſolo al luogo ſteſſo, ma à tutta la città di Piacenza, per la lo-
„ data, è ſanta vita di quei monaci, quali entrarono al poſſeſſo l' anno 1425.
„ ſpedito che fù il breve pontificio coll' intervento di monſignor veſcovo
„ (*di Piacenza*) Aleſſio deputato in ciò dal Papa eſecutore apoſtolico, ed
„ il giorno ſacrato à S. Martino diedero principio ad officiare, con gran con-
„ tento del S. Eremita nominato di ſopra, è con molta frequenza di cittadi-
„ ni parte da devozione, parte da curioſità tratti a vedere il nuovo rito di ſo-
„ miglianti padri oſſervantiſſimi, che ebbero per priore il dianzi detto D.
„ Mauro di Pavia, perſona non meno per l' integrità de' coſtumi, che per
„ la ſomma prudenza riguardevole. „

Is fuit Fr. Alexiſi de Siregno, Mediolanenſi ditionis Oppido, ex Ord. Min. Ipſi. primum Boblen. deinde Placentin. ex Ughel.

I. FR. MAURUS COGNOMENTO RAINONE ex lauro, oppido ſatis amplo, ac frequenti campaniæ felicis, fratrum commiſſorum cœtui adſcribi Caſini impetravit an. 1675. menſe Aprili annos ipſe agens triginta tres; ab ipſo ſuæ converſionis initio præclara veræ pietatis, & religionis dedit ſpecimina, adeo ut omnes majores, minoreſque ejus virtutem amarent quidem, & ſimul etiam timerent, nec quiſquam coram eo verbum aliquod minus caſtigatum proferre, aut actum aliquem minus decorum edere ullatenus auderet. Divina ſacramenta magno ſpiritus fervore, ſummâque reverentiâ crebrò percipiebat, paupertatem eximiè adamabat, in oratione erat aſſiduus, præcipuè nocturno tempore, quo ſomno diſcuſſo ad purgandas, & accendendas lampades ante SS. Euchariſtiam, D. P. Benedicti corpus, cæteraque altaria collucentes impigrè ſurgebat, quod minîſterium haud parvi incommodi, ac moleſtiæ erat, præſertim hyberno tempore, quo ob frigorum, ventorumque inclementiam lychni identidem extinguuntur; quo expleto Deum gemitibus exorabat, & in cæleſtium rerum contemplatione reliquum noctis tempus ad diem uſque tranſigebat.

In Religionem ingreſſus.

II. Carnem ſuam jejuniis, vigiliis, aliiſque laboribus, & aſperitatibus affligebat; numquam è monaſterio egrediebatur, ne in proximum quidem hortum animi vel tantiſper relaxandi causâ; gravi morbo in genu correptus, acerbiſſimos dolores eâ patientiâ pertulit, ut chirurgus maximam in admirationem adduceretur, nullam enim querelæ vocem emittens, hoc ſolum ingeminabat; *oportet patienter ferre pro Domino noſtro Jeſu Chriſto*. Rem ſane memorandam, & admirabilem de eo narrabat Cæſar Tideus Caſinenſis monaſterii tunc archiater, quòd cum Fr. Maurus aliquando lecto decumbens, iſchiadis cruciatus acerrimos toleraret, ad quos levandos ipſe medicus plura remedia, ac fomenta præcipiebat; quadam die reverendiſſimus abbas Andreas Adeodati ad eum inviſendum acceſſit, illique dixit, jocosè potius, ut infirmis nonnunquam dici ſolet, *Fr. Maure hæc tua infirmitas ignaviæ eſt*, *ac ſo-*

Pœnitentia.

Obedientia.

cor-

cordiæ, ideoque hæc medicamina nihil ad rem tuam faciunt, nihilque tibi proſunt, ſurge protinus, & de hac infirmitate ne ſolicitus ſis, Maurus exiſtimans ſeriò hæc ab abbate dicta, ſibique propterea obediendum eſſe, illicò è lecto ſurrexit, eodemque temporis momento (mirum dictu!) ſanum ſe, & incolumen ſenſit, *& fugit dolor, & gemitus*.

M

De eo in catalogo Epiſcoporum.

III.

At charitatem ejus erga pauperes, & peregrinos, quorum plures quotidiè Caſinum confluunt, ab ipſo in religionem ingreſſu, ad obitum uſque ſervatam, (nam ab initio eorum cura illi fuit demandata,) nulla lingua enarrare, nullus calamus, ut par eſſet, deſcribere umquam ſufficiet. Vix appulſos magnâ lætitiâ, & humanitate excipiebat, & poſtquam eos ad eccleſiam orationis gratiâ deduxiſſet, in Xenodochium intromiſſos ad præparatum ignem, ſiquidem hyems erat, appropinquare, ut à ſe frigus expellerent, jubebat; mox illorum pedes, unâ cum monacho pauperum hoſpitum vicario, calidâ abluebat, linteoque tergebat, demum calefactos etiam cibis eos reficiebat; nam cum monaſterii culina haud parum diſtet à peregrinorum hoſpitio, ne cibi per viam frigeſcerent, eos in hippocauſto reconditos conſervabat. Inſuper datâ operâ monachorum menſæ quotidiè aderat & ſæpe ſæpius eis ibi inſerviebat, ut quidquid ex ultronea eorundem abſtinentia ſupererat, in peregrinorum utilitatem, præter id, quod monaſterium eiſdem elargiri ſolet, & quod ipſemet ſibi ſubtrahebat, (erat enim cibi parciſſimus) æquè converteret. Nec eorum tantum corpora terreno, ſed multo magis etiam animas ſpirituali alimento ſaturanda curabat, nam poſt cœnam, antequam cubitum irent, devotiſſimas preces recitandas eis proponebat, & ut ad conſcientiæ ſordes in ſacramentali exomologeſi ſequenti die deponendas, atque ad ſacroſanctum Chriſti corpus ſummâ reverentiâ percipiendum diligentiſſime ſeſe diſponerent, ac præpararent, vehementer hortabatur, & rationem id rite faciendi pro virili edocebat; diſceſſuros denique matutino jentaculo refocillatos, omnique charitatis officio cumulatos, tandem dimittebat; Quamvis autem eorum aliqui, ut plerumque contingit, ruſtici, difficiles, ac moroſi multiplicia incommoda, & moleſtias ſibi, aliiſque afferrent, Mauri tamen charitas numquam refriguit, quippequi hoc unum animo perpendebat, cujus nomen, ac perſonam peregrini referrent, Salvatoris nempe, ac Domini Jeſu Chriſti, qui in Evangelio ſuo conceptis verbis dixit. *Hoſpes eram, & collegiſtis me; & quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*; ſi quâ verò die nulli peregrini Caſinum adventaſſent, dolens, ac mærens huc, illucque incedebat, ſæpe ad monaſterii januam pergens, ſi aliquem venientem videre potuiſſet, quo viſo plurimum lætabatur, & gaudio geſtiebat, quod ſi tandem nullus appareret, ferè plorans dicebat, *hodie D. N. J. C. nos viſitare minimè dignatus eſt*.

Charitas.

IV.

Is eſt familiæ Piazzoni à Seravalle, antea alæ equitatus præfectus, è militari ad monaſticam vitam converſus, magno pietatis, ac religionis exemplo Caſini hactenus degens, ubi a.ü tyrocinium fuit

Extremam infirmitatem, ac mortem anhelitus difficultas ei attulit, ſed biduo antequam decederet, ut P. D. Bernardus M. qui ægrotanti frequens aderat, tunc autem aliis in rebus occupatus, adeſſe non poterat, accerſiretur petiit, prænuncians duobus tantum diebus ſibi adhuc vivendum eſſe, poſt quos nulla amplius ſe invicem videndi, & alloquendi ſuppeteret facultas. Omnes tunc quidem admirati ſunt, putabant enim, plures etiam dies vitam eum producturum, nam viribus non adeò deſtitutus videbatur, rectè, & expeditè dicebat, & aliàs eodem morbo conflictatus, ex eo tamen convaluerat. Sed rei eventus præſcium oſtendit. Præſulem rogavit, ut quadraginta Miſſas ante ſuum obitum celebrandas juberet, ſubdens, *ſarcinulas eſſe præmittendas*. Interrogatus a laudato P. D. Bernardo M. an *ſcrupulo* aliquo, vel difficultate animi angeretur, reſpondit, nulla, ſed omnimoda cordis tranquillitate per

Dei

M

magiſter lector theologus, & vicarius generalis Oppidi Citrarii in Calabria juriſdict. Caſin.

* *Pſ.* 22.
* *Rom.* 8. 12.

Mors.

Dei gratiam ſe gaudere; ſumpto maxima devotione, ac reverentia cœleſti Viatico, requiſitus paulò poſt, quomodo ſe haberet, & ſi aliquid ei opus eſſet, optimè inquit, *nam Deus mecum eſt, & ego ſecum, ideoque nihil mihi deeſt* juxta illud * *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocavit*: Et * *ſimul cum illo omnia nobis donavit*. Paucis antequam ſpiritum exhalaret horis, graviter fratres omnes commiſſos ad fideliter, ac reverenter Deo, monachiſque omnibus inſerviendum, & præcipuè ad charitatem erga pauperes, & peregrinos exhortatus eſt, præmunituſque magna pietatis ſignificatione extremæ unctionis Sacramento, placidiſsimè in Domino obdormivit an. 1718. die 11. Nov. ætatis ſuæ 77. Tumulatus fuit de more in eccleſia S. Annæ, ſed peculiari arca incluſus, ingenti ſanctitatis opinione tum apud monachos, tum apud laicos etiam remotiores, ne dum circumpoſitos, quæ hactenus perſeverat, relicta. Cardinalis Joſephus Saenz de Aguirre, quo tempore Caſini manſit Fr. Maurum omnimode videre voluit, eique ſingularem benignitatem, & benevolentiam oſtendit, ſeque illius orationibus commendavit, propter eximiam, quam de ejus ſanctimonia conceperat exiſtimationem.

De eo Cornelius Ceraſo in elogiis monachorum Caſinenſium ſui temporis, quæ ms. in tabulario Caſinenſi aſſervantur; ſed pauca de eo narrat, quia multò ante ipſum Cornelius diem ſuum obiit. Ex relatione cl. viri D. Eraſmi Gattola, Caſino ad me tranſmiſſa die 8. Decembris 1732. Ego ipſe Fr. Maurum Caſini vidi trium ferè annorum ſpatio, quo ibidem moratus ſum, ejuſque, præclaram in pauperes charitatem perſpexi; erat autem vultu ſemper hilari, & pio, qui ſanctimoniam, & *devotionem* præſeferebat.

MONACHI SANCTÆ JUSTINÆ PATAVINÆ initio congregationis à Jacobo Cavaccio hac ſanctitatis methodo viventes deſcribuntur hiſt. S. Juſt. lib. 5. pag. 223. & ſeq. edit. Patav. anni *1696*. ad an. 1438. „ Quod in primitiva eccleſia legitur, fuiſſe omnium cor unum, & animam unam, de priſcis illis patribus etiam refertur. Divina officia noctu, dieque ab univerſis celebrabantur; orationes, meditationes, jejunia tum regularia, tum ultronea, agebantur frequentiùs. Silentium ſtatis horis inviolatum, ſermo, cum liceret, de divinis rebus, quæ ineruditos accenderent. Quidquid ultra ſumptus domeſticos erat, pauperibus dabatur. Peregrinis, & infirmis inſervire totius congregationis uſque ad æmulationem ſtudium fuit. Nulla præterea cum ſæcularibus converſatio, conſanguineorum pia oblivio. Veſtes ex panno Liburnico craſſiore, interulæ ex eodem inſtar cilicii. Lectuli ad hominis menſuram, tomenta nulla præter ſaccos palea infartos, culcitra villoſa, quæ frigus arceret; non delicias miniſtraret. Linteorum nullus uſus, quia ex præcepto S. P. Benedicti omnes veſtiti cubabant. Privata exercitia ad normam veterum eremitarum in codicibus ſcribendis, vel in hortuli alicujus cultura. Doctiores patres, vel in audiendis laicorum ſacris confeſsionibus, vel in exponendis ſanctis authoribus, laborabant: quot codices, quales interpretationes manuſcriptas vidimus? Utinam vel noſtra incuria, vel aliorum malitia non deperiiſſent! Apud cives ea erat de cœnobitis noſtris opinio, ut cum quis per urbem incederet [raró id contingebat] illum obvius quiſque ac ſanctum veneraretur. „

MONACHI ABBATIÆ FLORENTINÆ ſub Gometio abbate de quo ſupra circa ann. 1440. à Thoma Salvetto advocato Florentino, & legum doctore in vita laudati Gometii, quæ ms. extat in bibliotheca ejuſdem Florentinæ abbatiæ pluteo I. ms. latinorum PP. diviſione prima tali ſanctitatis decoran-

Digitized by Google

rantur elogio. „ Monachos numero ingenti ſua optima diſciplina eruditos,
„ moribuſque comprobatos ſuo ſtudio aſſecutus eſt, non genere ignobiles,
„ ſed claros, nec tam ex patria ipſa oriundos, quam peregrinos, & militia,
„ aliiſque dignitatibus ſplendidos, & tot, & tales, ſicuti nuſquam legitur
„ ibi fuiſſe. Illis autem ipſis primo numero inſertis, omnibus fere jam defun-
„ ctis, amariſſima diraque peſte, quod, ut virtus de illo clareſceret, factum
„ eſſe monſtratur, & ipſi quaſi unico remanenti dati ſunt alii non diſparis nu-
„ meri, aut æquales dignitate, ſed plurimum in omnibus excellentiores,
„ quibus, & carne ſolutis clade alia ſæviente, advenerunt copioſioris nume-
„ ri, & genere clariores, moribuſque, & vita prudentiores, ac præ cæte-
„ ris præſtantiores, quorum multi in humanis ducuntur, & horum virtutes,
„ ac merita haud ſunt ſilentio prætereunda. Fuerunt namque ipſi diem ſun-
„ cti tales ſervi Jeſu Chriſti, *cui ſervire regnare eſt*, quales noſtris tempori-
„ bus viſi ſunt, nunquam otioſi ſtantes, ſed divinis curis, diurniſque, atque
„ nocturnis horis inſerti, cantantes mente pura, atque ſincero animo, le-
„ ctioneſque legentes, atque audientes ſuis locis ad invicem congregati, &
„ diſciplinas, jejunia, & quæcumque aſpera voluntariè, affectuoſèque in
„ memoriam paſſionis Jeſu Chriſti ſupportantes, ſacris litteris otium dan-
„ tes &c... Cum vero extremum clauderent diem, non illum calamitatis,
„ & miſeriæ tremebundi vocitabant, aut mortis mærore quæ ultimum terri-
„ bilium eſſe judicatur, fremeſcebant, ſed prorſus horum cogitatione abje-
„ cta, emiſsis vocibus gloriam reddentes Deo, hymnum *Veni Creator Spi-
„ ritus* in jubilo lætitiæ cantando ad æternam Patriam migrabant, juxta il-
„ lud, *ridebit in die noviſſimo, & timenti Deum bene erit in extremis*, & non-
„ nullorum fide digno teſtimonio didici, hujuſcemodi tempore ſigna plura
„ apparuiſſe ſanctitatis, ut merito mors illorum pretioſa in conſpectu Domi-
„ ni juſto judicio comprobetur, & ſi de ſingulis ſermo texeretur, nimis in
„ longum traheretur hiſtoria.

MONACHI SUBLACENSES à Pio II. Pont. Max. qui ſanctuarium illud in-
viſit, ſanctitatis, & regularis obſervantiæ hujuſcemodi ſortiuntur teſtimo-
nium, commentariorum ejus lib. 6. pag. 307. & ſeq. „ Pars monachorum
„ in hoc monaſterio, quod Sublacenſe diximus appellari, dies, ac noctes
„ gratiſſimas Deo laudes canit. Pars in altero, quod *ſpecus* vocitant, ad
„ quod mille paſſibus aſcenditur, via difficili, & ferro facta, adeoque præci-
„ piti, ut abſque horrore adiri nequeat. Hinc profundiſſima in Anienem de-
„ ſcendente rupe, inde altiſſimo imminente ſaxo, nec acceſſibilis ullo pacto,
„ niſi modo ad dexteram, modo ad ſiniſtram varios agens flexus in anguis
„ morem ab imo uſque ad ſummam ducta, & pleriſque in locis muro defen-
„ ſa fuiſſet. Monaſterium ſub altiſſimo ſaxo ædificatum eſt, ita ut magna pars
„ ejus vicem tecti gerat, partem exterius conſtruxere ædes; ipſa ſacra, & of-
„ ficinæ monachorum multæ intra ſaxum patent. *Benedictus* magnus ille mo-
„ nachorum pater, & Deo plenus, in quo Nurſia totum, quod habuit boni-
„ tatis effudit, prius quam domus aliqua hoc in loco conſtructa eſſet, aut ho-
„ mo quiſpiam habitaret, ſolus in hac eremo pœnitentiæ ſibi locum delegit:
„ procul ab humano cultu, nulli cognitus, niſi Deo, in duriſſimo ſibi lapide
„ lectum ſtravit: hic ſe vigiliis, ac jejuniis maceravit; hic Deo, gratiſſi-
„ mum præbuit famulatum. Sequuti ſunt eum diſcipuli, & cœpta eſt habita-
„ ri ſpelunca, ſicut in altis ſcopulis nidos videmus hirundinum in crepidine
„ lapidum: ita eſt hoc monaſterium cernere affixum ſublimi ſaxo, ex quo
„ ſæpe fruſta concidunt, quæ aut monachos perimunt, aut ædificii ruinam

Hodie facilis directa, & loca magnis ſumptibus, à monachis reddita eſt.

N faciunt,

M

„ faciunt, Multa hic ſancti viri miracula referuntur, & tintinnabulum oſtenditur, quo Diabolus illuſiſſe bonis ejus operibus conatus eſt. Monachi circiter viginti hic degunt, ut par eſt credere, Deo chari; numquam carnes edunt, vinum multa domant aqua, jejunia longa producunt, luxuria eſt duo ova comediſſe; oleribus, & pane veſcuntur, adſunt, & legumina; his epulis menſam onerant, breviſsimum tempus cibo datur, nec multo majus ſomno, reliquum in oratione conſumunt: rem divinam peragunt ſumma devotione, & pſallunt Deo confidenter: Major pars ſenum eſt, quorum plerique inoffenſa valetudine ad octogeſimum annum pervenere, vultu alacres, & alloquio venerabiles, quorum unica cura eſt diſſolvi tandem, & eſſe cum Chriſto. Pius cum ſuperiùs, atque inferiùs, in utroque monaſterio rem divinam coram ſe celebrari juſſiſſet, & omnia loca exoſculatus eſſet, quæ ſama vulgaret, Benedicti corpus tetigiſſe, ſpirituales gratias elargitus, quas monachi petivere, & omnium conſcientiis abundè ſaturatis, ad oppidum pernoctaturus deſcendit. „

Non diſsimulaverim tamen veritatis injuria, & abnormi anachroniſmo, monaſterium Sublacenſe, quo tempore Pius II. illudinviſit, congregationi noſtræ minimè adhuc unitum fuiſſe; quæ utique unio anno 1516. ſub Leone X., quinquaginta nimirum annos, vel circiter poſt Pii Sublacum adventum, celebrata eſt; qua de cauſa Pii laudes in hoc catalogo, ſecundum rationem temporum, locum habere haudquaquam poſſunt; Quia tamen Sublacenſe monaſterium, ex quo tamquam *de petrâ exciſi ſumus, & de cavernâ Laci, unde præciſi ſumus*, omnium noſtri ordinis congregationum rivuli, imò ſapientiæ, & ſanctitatis flumina emanarunt, hoc præ cæteris omnibus peculiare habet, ut ſanctiſsimi Patriarchæ de mundo, Dœmone, deque carnis illecebris triumphantis prima ſedes, ac veluti virtutis Capitolium, & gloriæ theatrum fuerit, quam ob rem jure, ac merito *Protomonaſterii* titulo decoratur, ubi hactenus victoriæ illius trophæa, ſpinæ videlicet vetuſtiſsimæ, Divi Franciſci manu longo poſt tempore, roſis inſertæ, non ſine admiratione, & lacrymis conſpiciuntur, qua de re antiqui verſus.

Iſai. cap. 51.

Annis nimirùm 700.

Hinc dumeta novat, tanto perfuſa liquore,
Franciſcique manu culta tulere roſas, quos ego Italicè ſic reddidi.
Le ſpine in roſe di quel ſangue aſperſe
Di Franceſco la man poſcia converſe.

Haud abs re videri poterit, nec pio, eruditoque lectori ingratum, hic etiam oſtendere, quanta fuerit beatiſsimi parentis ſpiritus amplitudo (*omnium enim juſtorum*, Gregorio M. teſte, *ſpiritu plenus fuit*) qui ad ea uſque tempora in filiis ſuis, noſtræ poſtmodum congregationi permixtis, vividus adeò, ac fervens perſeveravit, & ad unionem cum noſtra congregatione viam aperuit.

Dial. l. 2. 1.

Hæc autem generatim de monachis noſtris in tribus hiſce monaſteriis tam ſanctè olim viventibus, ut à laudatis ſcriptoribus narrantur, hîc referre ad aliorum etiam exemplum operæ pretium duxi; nam quamvis de ſingulis eorumdem, aliorumque monaſteriorum alumnis ſanctitatis fama claris, quidquid ſcire potuimus, in medium jam attulerimus, & de reliquis, qui in ordine ſuperſunt, Deo dante, allaturi ſimus; quia tamen haud difficulter fieri potuit, ut plures alii Dei famuli, qui in noſtra congregatione, præſertim verò in præfatis monaſteriis vixerunt, me, alioſque ſcriptores fugerunt, in publicæ cognitionis lucem, præſtituto à divina ſapientia tempore, aliquando emerſuri; ideò eos hac ſaltem communi laude, & indiviſa gloria minimè interim fraudandos putavi.

B. NI-

N

N I.

B. NICOLAUS ortum habuit in Pruſia ampla ad Balthicum mare provincia: natalem urbem nemo, qui res ejus geſtas literis conſignavit, poſteris prodidit. Parentes ſatis honeſti, ac divites, itemque catholici, atque admodum pii filium in Dei timore educarunt. Qui cum adoleviſſet, iiſdem, ac patria relictis, devotionis cauſa Romam iter inſtituit, ſancta ejus loca ritè veneraturus, ſed divino conſilio Patavium delatus, ibidem ſubſtitit: Nam cum ad D. Juſtinæ monaſterium divertiſſet, Ludovici Barbo, ſociorumque ſanctimonia permotus, & cæleſti prorſus converſatione allectus, inter eos admitti enixis precibus poſtulavit, quo impetrato anno 1414. die 6. Januarii, tanto ſpiritus fervore ſanctæ regulæ accuratè obſervandæ, & virtutum omnium exercitationi ſe dedit, ut qui cæterorum antea curſum ad perfectionem admirabatur, reliquos omnes veluti gigas, citatis greſſibus jam anteiret, cunctiſque ipſe admirationi eſſet.

Itaque initio ſuæ converſionis id aſſequutus eſt, quod alii longo poſt tempore vix merentur, ut ſtupendis, ſuperniſque viſionibus, & apparitionibus illuſtraretur: orationem frequentiſſimam lacrymis comitabatur irriguis. Silentium, ſolitudo, humilitas, obedientia illi in deliciis erant. Chriſti Domini Paſſionem magno cordis jubilo contemplabatur, ex qua meditatione plurimum in Dei amore proficiebat. Cum ſacrario inſerviret, quadam die poſt ſolemnem Miſſam ad aram maximam, de more, velo cooperiendam accedens, apparuit ei Salvator noſter in ea plane ſpecie, qua in terris cum diſcipulis converſabatur, iiſdemque verbis, quibus Apoſtolos vocaverat, ei dixit, *ſequere me*, ex qua voce, & viſione totus in Deum abſortus, flexis genibus immobilis diù permanſit in extaſim raptus; iterumque poſt ſex menſes dum Venetiis Miſſam celebraret, vidit ſub ſacris ſpeciebus eumdem mundi Redemptorem in eadem forma, qua ſibi priùs apparuerat; imò ſæpe ſæpius dum ſacroſanto Sacrificio intereſſet, poſtquam ſacerdos conſecrationis verba protulerat, Dominum Jeſum ſub pulcherrimi infantis ſpecie videre meruit. Quas viſiones toto vitæ ſuæ tempore nulli umquam patefecit, cum *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſſe* vir ſanctus optime noſſet, ſed tantum morti jam proximus uni ex ſuis diſcipulis Juliano Genuenſi, ejus vitæ poſtea ſcriptori, quem inter alios diſcipulos arctius amabat, manifeſtavit, ad Dei videlicet gloriam, cujus *magnalia revelare, & confiteri honorificum* eſſe cognoſcebat, ipſe jam à ſuperbiæ, & inanis gloriæ tentatione ſecurus, obteſtans eum nihilominus, ne ante ſuum è vita diſceſſum ea cuiquam narraret, addens ſe innumeris aliis viſionibus tota vita à Deo dignatum fuiſſe, quas ne elationis ſpiritus ei ſubreperet, ſemper reticuerit, ſed nec tunc quidem præ languore, & virium, ac loquelæ deficientium impotentia ſingillatim enunciare ullo modo quiret; quod ſanè, quamvis nobis admodum dolendum ſit, ea ſcilicet magno noſtro detrimento ſilentio adhuc involui; inde tamen cognoſcimus, Nicolaum mortali adhuc carne circumdatum eam beatitudinem aſſequutum, de qua Dominus in evangelio loquitur, *Beati mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt*. II.

Tob. 12. c. 6.

Ibidem.

Matth. 5.

Poſtea petente magno Dei ſervo Theophilo Michaelio (de quo paulo poſt) qui eum ob eximiam ſanctimoniam ſummopere diligebat, abbate S. Benedicti de Padolirone, eò perrexit, ibique annis quatuor commoratus eſt. Miſſus deinde Genuam, in monaſterio *S. Nicolai de Buſchetto*, quod ab ea urbe ali- III.

N 2 quot

N quot paſſuum millibus diſtat, annis quatuor ſupra triginta perſeveravit, pluribus miraculorum prodigiis in dies refulgens. Inter ea celeberrimum illud fuit, quo adoleſcentem in deſperationis abyſſum penè prolapſum, qui ad vitandam temporalem mortem, ad quam ob patratum facinus damnatus fuerat abnegata Chriſti fide, & ejurato Baptiſmo, animam humani generis hoſti in perpetuum deſponderat, Deo reconciliavit, & à Dœmonis tyrannide penitus eripuit, & inter ſuos diſcipulos, & quidem bonæ frugi recepit, nam plures poſtea annos admodum religioſè vixit, & piè defunctus eſt.

IV. Fuit enim Nicolaus tyronum ibidem magiſter, diſcipuloſque non paucos inſigni morum ſanctitate informavit; quorum unus Franciſcus à Novis Ligur ejuſdem cœnobii S. Nicolai alumnus tantæ fuit virtutis, ſilentii, humilitatis, ac mundanarum rerum contemptus, ut cum quodam die monachi ad manuale opus, ut regula præcipit, conveniſſent, (erat autem eo die opus ſutorium) Cap. 48. & ingens hominum ſtrepitus in prato cœnobio contiguo repente exortus eſſet omneſque alii ad feneſtram, quæ illuc reſpicit, concurriſſent, ut quidnam eſſet, oculis intuerentur, iſte ſolus, Franciſcus nempè immotus ad opus ſuum remanſit, nec palpebras quidem ad videndum attollens, nec vocem aliquam ad rem inveſtigandam proferens, quod ſane beato ipſi Nicolao admirationi fuit, ſed revera in ejus etiam laudem cedit, nam *gloria patris eſt filius ſapiens*.

V. Illud quoque valde mirabile de eodem Franciſco à Novis retulit laudato Juliano B. Nicolaus; quòd cum graſſante Genuæ, & in circumjectis locis ſæva peſtilentiâ, è vivis ſublatus eſſet; poſtridie cum ei funebre officium perſolvendum immineret, repente redivivus ſurrexit, dixitque, ſe poſt animæ à corpore egreſſum, ad Chriſti tribunal deductum, graviter ab eo fuiſſe increpitum, quia dum viveret, de Romani Pontificis vicarii ſui, & Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſoris in concedendis indulgentiis authoritate (quamvis ex ignorantia potius, quam ex malitiâ) aliquantulum dubitaſſet, rediret proinde ad vitam, & hunc reatum confeſſus, plenariam indulgentiam reciperet, ut abque ullo impedimento cælos ingredi mereretur, quo peracto, iterum in Domino quievit; ex quo intelligimus, & de ſummi Pontificis hac etiam in re cælitus ei collatâ poteſtate nefas eſſe, vel minimum, dubitare, & quam diſtrictum futurum ſit Dei judicium, in quo leviſſima quæque errata tanti ponderis apparebunt; quam denique eximia Franciſci de Novis fuerit ſanctitas, qui ulla alia peccati labe detentus fuit, quin illicò poſt obitum claram, beataque Dei viſione frui poſſet. In veteri reg. ſic de eo dicitur *vir valde devotus quievit Buſchetti peſte percuſſus*; *fuerat diſcipulus B. viri D. Nicolai de Pruſſia*. Sed ad alia Nicolai prodigia redeamus.

IV. Monachum energumenum à Dœmonis infeſtatione, quâ illum præcipitem agere tentabat, angeli tutelaris ope, expulſo nequam ſpiritu, incolumem reddidit: Accenſum ignem in nemore ſigno crucis extinxit: Cordium ſecreta penetravit, & futura prædixit, carceribus detentum, & in mortis diſcrimen adductum liberavit. Nec ægris tantum corporibus ſalutem, ſed multo etiam magis languidis animis medelam afferebat; Prudentiæ enim, compaſſionis, & charitatis, præſertim in hoſpites, & peregrinos ſpiritu plenus, ſingulari gratia afflictos conſolabatur, cum infirmis infirmabatur, flebat cum flentibus, gaudebat cum gaudentibus omnibus omnia factus, ut omnes Chriſto lucrifaceret; & quamvis eo tempore cœnobium illud tenui admodum cenſû frueretur, nihil tamen deerat timentibus Deum. Cum interim ipſe ſacræ paginæ, quam fere totam memoriæ commendaverat, ſanctorum Patrum, & alio-

aliorum piorum voluminum lectioni affiduè incumbens, ex eorum meditatione veluti ex fornace divini amoris ignem corde conciperet, & ignitos de Deo ſermones, tamquam fulgura ex ore emitteret, illud ſubinde repetens, monachum devotum, atque ferventem omnia tum proſpera, tum adverſa æquanimiter tolerare, & cum Pſalmographo jugiter dicere, *paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo, & pſalmum, dicam.* N

VII. Quam animi conſtantiam in Nicolao antiquus ille hoſtis iniquiſſimè ferens, magnoque percitus furore, quod ſæpius ſibi animarum prædam è faucibus eripuiſſet, multipliciter ei inſultare non deſtitit, præſertim cum ex monaſterii exhedra (*capitulum dicimus*) violenter abreptum in dormitorium tranſtulit, ut ex eo præcipitem daret; ſed tunc quoque ſancti Angeli præſto fuerunt auxilium illi ferentes, & præſentiâ ſuâ Dœmones repellentes; quâ etiam in re bonus iſte Chriſti diſcipulus magiſtro ſuo ſimilis effectus eſt, ad quem, poſtquam aſſumptus à Diabolo fuiſſet in S. civitatem, & ſtatutus ſupra pinnaculum templi, ductuſque in montem excelſum valde, illo jam recedente, *ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.*

VIII. Cum itaque Nicolaus in virum plane angelicum evaſiſſet, onus illi angelicis quamvis humeris formidandum (regimen animarum) impoſitum fuit nam *Matth. c. 4. 6.* anno 1430. creatus fuit prior ejuſdem monaſterii S. Nicolai de Buſchetto admodum quidem invitus, quo munere aliquot annos invitus pariter ſummâ tamen vigilantiâ, & diſcretione functus eſt, monachos non minus exemplo, quam verbo ad perfectionem adducens, indignum tamen ſe ad regendas animas reputans, & ne divinæ contemplationis dulcedo per aliena negotia ſibi intercluderetur, vehementer timens; Quamobrem cum ſummoperè optaret eo ſe munere abſolvi, multiſque precibus à noſtris Prælatis id peteret, nec obtineret, illud tandem à Deo B. Urſulæ, ſociarumque interventu, quibus mille Dominicas orationes, totidemque ſalutationes angelicas undecies recitatas, in eum finem obtulerat, mirabiliter impetravit. Nam cum patres in majoribus comitiis Florentiæ celebratis hanc ei provinciam prorogare ſtatuiſſent, ſubitâ mutatione, internoque impulſu adacti, alium elegerunt, & Nicolaum ab eo officio tandem quieſcere permiſerunt.

XI. Dilectæ itaque Rachelis conſortio, id eſt ſacræ meditationis, & orationis ſuavitate, annis ferme quindecim poſt prioratus dimiſſionem gaviſus eſt, quo temporis ſpatio, ab omni jam curâ liber, majori adhuc diligentiâ ſeſe ad Agni nuptias, (ſcilicet ad mortem ſubeundam), diſponens, ejus amplexibus æternùm fruiturus, hinc emigravit an. 1456. die 23. Febr. quæ fuit feria 3. ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſeptimo, Federico III. Imperante Calliſti Papæ III. anno 2. cum obitum ſuum diſcipulis ante prædixiſſet, ut quem corporeis oculis ſibi apparentem in terris viderat, cerneret jam in ſua majeſtate regnantem. Morientis ſuprema verba hæc fuerunt, *Diem hominis non deſideravi tu ſcis*; id eſt, nihil in mortali vitâ jucundum, aut delectabile, quod carnem demulceret poſſet, quia nimirum mundus illi crucifixus fuerat, & ille mundo; ſepultus fuit diſcipulorum manibus in ejuſdem ſancti Nicolai eccleſiâ, è cujus ſepulchro per aliquod tempus ſuaviſſimus odor efflavit, quare Genuenſium nobilium operâ, corpus in marmoreum tumulum translatum fuit, ad quem Dæmones, qui adhuc Nicolai nomen perhorreſcunt, ab obſeſſis corporibus hodieque aufugiunt. Innumeris præterea miraculis ejus ſanctitatem Deus comprobavit; nam ipſius meritis cæco lumen, muto loquelam, inſano mentem, hydropico naturalis caloris vim, emorroiſſæ ſanguinis conſuetum per venas curſum reſtituit, pluresque alios infirmos vel ejus veſtium ſolo tactu ſanavit; aliaque prodigia edidit. Ejus

Digitized by Google

N

X. Ejus vitam duo monachi illius olim diſcipuli, iidemque poſtea S. Nicolai de Buſchetto abbates, litteris conſignarunt, D. ſcilicet Julianus Vernatia, & D. Gabriel Garbarinus, utrique Genuenſes, qui eam *religioſo*, *devotiſſimo*, *ac venerabiliſſimo Dei ſervo* (ita enim eum appellant) *D. Placido Veronenſi S. Nazarii de Verona* tunc abbati nuncupaverunt, & Maurus Orbini monachus Raguſinus, cujus vitæ exemplaria mss. paſſim in noſtris monaſteriis reperiuntur, & ſunt etiam apud me; ſed nuper cl. Bernardus Pez monachus Mellicenſis in Auſtria, & bibliothecarius typis tradendam eam vitam curavit Auguſtæ Windelicorum apud Weithios, in ſuis anecdotis. Extat etiam ejuſdem vitæ compendium ms. Romæ in bibl. Romanæ Sapientiæ inter acta mss. ſanctorum per Conſtantinum Cajetanum collecta. tom. 2. qui complectitur menſes Januarii, & Februarii; ubi etiam ſunt penè innumerabiles aliæ ejuſdem Cajetani lucubrationes: hujus pariter vitæ Synopſim texuit Jacobina Bovetta de Blemur monialis Benedictina SS. Trinitatis Cadomenſis, Gallicè, *in anno Benedictino* tom. 2. menſe Feb. ad diem 23. in Italicum ſermonem tranſlato, & impreſſo Venetiis an. 1727. pag. 442., & ſeqq.

Caen in Normannia.

XI. De eo etiam Arnoldus Wion in *Martyrologio Benedictino* ad diem 23 Febr. Petrus Ricordatus *hiſt. monaſt.* dial. 4. pag. 573. & ſeq. Gabriel Bucellinus in *Benedicto Redivivo*. Jacobus Cavaccius *hiſt.* S. Juſtin. l. 5. pag. 152. uſque ad libri finem, ubi eum, peditem devotionis gratiâ, Romam iviſſe, & SS. Apoſtolorum veſtigia, martyrum trophæa, & ruinas etiam Romanæ magnitudinis luſtraſſe affirmat. Inde Piſas adiiſſe, ut Martinum V. Pont. Max. eò paulò ante profectum veneraretur, ubi cum accepiſſet, refloreſcere tunc Patavii inſtitutum S. Benedicti operâ Ludovici Barbo, & maximam eorum monachorum ſanctitatis famam vigere, eò animum intendiſſe &c.

P

P PAULUS ROCCA apud cœnobium S. Hieronymi de Sylvaria, quindecim millia paſſuum à Genuâ diſtante in Riparia orientatali, monaſticam vitam profeſſus eſt an. 1422. die 15. Auguſti, dequo noſtra regeſta pag. 149. in margine dicunt, *obiiſſe Placentiæ, ac fuiſſe magnæ ſanctitatis virum, & virginem*, in quodam verò alio regeſto, quod incipit ab anno 1409. & pervenit ad ann. 1507. additur, hunc eumdem Paulum fuiſſe abbatem Placentiæ, & dum ea dignitate fungeretur, ibidem extremum diem clauſiſſe, qui fuit 26. Sept. ſed annus obitus hic non indicatur. Crediderim autem hunc quoque B. Nicolai Pruteni, de quo modo diſſeruimus, qui per id temporis in alio noſtri ordinis cœnobio Genuæ propinquo ſanctitatis jubar longè, lateque diffundebat, aut diſcipulum inter tyrones, aut ſectatorem è Silvarienſi cœnobio aliquandiù fuiſſe, ab eoque virtutum omnium præcepta, & exempla accepiſſe, quæ tam egregiè, ac fideliter jugiter ſit imitatus, illâ pſalmographi adimpletâ ſententiâ, *cum ſancto ſanctus eris, & cum innocente innocens eris*.

I. PAULUS STRATA patria Ticinenſis, amicus intimus, & condiſcipulus in Patavino Licæo ſupralaudati Mauri Fulperti conterranei ſui, dum in templo D. Juſtinæ ſacris majoris hebdommadæ officiis, quibus redemptionis noſtræ myſteria recoluntur, frequens adeſſet, repentino divini ſpiritus afflatu, mundi contemptum, & evangelicæ perfectionis votum corde concipiens, ad Ludovicum Barbo tunc ibidem abbatem feſtinus convolans, ſummis precibus, ut monaſticis inſtitutis initiaretur, ab eo poſtulavit; & quamvis abbas, qui cætero-

Digitized by Google

teroquin nihil antiquiùs habebat, quam novellæ plantationi in vinea Domini Dei Sabaoth, quæ exterminatoris culpâ diù fuerat in direptionem, & conculcationem, initium aliquod dare, attamen ad probandum, an ea eſſet mutatio dexteræ excelſi, non ſemel conſenſum diſſimularet; Paulus nihilominus ex repulsâ avidior factus, ut ignis ex modicæ aquæ injectu magis acuitur, vehementer adeò poſtulata iteravit, ut in ipſo Paſchali feſto monachi habitu indutus apparuerit, anno 1410. die 15. Auguſti, quem totâ deinceps vitâ dignè adeò, tantoque virtutum omnium ornatu geſtavit, ut abbas ſanctiſſimus evaſerit, & haud ſemel congregationem univerſam ſupremâ præſidis dignitate egregiè ſit moderatus. P

II. Fuit igitur Paulus primus congregationis noſtræ monachus, qui Ludovici Barbo nutantem, ac pene collabentem, de reſtituendâ in D. Juſtinæ cœnobio regulari obſervantiâ præconceptam jam diù ſpem, inſperatò erexit, & ſuſtentavit; nam cum annus, & ſemis à ſuſcepto Juſtiniani cœnobii regimine jam effluxiſſet, nec ullum adhuc prædictionis, per Marcum presbyterum ſibi factæ, principium videretur, & Ludovicus animum jam fere deſpondens, de cœnobio relinquendo, deque ſolitariâ extra urbem vitâ capeſſendâ conſilium corde agitaret, Paulus ſubito adventu ſuo timorem ei omnem, & dubitationem ademit, & ad opus adeò inſigne ſtrenuè proſequendum opportunè obfirmavit, quo præterea inſigni facinore Paulus, juxta cognominis ſui vim, & ethymon, aliis quoque, ac in primis laudato Mauro Fulperto ad religionem noſtram veniendi tutam, latamque viam illicò aperuit.

III. Cum enim Maurus ægrè admodum ferens Paulum ſodalem ſuum aſperum illud vitæ genus inconſultò, ut ipſe quidem arbitrabatur, delegiſſe, nullum non lapidem movit, ut eum ab hoc propoſito revocaret: Sed contra accidit; nam à Paulo pro monaſticæ vitæ præſtantiâ allatæ rationes, altè adeò Mauri animum penetrarunt, ut illum quantumvis repugnantem, ad ipſam, quam oppugnabat religionem ampleċtendam, in funiculis Adam, & in vinculis charitatis ſtatim attraxerint; quorum exemplo, Pauli ſcilicet, & Mauri, tot alii ſubindè permoti ſunt, ut jam iis recipiendis cœnobii cellulæ haud ſatis eſſent. Veneremur ergo Paulum, & commendemus omnes oportet, quotquot ſanctiſſimæ huic congregationi, Deo authore, nomen dedimus, non ſolum ob ſingularem, quâ fulſit, morum ſanctimoniam, ſed etiam tamquam noſtrum omnium primogenitum fratrem, & totius congregationis poſt Barbum felix primordium, ac nobile fundamentum.

Ex Arnoldo Wione in ligno vitæ, ubi de præſidentibus, & ex Jacobo Cavaccio hiſt. ſanctæ Juſtinæ lib. V. pag. 205.

FR. PHILIPPUS à monte Caveoſo, in cœnobio Caſinenſi converſus, ſeu, ut nos dicimus, commiſſus, à Felice Egger monacho Petruſiano, in idea ord. Hierarch.-Bened. libello II. par. 3. diſſ. 3. pag. 430. celebratur tamquam divinarum rerum contemplationibus deditiſſimus, præſertim Dominicæ Paſſionis myſterio corde, ac mente ita affixus, ut nonnumquam à ſenſibus alienatus, & in Deum omninò raptus ſit viſus: Erga beatiſſimam quoque Virginem Deiparentem tantæ religionis, & fiduciæ fuiſſe perhibetur, ut eum aliquandò ad illius Lauretanas ædes devotionis gratiâ accedentem, ingruentes undique pluviæ intactum prorſus reliquerint. A corporis denique compage abſolutus dicitur anno 1554., & in cælum comitantibus angelis delatus.

PLACIDUS de Leonibus ex loco Æruriæ propè Florentiam *Bucine* dicto, S. Mariæ in eadem urbe Florentiâ alumnus evaſit anno 1563. die 5. Decembris. De eo, ut refert Placidus Puccinellus in chronico abbatiæ Florentinæ pag. 147. ſic

P ſic reperitur ſcriptum , *vir vitæ innocentiſſimæ* ; nam ſingulari virtutum exemplo vixit , & piiſſimè obiit ; in oppido *Bugiano* appellato (ubi parvum cœnobium abbatiæ Florentiæ adnexum extat) anno 1595. , ejuſque corpus magno honore Florentiam delatum in eadem abbatia tumulatum fuit .

R

R 1. B. ROLANDUS CASALIS honeſto genere Patavii prodiit , & in D. Juſtinæ cœnobio , ubi parvæ admodum Cluniacenſium reliquiæ adhuc ſupererant , divinâ providentiâ ducente, unâ cum Antonio germano ſuo D. Benedicti regulam profeſſus eſt , unde cum poſtea , tum hi duo , tum alius , cujus nomen deſideratur , à card. Corrario Gregorii XII. fratris filio archiepiſcopo Bononienſi , & D. Juſtinæ commendatario , immiſſis Olivetanis monachis , extruſi eſſent , apud cives , & magiſtratum Patavinum acriter vicem ſuam conqueſti ſunt ; illud addentes , paratiſſimos ſeſe ad monaſticam diſciplinam juxta veterem formam , proprio præeunte exemplo , reſtaurandam , dummodo id eis liberum foret , & abbas quis deputaretur , ſtrictioris obſervantiæ una cum ipſis exactor , & exequutor ; quæ utique cauſa fuit , & monaſterii illius priſtino decori , & ſanctimoniæ reſtituendi , & noſtræ hujuſce congregationis fundamenta jaciendi .

II. Nam Patavini , rem minimè negligendam rati , eam ad Venetum ſenatum , iſque ad ſummum Pontificem Arimini tunc manentem properè detulerunt , qui ſuperno Inſtinctu , ejuſdemque cardinalis Bononienſis ſuaſu , Ludovicum Barbo concanonicum olim ſuum D. Juſtinæ abbatem conſtituit , ex quo ea commoda , iſque fructus , qui tum in noſtra bibliotheca , tum in hiſce catalogis deſcribuntur , ubertim emanarunt .

III. Rolandus itaque , cum ſociis , obtento tanto præſule , in monaſterium ſuum poſtliminio reverſus , promiſſiſque ſtare volens , Ludovici juſſu , & exemplo , quidquid antea ad peculiarem uſum habuerat , in commune collato abſolutiſſimæ S. regulæ obſervantiæ , quoad deinceps vixit , ſummo ſemper ſtudio vacavit , & pro inſtituenda congregatione cum eodem Barbo ſtrenuam operam impendit . Denique dum parvo cœnobio S. Salvatoris apud Montemſilicem , quod D. Juſtinæ monaſterio unitum eſt , præeſſet , ad æternitatis bravium in cæleſti curia aſſequendum ex hac vita migravit anno 1449. cujus corpus Patavium allatum , in veteri clauſtro tumulatum fuit . Eum haud immerito Bernardinus Scardeonius *Beatis* adſcribit , & præclaro encomio proſequitur „ quod „ in maxima licentia , ſolus ferè monachalem honeſtatem retinuit , & ſancto- „ rum Dei reliquias , & templum difficillimis temporibus apprimè curave- „ rit „ Ex eodem Scardeonio de antiquitate urbis Paduæ l. 2. claſſe *6.* pag. 111. , & Jacobò Cavaccio hiſt. S. Juſt. l. 5. pag. 220. 224. , & 226. ſecundæ editionis Patavinæ anni *1696.*

THEO.

T

T

THEOPHILUS MICHAELIA, patritia familia, Venetiis ortus, adhuc in ſæculo degens, vir erat modeſtus, & probus, & quamvis aliquantulum mundi pompis, & elegantiis deditus, nam divitiis affatim abundabat, quas cœnobium S. Georgii Majoris ab eo in commendam obtentum haud parum augebat, pietatem nihilominus, & devotionem magnopere ſectabatur; quippequi eccleſias, & ſancta loca frequenter viſitabat; quod dum faceret in templo S. Juſtinæ, ubi tunc monachi mirabili ſanctitate florebant, intuens quoſdam ex ipſis propriis manibus pavimentum verrentes, alios extenſis brachiis ante altaria prolixius orantes, ea re compunctus, & in lacrymas effuſus, in virum alterum ſeſe illico mutatum ſenſit, & ad amplectendum tam laudabile, ſanctumque vitæ genus omninò propenſum. I.

Nec mora; ad abbatem pergens, (erat tunc toties laudatus Ludovicus Barbo) ut ſe inter ſuos monachos admitteret humiliter petiit, obtinuitque, anno 1414. die 17. Januarii: quod tamen minimè ſatis habens, mores ſcilicet ſuos ad ſanctæ regulæ præſcriptum compoſuiſſe, jam Dei zelo æſtuans, cœnobium etiam S. Georgii, cujus erat commendatarius, ad optimam frugem redigere percupiens, ab eodem Ludovico monachos aliquot obſervantiſſimos impetravit, quibuſcum Venetias regreſſus, opus adeò laudabile verbo, & exemplo perfecit. Vixit autem in noſtra congregatione ea virtutis fama, ut cum magnum monaſterium S. Benedicti de Padolyrone in agro Mantuano, opera Guidonis Gonzagæ abbatis commendatarii, æterna laude, & memoria digni, congregationi S. Juſtinæ unitum eſſet, ipſe primus omnium ejuſdem cœnobii prior, abbatis tamen authoritate, fuerit electus, nam abbas vocari, Guidone vivente, haudquaquam poterat, quod tamen neutiquam obſtitit, quin prudentiæ, & ſanctitatis opinione ubique notus, ac celebris, totius congregationis jam conſtitutæ ſecundus poſt Barbum præſidens crearetur anno 1425. iterumque anno 1427. poſt eumdem, ac denique tertiò anno 1430. ſupremum magiſtratum teneret. II.

Delectatus autem fuit plurimum pia B. Nicolai de Pruſſia conſuetudine, eique arcta familiaritate conjunctus, & cujus ſanctitatem admirabatur, ejus virtutes æmulari ſtudebat, quem propterea ex monaſterio S. Juſtinæ, ad cœnobium Mantuanum transferendum curavit, ibidemque quadriennio detinuit: Ut autem reſtituta Venetiis ſua opera in S. Georgio regularis obſervantia felicius procederet, ac firmiùs, & diutiùs perſeveraret, Romam profectus eſt, ut ab Apoſtolica Sede facultatem impetraret, monaſterium illud congregationi noſtræ perpetuo uniendi, quo obtento, dum ad propria rediret, Peruſii in lethalem morbum incidit, & in conventu FFr. Prædicatorum (nondum enim monaſterium S. Petri ejuſdem civitatis noſtræ congregationi adnexum fuerat) animam creatori ſuo devotiſſimè reddidit anno 1431. cunctis, qui aderant, pretioſæ ejus mortis admiratione commotis. De quo illud teſtatus eſt, qui ejus confeſſiones excepit, illibatam virginitatem ad obitum uſque eum ſervaſſe. III.

Ex vita ſupra laudati B. Nicolai Pruteni à Juliano Vernatia, & Gabriele Garbarino ejus diſcipulis conſcripta cap. 3. quæ ms. in noſtris monaſteriis paſſim invenitur, alibique, & nuperrime impreſſa fuit Auguſtæ Vindelicor: apud Weithios opera cl. Bernardi Pezii monachi, & bibliothecarii Mellicenſis: Et ex noſtris antiquis regeſtis, in quorum uno ſcripto anno 1507. ſic de eo habetur IV. *Mellic.*

T betur 1414. Paduæ die 17. Januarii. D. Theophilus de Venetiis. „ Hic venerabilis pater fuit de domo nobili Michaelia, ſed virtute, & religioſitate nobilior; obiit prior ſancti Benedicti de Padolyrone 1431. plenus ſanctitate: fuitque cum ſupradicto B. Nicolao inſolubili charitate conjunctus, cum quo nunc in patria beata Dei viſione fruitur. De eo etiam in noſtra bibliotheca.

I. THEOPHILUS à Mediolano, in ſæculo *Galeottus de Beaquis* celeberrimus J. U. D. monachus factus eſt in cœnobio S. Benedicti Mantuani anno 1452. die 30. Januarii, qui antequam ſolemnem profeſſionem emitteret, legavit eidem monaſterio libros omnes à ſe antea poſſeſſos, tam qui in eodem monaſterio tunc reperiebantur, quam qui Ferrariæ apud *D. Ladriſium de Cribellis* Mediolanenſem, & J. U. D. Anno autem 1459. effectus jam abbas præfati monaſterii Mantuani, recepit à *D. Guidone de Gonzaga* abbate commendatario (qui, ut opinor, tandem conſenſerat, ut ſuperior ejuſdem cœnobii abbas vocaretur) ducatos aureos 560. ad novum dormitorium, & valetudinarium conſtruendum, eodemque anno, menſe Octobri hoſpitem ibidem excipere meruit ſanctiſſimum Pontificem Pium II., qui eò venerat, Mantuanum concilium celebraturus, cujus inſignis adhuc extat memoria prope minorem eccleſiæ januam, affixa parieti marmorea Pii ſtatua cingulo tenus, ſubjectaque inſcriptione.

Ubi commiſſorum ſepulchra.

Hos quondam ſacras viſendas venit ad ædes,
Papa Pius, ternos manſit, & ille dies.

II. Anno 1460., & ſequenti, cum ei, Deo authore, feliciter cuncta procederent, empta domo in civitate, variiſque in agro prædiolis, cœnobii rem ubique adauxit; anno autem 1462. fuit abbas S. Georgii majoris Venetiarum, & totius congregationis præſes, quæ dignitas iterum ei delata fuit an. 1465. dum adhuc eſſet abbas ejuſdem S. Georgii, & tertiò demum anno 1469., cum Mantuano cœnobio iteratò præeſſet; ut ex catalogo præſidum noſtræ congr. & ex regeſto veteri profeſſorum, aliiſque monumentis S. Benedicti de Mantua in tabulario exiſtentibus, & ex Arnoldo Wione lign. vit. lib. 5. c. 7. In quibuſdam autem regeſtis recentioribus omnium noſtrorum monachorum pag. 32. & 33. à tergo in margine de eo dicitur, *J. U. D. obiit abbas S. Georgii ter præſes, & ſanctus*, quod ſanè, monaſterio etiam S. Georgii ſecunda vice eum præfuiſſe demonſtrat, ubi diem extremum clauſit.

III. At de ejus ſanctitate vereor, ne in hiſce regeſtis laboretur æquivoco inter Theophilum Michaelium, de quo paulò ante, inſigni ſanctitate conſpicuum, S. Benedicti Mantuani annis pluribus præſulem, & totius cong. tribus vicibus moderatorem, & hunc ipſum Theophilum Beaquium, qui longo poſt tempore pari dignitatis loco, & numero fulſit; de quo D. Jacobus Aſtenſis in libro *Authoritatum &c.*, his verbis loquitur „ Erat autem tunc temporis abbas ſupradicti monaſterii *religioſiſſimus* pater D. Theophilus de Mediolano, qui anno 1459. de menſe Octobris, hoſpitem recepit ſanctiſſimum Pontificem Pium II.„ nec alia monumenta ejuſdem monaſterii à nobis ſupra laudata peculiare aliud de ejus ſanctitate indicant. Quod tamen ita dixerim, ut ne latum quidem unguem Theophili Beaquii ſanctitati, ſiquidem eam in eminenti gradu poſſederit, officere ullatenus velim, ſed dumtaxat æquivocationem omnem vitare cupio, donec clariùs, & tutiùs hac de re aliquid conſtet. Cæterum prioribus noſtræ congr. annis, omnes fere monachi, præcipuè verò abbates, qui eo potiſſimum nomine præficiebantur, ad ſanctitatis culmen totis viribus contendebant, ut pluribus in locis ſatis oſtendimus.

De eo L. I.

THO-

Digitized by Google

T

I.

THOMAS PRESTONUS, ſive Hudleſtonus nobili ſtirpe in Anglia genitus, Caſini in tutiſſima monaſticæ religionis arce conſedit anno *1591.* di *16.* Junii: Quoniam vero nationis ſuæ animas Deo lucrandi zelum minimè depoſuerat, obtenta in Angliam redeundi, cum ſocio itidem Anglo viro docto, & probo, facultate, annuente etiam, vel jubente Urbano VIII. Pont. Max. dum apoſtolicum miniſterium ſedulò adimplet, à refractariis, catholicæ veritatis oſoribus comprehenſus, tamquam læſæ majeſtatis reus capitis pœna damnatur; ſed quia unius mortis ſupplicium parum crudelitati videbatur, mortis ſententiam in perpetuam carceris cuſtodiam commutarunt; ut ſi diutinè ibi vixiſſet, adeò miſerè vivens, jugiter moreretur, & vita ab eo in dolore tranſacta, mors eſſet potius dicenda, quam vita.

II.

Baronius in notis. Martyrol. ad diem 23. Jan. narrat ex Nicephoro.l.7.c.14 Clementem Ancyranum Epiſcopum 28. an. continuis ob Chriſti fidem à Gentilibus vexationibus agitatum.

Vixit autem illa in ærumna, & ſquallore annis XXIV., vel eo amplius invicta prorſus conſtantia catholicæ fidei glorioſus athleta, ſingulis momentis de morte generosè triumphans; qua in re ſimilis quodammodo videri poteſt celeberrimo Chriſti martyri Clementi Ancyrano, qui ab Ethnicis non minus quadraginta annorum ſpatio quotidie quidem, ſed citra mortem cruciatus, non diu vivere permiſſus eſt, ſed tardè mori compulſus eſt. Longiſſimi ergo certaminis curſu ſtrenue conſumato, ad palmas, & coronas in cælo percipiendas, æternumque geſtandas tranſivit anno *1647.*

III.

Anno. 1685.

Ex Gabriele Bucellino in Bened. Rediv. ad ann. *1641.* Angelo de Nuce in notis ad chron. Caſ. Leon. Oſtien. lib. 4. c. 108. §. cc. num. marg. 2023. Julio Ambroſio Lucenti, ideſt D. Eraſmo Gattola, in Ital. ſacr. reſtr. aucta &c. ubi de epiſcopatu Caſinenſi pag. 1041. Vide noſtram bibliothecam L. T., & etiam noſtrum catalog. reformatorum lit. T. Ejus gentilis, & propinquus Joannes Hudleſtonus ordinis noſtri Carolo II. Angliæ regi morienti adſtitit, eumque catholicæ eccleſiæ reconciliatum per veræ fidei confeſſionem, quam à multo tempore corde tenebat, ſacroſan. Euchariſtiæ ſacramento refecit, qua de re vide Ignatium Hyacinthum Amat de Graveſon in tab. chron. tom. 9. pag. 219. quod etiam ex aliis documentis mihi compertiſſimum eſt.

I.

TIMOTHEUS CARMINATI patria Genuen. apud S. Nicolaum *de Buſchetto* aliquot millia paſſuum à Genua remotum, in numerum Dei familiarium per vota monaſtica admiſſus fuit ann. *1636.* die 24. Maji; ſed poſt nonnullos annos patriæ, reliquoque terrarum orbi valedicens, Caſinum commeavit, ibique quadraginta prorſus annorum ſpatio ad obitum uſque conſtantiſſime perſeveravit, ſplendidiſſimos ſanctimoniæ radios circumquaque diffundens; nam die noctuque divinæ pſalmodiæ indefeſſus intererat, omnibuſque aliis regularibus exercitiis impiger aderat. Cibi abſtinentiſſimus, ſatis parum ad matutinum prandium, ad cœnam vero ſerotinam fere nihil ſumebat. Dilectione in Deum, ac proximum fervens, Caſinen. noſocomii plures annos diligentiſſ. curam geſſit, & pauperes infirmos, non ſolum corporalibus ſubſidiis, ſed multo etiam magis ſpiritualibus auxiliis ad chriſtianam pietatem informabat. In pœnitentium confeſſionibus audiendis aſſiduus, in errantium culpis fortiter, & ſuaviter redarguendis admodum ſedulus, eos *in funiculis Adam, & in vinculis charitatis*, id eſt *in ſpiritu lenitatis* ad Deum trahebat: Erga Dominicam Paſſionem, ac beatiſſimam Virginem tenerrimo pietatis ſenſu afficiebatur: Quotidie placationis hoſtiam in ſacros. Sacrificio devotiſſime Deo offerebat, ne quidem in itinere conſtitutus illud omittens; ſingulari prærogativa animas ad perfectiorem vitam inſtituendi à Deo donatus, innumeros ſpirituales filios Jeſu Chriſto peperit, inter quos Franciſcum Criſpinum ſacerdotem virtute, ac probitate conſpicuum. Quamobrem ven. Franciſcus Mar-

 che-

T chesius congr. oratorii de urbe cunctis ſuis diſcipulis ad propriam cujuſque patriam in Caſinen. vicinia Romæ abeuntibus, hoc unum præ cæteris monitum dabat, ut ſeſe Timothei conſiliis humiliter ſubmitterent, eique in omnibus obtemperarent.

II. Et ſane quotquot ea in regione peculiariter Deo inſerviebant vel laici, vel eccleſiaſtici, ab eo dirigebantur, nec paucis explicari poteſt, qua in veneratione, virtutiſque opinione haberetur, non ſolum à monachis, & univerſo illius provinciæ populo, ſed etiam à pluribus inſignibus viris exteris, ac longiùs poſitis. Epiſcopi quoque Cajetani, & Aquinates, eum ſæpius accerſebant, ut monialium, aliarumque perſonarum animas ſua doctrina, ac pietate inſtrueret, ac ſolaretur, erat enim moralis theologiæ, ſacrorumque rituum peritiſſimus; affabili, hilarique vultu, & jucunda conſuetudine, ſed qui ſimul modeſtiam, & religioſam gravitatem oſtenderet. Tandem anno 1691. die 5. Martii ad bonorum operum palmam in cælis percipiendam per temporalem mortem a Domino vocatus fuit, magnâ omnium; qui aderant; ſingulari ædificatione, & veræ pietatis exemplo.

III. Jam verò de ejus ſanctimonia plura extant clariſſimorum virorum judicia. Nam Angelus de Nuce archiepiſcopus Roſſan. & olim abbas Caſin. ſub quo Timotheus aliquandiù Caſini vixit, tunc Romæ degens, audita ejus morte in quadam epiſtola eodem an. die Martii XVII. ſcripta ad cl. vir. D. Eraſmum Gattola, ſic de Timotheo loquitur. „ Mi è doluta la morte del P. D. Timoteo, „ eſſendo mancato à M. Caſino un vivo eſemplare di ogni criſtiana, è religio- „ ſa virtù; ne io laſcierò di far celebrare qualche ſacrificio per lui, ancorchè „ io abbia per certo, che da lui ſi goda la felicità eterna. „ Pompejus Sarnelli epiſcopus Vigilien. in Apulia parte 3. *Speculi* cleri ſæcularis, in qua continentur elogia presbyterorum ſanctitate illuſtr. impreſſ. Neapoli apud Antonium Bulifon an. 1679. in elogio D. Franciſci Criſpini fol. 349. de noſtro Timotheo ſic loquitur. „ Durò quindici giorni la ſua infermità, ed un giorno „ sì, ed un' altro nò ciboſſi del ſantiſſimo Corpo di Gesù Criſto per mano del „ P. D. Timoteo da Genova monaco Caſinenſe ſuo confeſſore, la cui virtù „ può argomentarſi dall' aver avuto ſuo ſpirituale figliuolo queſto ottimo ſacerdote, ed aſſeriſce; che ogni qual volta ſi communicava, prorompeva „ in tali atti di umiltà, ed amore, che commoveva i circoſtanti tutti à pian- „ gere. „ è nel fogl. 352. „ Il mentovato P. D. Timoteo monaco Caſinen- „ ſe religioſo di non ordinaria bontà, è dottrina, ſuo confeſſore, in riceve- „ re il ritratto, che aveva vivamente deſiderato di eſſo D. Franceſco, a chi „ glie lo inviò, così riſponde; Lo voglio tenere nel luogo più conſpicuo del- „ la noſtra cella, acciochè la ſua memoria mi ecciti à compunzione, ed „ emenda de' miei peccati, ed ad imitare le ſue rare virtù, come faceva col- „ la preſenza, quando veniva a ritrovarmi. „

Denique Hieronymus Andruzzi abbas titularis noſtræ congregationis in elogiis mſ. plurium monachorum, aſſervatis in tabulario Caſinenſi hæc de Timotheo ſcribit. „ Ecco la ſtella polare cinoſura felice di queſta noſtra terra, è cielo, „ alli di cui moti ſi aggirano degli altri tutti le volontà! maeſtro di ſagre ce- „ rimonie, è il P. D. Timoteo, quale più addottrina con la bontà della vi- „ ta. Chi con lui parla, s' infiamma di ſanti penſieri, ed altro non cerca, „ inſegnare, ſe non il vero modo di onorare il datore della vita. Nei chioſtri „ vive, ma con mente ſempre al cielo elevata, più di devote contemplazio- „ ni, che di cibo ſi paſce. Se qualche coſa raccorda, ed inſegna con tanta „ modeſtia, con ſi mite modo, che chiaro appariſce, non di altro ſpirito gui- „ dato,

Digitized by Google

205

„ dato, ſalvo che di carità ardente, di piacere à Dio, è giovare al proſſimo, „ muoverſi in ſimili occaſioni &c. „ T

Is autem D. Hieronymus Andruzzi patria Venetus S. M. de Pratalea prope Patavium alumnus ad prioris gradum evectus, quo abrenunciato, abbas titularis creatus fuit, ſed omnium pertæſus Caſinum commigravit circa an. *1673.* ibique XVII. annis, quoad vixit permanſit, regulari obſervantiæ die, noctuque aſſidue vacans, parvum hortulum manualis exercitationis cauſa ſucceſivis horis excolebat, ſed multo magis virtutum omnium fructus ad Dei laudem, & proximi exemplum edere ſumma vi ſatagebat. Quadam nocte dum ad matutinum officium, ut ei conſtans mos erat, pergeret, pede per ſcalam, qua ad nocturnum chorum itur, deficiente, graviter cecidit, fractaque dextri lateris coxendice, monachorum manibus ad cellam reductus fuit; Sed quamvis admodum ſenex, medicamentis appoſitis, mox ut convaluit, chori diurnam, nocturnamque frequentiam invictè repetiit, & ad obitum uſque continuavit, nam anno *1690.* die 18. Oct. feliciter e vivis excedens, in cælum, ut fas eſt credere, convolavit, æterna, beataque valetudine fruiturus. Utrumque, Timotheum ſcilicet, & Hieronymum ego admodum adoleſcens Caſini vidi, & eorum virtutes ſum admiratus, magnamque ſingularis probitatis opinionem, quam de ipſis omnes habebant, optime cognovi, ſed quæ nunc de illis, præſertim de primo narravi, ex relatione accepi cl. viri D. Eraſmi Gattola abbatis S. Matthæi ſervorum Dei, & tabularii Caſinenſis præfecti. *Progua.*

THOMAS EUSEBII à Reate in Sabinis monaſterii Farfenſis adſcriptus eſt alumnus an. *1662.* die 24. Aug. Sed circa an. *1676* Caſinum perrexit, ubi vitæ ſpirituali ſe penitus devovit; incæpitque à jejuniis multis, aliquot hebdomadæ dies aqua tantum, ac pane utens, reliquis verò parvo admodum cibo, nec umquam carnibus veſcens, nec tunc quidem, cum debilitatis, aut infirmitatis ergò, id regula permittit. Divinæ Pſalmodiæ die, noctuque aſſiduè aderat; imò poſt matutinam recitationem, nequaquam cubitum, ut plerique ſolent, redibat, ſed eccleſiæ altaria circumjens, antelucano tempore ad ſacrum peragendum ſeſe diligentiſſimè diſponebat, quod die illuceſcente religioſiſſime quotidie celebrabat. Mox ad mentalem orationem, quæ vix exorto ſole ab omnibus in choro habetur, rediens, primaque hora canonica perſoluta, minime adhuc ab eccleſia recedebat, ſed totum fere antemeridianum tempus orans, & alia ſacra audiens, ibidem tranſigebat. I. *Cap. 39.*

Ob eximiam erga infirmos tum monachos, tum etiam laicos charitatem ſive in temporalibus, ſive in ſpiritualibus neceſſitatibus, præfectus fuit annis pluribus Caſinenſi Noſocomio, quo tempore accidit res memoratu admodum digna. Ægrotavit ibidem ruſticus, qui morbo ingraveſcente ad extrema devenit, perceptiſque omnibus eccleſiæ ſacramentis, & animæ commendatione completa, agoniam ingreſſus eſt, in qua dies omnino octo perſeverans, nec moriebatur, nec mori poſſe videbatur, cunctis, ipſiſque medicis obſtupeſcentibus. At Thomas id quod erat ſuſpicatus, reticuiſſe eum ſcilicet datâ opera grave aliquod peccatum in ſacramentali confeſſione, nec ſe rectè ad mortem comparaſſe, non ceſſabat jugiter, omnique meliori, quo poterat modo eum hortari, ut ſi peccatum aliquod in confeſſione volens abſcondiſſet, id confiteri tanto animæ ſuæ periculo per erubeſcentiam non detrectaret; Tandem miſericors Deus, ut ruſticus rediret ad cor, & reatum ſuum ritè confiteretur, ſua gratia effecit; nec mora, poſt ſacerdotelem abſolutionem defunctus eſt. II.

Thomas deinde in graviſſimam ægritudinem incidit, ex qua mox ut convaluit, medicorum conſilio Caſinenſe cælum admodum tenue, ac rigidum craſſiori, & in-

T

& mitiori Farfenſis cœnobii commutavit; ibi ego illac tranſiens tunc eum vidi anno 1679. Tum ob vitæ meritum, tum ob apoſtolici pœnitentiarii munus Romæ anno 1675. in D. Pauli Baſilica geſtum, decanus creatus fuit; ſed an. 1687. eo honore ſeſe abdicavit, ut majoribus aditum clauderet, Deoque arctius, adhæreret, qua de cauſa an. 1685. Caſinum rediit, ubi unanimi abbatis D. Andreæ Adeodati *monachorumque omnium conſenſu inter Caſinenſes ſodales admiſſus fuit, & tyronum magiſter conſtitutus, eaque propter iterum decanus renunciatus: Quadriennio miniſterium hoc vigilantiſſimè adimplevit; jejunia, vigilias, reliquaſque obſervantias omnium primus exercens; Hac provincia perfunctus iterum decanatu voluit abſolvi, cum non ampliùs ſuſcepturus; Sed cum Caſinenſis aer ei plurimum obeſſet, denuò inde diſcedere coactus fuit; Perrexit igitur Mantuam ad M. D. Benedicti cœnobium, ubi pariter tyrones biennio rexit; Inde Mutinæ in S. Petri parochus fuit, quibus in cœnobiis, ſicut etiam S. Petri de Saviliano, & S. M. Cœſenatis, tum apud monachos, tum apud cives ob ſingularem pietatis opinionem, maxima fuit in veneratione. Tertio demum Caſinum remeavit an. 1705. ibidem quo dudum, imò ſeveriori adhuc vivendi generé ad obitum uſque manſurus, in laicorum ſcilicet confeſſionibus jugiter audiendis, in orationibus flexis genibus diutiùs protrahendis, in jejuniis, in vigiliis, in flagellationibus aſperiùs frequentandis, cæterarumque virtutum actibus ſæpius edendis, nervos omnes intendens, cum alioquin pelle tantum, & oſſibus conſtare videretur; erat quidem monaſticæ paupertatis ſtudioſiſſimus, & nihilominus, quantum illa permittit, liberalis, ſed ipſe ab aliis etiam monachis nullum omnino quantumvis minimum, rerum etiam comeſtibilium munuſculum recipere ullatenus voluit. Humilitas verò adeo illi cordi fuit, ut caput etſi infirmus ante ſuperiorem quemlibet tegere, aut ſedere, niſi haud ſemel eorumdem nutu, ac voce compulſus, numquam ſit paſſus: licet jam ſenex, & affectæ valetudinis neminem, vel ex fratribus commiſſis, vel ex monaſterii famulis cellæ ſuæ verrere ſordes, ad eam aquam deferre, aut quacumque alia in re ſibi inſervire permiſit, quin potius ipſe aliis libentiſſimè miniſtrabat; cum tamen cujuſvis perſonæ errorem, aut defectum aliquem majori, qua poterat charitate, ac dulcedine admonere, & redarguere non omitteret.

* *De eo nos in Catalogo Epiſcoporum.*

Excuſſit manus ſuas ab omni munere Iſaiæ 33. 6, 15.

IV. Aliquot ante obitum annis, præſertim poſtremo, dyſuriæ dolores acerrimos eximia patientia pertulit, & cum nihilominus nullam de conſuetis obſervantiis vellet intermittere, coactus fuit abbas etiam medicis ſuadentibus, eſum carnium, ſuper tomentum dormitiones (nam antea ſuper ſaccum ſola palea infartum cubabat) à nocturno officio ceſſationem, ad infirmorum domum receſſum, cæteraſque ægrotis adhiberi ſolitas curationes ei diſtrictè præcipere: Paruit quidem non minus obediens, quam humilis Thomas, ſed tamen quoties poterat horis diurnis choro intereſſe, ſacrum facere, omnium confeſſiones audire minimè deſiſtebat infirmus, ne inſervientibus, ipſiſque medicis oneri, ac moleſtiæ eſſet, ſummopere curabat, qua de cauſa æque intercutis morbum, qui ei ſupervenit, nemini indicavit, ſed tacitus tulit. Tot igitur incommodis, & voluntaria carnis maceratione confectus, ad vitæ finem acceſſit, ſumptiſque magna veræ pietatis ſignificatione, omnibus eccleſiæ ſacramentis, ſenſibus omnino integris, animam, velut aurum in fornace diutinæ patientiæ probatum, placidiſſimè Deo tranſmiſit an. 1719. 15. Aug. Aſſumptæ V. cui ſe totum devoverat, ſacro; omnium, qui eum noverunt, domi, foriſque mœrore, gaudio nihilominus mixto ob adauctam ex tam felici exitu, ejus ſanctitati opinionem. Corpus expleta parentatione peculia-

cullari arca inſcriptione inſignita incluſum in eccleſia S. Annæ tumulatum fuit. Ex relat. cl. V. D. Eraſmi Gattola die 26. Jan. 1733. ad me conſcriptâ; & ex elogio ejuſdem adhuc viventis exarato à D. Cornelio Ceraſo, & inter elogia aliorum Caſinenſium ſui temporis in tabul. Caſin. aſſervato, ubi inter cætera, *Magni nominis viris procul dubio comparandus, regularis obſervantiæ ſtudioſiſſimus, prudentiâ, devotione, ac ſpeciali charitate præditus, ſolitudinis, ac cellæ amantiſſimus dicitur &c.*

T

Z.

Z

Z ACHARIAS nobili, ac perantiqua familia Capograſſi, Salerni ortus, in ſacro Cavenſi cœnobio monaſticam regulam obſervandam ſuſcepit anno 1619. die 25. Julii, quam invariata ratione, quoad inter mortales ſuperſtes fuit, diligentiſſimè cuſtodivit. Sanctorum namque ejuſdem ſuæ patriæ civium & prioribus ſæculis ejuſdem monaſterii Cavenſis incolarum, Alpherii, Petri, Leonis, Conſtabilis ſtrenuus æmulator, eorum virtutes ad vivum imitabatur. Silentii, & ſolitudinis amantiſſimus, tempus omne ita diſponebat, ut majorem, potioremque ejus partem orationi, reliquum verò utiliorum diſciplinarum ſtudiis, philoſophiæ videlicet, ac theologiæ tum ſcholaſticæ, tum moralis die, noctuque tribueret, quæ ſanè *pretioſa eſt temporis avaritia*. *Senec.* I.

II. Cum ergo ſapientiæ ſuæ fundamentum ſupra timorem Domini conſtituerit, bonum proinde intellectum ad abſtruſiora quæque ſcientiarum ſubtiliter inveſtiganda, & feliciter aſſequenda, ſortitus eſt. Ad hæc quotidianum jejunium adhibebat, paupertatem vero, & vitæ auſteritatem, indiviſas veluti comites, & omnium horarum ſocias habere voluit. Sed in primis erga Deum, & proximum charitatem virtutum omnium principem, veneratus eſt, pro qua etiam exercenda mortis periculo ſeſe exponere minimè dubitavit. Cum enim ægroto, peſtifero apoſtemate laboranti, perpetuò adeſſet, eique omnia humanitatis officia, tam ad corporis medelam, quam ad animæ ſalutem ſedulò miniſtraret, lethalem inde morbum contraxit, ſuumque obitum diebus octo ante prædixit, veniam à ſingulis monachis, ad cæleſtem patriam iturus, perſpicue poſtulans, ad quam, ut piè ſperandum eſt, recta migravit an. 1633. juvenis quidem, ſed qui *conſummatus in brevi jam expleverat tempora multa*. *Timenti Dominum bene erit in extremis.*

Ex noſtris regeſtis pag. 193., ubi in margine dicitur; *vir magnæ ſanctitatis:* & ex narratione D. Camilli Capuani Zachariæ Synchroni in Cavenſi tabulario aſſervata, teſte D. Marino Albritio ejuſdem tabularii præfecto, & noſtræ congregationis decano. *De eo in noſtra Biblioth. lit. C.*

I. ZACHARIAS CUCURBICI, natione Siculus, in oppido Sciaccæ natalem habuit, & in monaſterio S. Martini de Scalis extra Panormum myſticam aram, ubi in ipſo juventutis flore ſemetipſum hoſtiam viventem, monaſticis votis, Deo immolavit, mortuus ſæculo, mortuus illecebris, mortuus ſibi; nam ſolitudinis egregius cultor, anachoreticam potiùs quam clauſtralem vitam, longè ab hominum conſortio remotam ad obitum uſque perduxit in eremo ejuſdem monaſterii, *Olivetum Saganæ* dicta, D. Joanni Baptiſtæ dicata; eò magis ſibi, Deoque proximus, quo à caducarum rerum imaginibus factus alienus. Aſperrimæ pœnitentiæ miniſter ſeveriſſimus, corpus ſuum aſſiduis jejuniis vigiliis, aliiſque afflictationibus pia crudelitate cruciabat. Cibum herbarum radices, aut ſi quando deliciis utendum eſſet, cruda olera ſuppeditabant, ſitum aqua extinguebat.

Sed

Digitized by Google

Z
11.

Sed hanc corporalis eſcæ parcitatem cæleſtium conſolationum affluentia, opiparæ veluti dapes abundè compenſabant, imò infinito propemodum intervallo ſuperabant; hinc frequentes ſupernorum ſpirituum apparitiones, hinc ætherei luminis rutilantes in mente radii, hinc ex divini amoris fonte exuberantia in corde jubila, terrenis quibuſvis nullatenus comparanda; ex qua etiam ſuaviſſima ſcatebra, dulciſſimi veluti rivuli, uberes compunctionis lacrymæ, identidem erumpebant. Et ut omnibus ejus ſanctitatem ſupremus veritatis judex teſtatam faceret, miraculorum quoque prærogativa illum ornavit. Senſit in primis virtutis hanc efficaciam germanus ejus fratrer Barnabas, ejuſdem monaſterii ſodalis, ejuſdemque ſolitariæ vitæ perpetuus comes, a mentis alienatione ejus opera liberatus, ex quo ad perfectionis culmen bonus fratris æmulator magnis greſſibus contendit. At Zacharias ſenio tandem confectus, & meritis conſumatus, perenniter Deo fruiturus ad eum migravit anno 1626. ætatis ſuæ 85.

Et gaudebit cor veſtrum. Dediſti lætitiam in corde meo. Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit &c.

Ex Felice Egger monacho Petruſiano idea ord. Hierarch. Bened. libel. 2. p. 3. diſſert. 3. pag. 423., & ſeq. Et ex vita ven. ſervi Dei Hieronymi Arminii ſcripta à Petro-Antonio Tornamira impreſſ. Panormi 1614. cap. XI. pag. 35. ubi inter cætera, monachum vitæ ſanctiſſimæ, & admirabilis patientiæ Zachariam vocat, aſſeritque ab eo, & ejus fratre Barnaba, * Hieronymum Arminium, admodum honoratum, commendatum, & pro ſancto habitum, & celebratum fuiſſe.

** [De eo ſup. l. II.]*

I. ZACHARIAS a FRACTIS Campaniæ felicis oppido, nobili familia *PETRONIA* prodiit, Chriſtophoro Petronio, & Martia de Tutiis, inſignis virtutis fœmina, anno 1578. die 13. Decembris è ſacro fonte *Damaſus* nuncupatus.

CAP. I. *Pueritia.*

Hic ab ineunte ætate adeò modeſtiæ, pietati, ſolitudini deditus fuit, ut vel ex eo tempore haud leve ſanctitatis præſagium, vel potius initium facilè in eo omnes agnoſcerent. Nam adhuc puer Dei, & proximi amore fervens quoties ex gymnaſio domum rediret, non aliò quam ad publicum noſocomium divertens, infirmos quoſque blandis verbis mirum in modum ſolabatur, cibiſque à parentibus pro jentaculo tributis, indigentes, ut plurimum, recreabat, quod ſane fraternæ charitatis officium præclariùs adhuc tunc potiſſimum exhibuit cum graſſante in ea regione dirâ fame, ſæpiiſſimè ipſe impranſus manebat, ut ſubtractâ ſibi alimonia aliorum neceſſitatibus ſubveniret. Hæc in pueritia.

II.

CAP. II. *Adoleſcentia.*

At in adoleſcentiâ, obfirmato ad religionem animo, ut pericula omnia innocentiæ vel leviter labefactandæ maturè declinaret, ad Caſinenſe archiſterium tamquam tutiſſimum ſanctitatis aſylum convolavit, ibique à Baſilio Brixiano Caſinenſi abbate ſanctimoniæ opinione celebri, in monachorum cœtum admiſſus fuit anno 1597. die 29. Martii. Toto tyrocinii tempore in omni virtutum genere, obedientia præſertim, devotione, ſilentio, patientia, ſui ipſius contemptu, orationis quoque inſtantia, ſanctæ denique regulæ abſolutiſſima obſervatione ſodales longè ſuperans, gigantis paſſibus ad currendam perfectionis viam exultare viſus eſt; quæ cauſa fuit, ut ipſemet eorum magiſter Gregorius Genuenſis, vir admodum pius, ac religioſus, perfecti adeò diſcipuli admiratione permotus, illum veluti egregium monaſticæ vitæ exemplar cæteris ad imitandum proponeret. Ejus vultum cæleſti lumine radiantem, Romanæ curiæ prælatus à Summo Pontifice Caſinum miſſus, ut monachorum mores, & regularem obſervantiam perſcrutaretur, dum ſibi in templo celebranti Zacharias adhuc tyro reverenter admodum inſerviret, admirans conſpexit.

CAP. III.

CAP. III. *Munia adimpleta.*

Z
III.

Cum itaque cunctis ſatis jam exploratum eſſet, Zachariam in regularium inſtitutionum agro altas, ſtabileſque radices fixiſſe è tyrocinio eductum, non adeò multo poſt, vix diaconatus gradu inſignitum, rei œconomicæ, intra cœnobium, abbas præfecit, quo in munere monachorum commodis, ac utilitatibus peramanter parandis ſumma induſtria, ac diligentia inſudavit; pauperum verò, ac peregrinorum, qui ſemper quidem magno numero, ſed eo præſertim anno 1600., qui Jubilæus fuit, multo majori frequentia Caſinum adventarunt, neceſſitatibus, ac laſſitudini, incredibili charitate ſubvenit; Nec idcircò; quia eo anno longe majori copia panes ab eo in pauperes ſunt diſtributi, farinæ inſumptæ menſura aliorum annorum menſuram ullatenus exceſſit, qua in re iterata quodammodo videntur antiqua illa mirabilia. Reg. 3. 17. 16. *Hydria farinæ non defecit* & Math. 15. 16. Lucæ 9. 17. Marci 6. 42. Joan. 6. 12. *Satiavit Dominus quinque millia hominum de quinque panibus, & duobus piſcibus*: ac denique illud Gregorii M. dial. l. 2. c. 21. quod olim in eodem Caſino S. Benedicti meritis evenit; *ducenti farinæ modii, ante fores eccleſiæ in ſaccis inventi ſunt*; quod animadvertens abbas, ut ferventi Zachariæ erga proximum amori latiùs adhuc pabulum præberet, officio rei familiaris illum abſolvens, Xenodochii, ac Valetudinarii provincias ei demandavit. Tum verò reliquæ etiam Zachariæ virtutes, humilitas, manſuetudo, zelus animarum, alienæ ſalutis ſtudium, laboris, ac graveolentiæ pro Deo tolerantia, in omnibus vigilans cura magis, magiſque patefactæ ſunt. Nam peregrinorum quorumlibet pedibus advolutus, ſuis ipſe manibus eoſdem abluere, preſſis etiam oſculis abſtergere, cibos illis miniſtrare, menſæ inſervire, ad lectum deducere in deliciis habuit; multoque magis eorum animabus reficiendis intentus, ad preces Deo fundendas eos invitare, cum illis flexis genibus orare, monita denique ſalutis illis præbere, atque ita epulis tum corporeis, tum ſpiritalibus recreatos, lætos, melioreſque dimittere. Infirmis verò perpetuò adeſſe, eorum cubilibus aſſidere, alimenta in os immittere, abjectiora quæque munia illorum gratia ſubire, mærentibus ſacris colloquiis ſolamen impertiri, graviori morbo detentos ad æternitatis viam chriſtianè ineundam ſanctiſſimis verbis componere, ita demum in eo charitatis officio ſe gerere, ut ſanctiſſimum ipſum patriarcham Benedictum ſub peregrini ſacerdotis ſpecie veneranda canitie ſenis aliquandò ſuſcipere meruerit, eique ad pedes, ad menſam, ad lectum famulari, qui tamen à Zacharia, ejus aſpectus pulchritudine, ac eloquii ſuavitate capto, (licet quiſnam eſſet tunc ignoraret) ſummo mane requiſitus, nuſquam comparuit.

Cellerario di caſa.

Supra 70. millia fuiſſe perhibentur.

CAP. IV. *Tyronum magiſterium.*

IV.

Sed eò jam Zachariæ virtus proceſſerat, ut aliis in religione inſtituendis, & ad omnem pietatem informandis præponi poſſet. Itaque comitiorum generalium Mantuæ celebratorum decreto, decanus renunciatus, triennio poſt ibidem tyronum Caſinenſis aſceterii magiſter fuit conſtitutus; qua verò eos ſolicitudine ſanctæ regulæ præceptis imbuerit, qua diligentia, ac cæleſtis ſapientiæ vi mentali orationi inſiſtere, ſenſuum mortificationi incumbere; veterem hominem exuere cum actibus ſuis, & novum induere, qui ſecundum Deum creatus eſt; terrena deſpicere, divina tantum inquirere, denique *mercari æternam de re pereunte ſalutem*, verbo, & exemplo docuerit, paucis explicari non poteſt. Hoc ſolum dixero, ex magiſtri virtute diſcipulorum profectum, adeoque regularis diſciplinæ robur, vigoremque pendere, nam ut poeta cecinit. *Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem, teſta diu*: & longe melius

S. Eucher. Lugd.

Horat.

 Sapiens,

Digitized by Google

Z

Sapiens *adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea*; ſumma idcircò ope religionum prælatis nitendum eſt, ut non quoſcumque, & obvios quoslibet, ſed optimos, & Dei ſpiritu plenos tyronum magiſtros ſeligant, qui juventutem in viam Domini ſapienter dirigant, priùs tamen à ſe ipſis tum doctrina, tum exemplo demonſtratam, ſi quidem religionem ſtare volunt, cum primus diſcendi ardor nobilitas ſit magiſtri. *S. Ambr. de Off.*

CAP. V. *Prior*.

V. Sed tyrocinii ſepta Zachariæ virtuti anguſti limites erant. Extraxerunt eum illinc ſupremi congregationis patres, & priorem creatum, invitum quamvis, & quoad licuit renuentem, Aretino cœnobio eo in munere præeſſe juſſerunt. Eluxit tunc quidem clariùs ſupra candelabrum poſita Zachariæ ſanctitas, purioreſque radios circumquaque diffudit. Tunc enim regularis diſciplinæ zelum diſcretioni, & charitati conjunctum, affabilitatem gravitati admixtam, ſeveritatem humanitati copulatam, cæteraſque virtutes, quæ erga ſubditos ſuperioribus eccleſiaſticis uſui eſſe debent, magis, magiſque oſtendit; erga verò ſe ipſum non intermiſſum lectionis, orationiſque ſtudium, otii fugam, & ad quælibet ſpiritualia exercitia omnium primum acceſſum intenſiùs, ac ferventiùs vigere, imò ſenſim augeri omnibus patuit. At Zacharias, quò ſublimius ejus ſanctitas ſeſe attollebat, eò profundiùs ſe deprimens & ad priſtinam Caſini, dilectamque ſolitudinem, ac privatam vitam ſuſpirans, humillimis, enixiſque precibus abſolvi ſe prioratu poſtulavit. *Abdicat.* Itaque quamvis non illicò, ſed tantum biennio poſt, ipſo tunc quidem inſcio, voti compos effectus, abbatis nihilominus titulo decoratus, lætiſſimè Caſinum remeavit.

CAP. VI. *Ejus ſingulares virtutes*.

VI. Ibi ergo Zacharias ab omni aliarum rerum cura, & ſolicitudine omnino liber, præterquam Deo impenſiùs inſerviendi, proprioque in ſpirituali paleſtrâ profectui unicè vacandi, eminentiores virtutes heroicis actibus jugiter exprimebat; Paupertatem in primis, quæ D. Ambroſio teſte, *Ordine prima eſt, & parens quædam generatioque virtutum*, tam arctè amplexatus eſt, ut non contentus, dum juvenis rem cœnobii adminiſtraret, nihil prorſus ex communi pœnu, præter id, quod omnibus indiſcriminatim tribuebatur, in proprium unquam uſum, & commodum derivare, abbatis etiam titulo inſignitus, in eodem paupertatis tenore conſtanter perſtare voluit, pretioſi quidquam intra cellulam, tum in parietibus contegendis, tum in lectulo ſternendo, tum denique in alia quacumque ſupellectili, & veſtibus parandis nunquam admittens; *Tob. c. 5. 25.* *ſufficiebat enim illi paupertas ſua, ut divitiæ computarentur*, ut Tobiæ matri; quo nimirum exemplo, præter antiquiora SS. Patrum, animadvertere monachi omnes deberent, quantum ipſos dedeceat, poſt Deo promiſſam, ac voto juratam rerum omnium abdicationem, terrenis divitiis tam avidè inhiare, eas undique conquirere, tenaciter adeò cuſtodire, & ut D. Hieronymus olim deteſtabatur, *plenis ſacculis mori, qui quaſi pauperes vixerunt*; quapropter Zacharias religioſam paupertatem non ſolùm ipſe rigidè cuſtodivit, ſed ut etiam reliqui monachi eam ritè ſervarent, efficacibus quoque verbis identidem hortabatur. *S. Greg. M. hom. 13. in Evang.* Caſtitatem verò, *ſine qua nullum opus bonum eſt aliquid*, ſtudioſiſſimè coluit, & tota vita illibatam ſervavit, uſus ad id tamquam validioribus mediis, indefeſſis laboribus, prolixis vigiliis, frequentibus jejuniis, aliiſque id genus carnis afflictationibus, probè intelligens, lilium hoc, ne putreſcat, inter ſpinas cuſtodiendum, ut olim SS. noſter Legiſlator egregiè præſtitit; modeſtia quoque oculorum eximia, mulieres quaſcumque non ſolùm minimè alloquendo, ſed ne aſpiciendo quidem, & defixis in terram obtutibus

bus

bus ſemper incedendo, in primis verò aſſiduæ orationis præſidio, illud ſapientis ſecum animo reputans, *Nemo poteſt eſſe continens, niſi Deus det*. Obedientiam demum ita magnifaciebat, ut eam reliquis virtutibus longè anteferendam cenſeret, ipſamque orationem, aliaque ſpiritualia exercitia ad obedientiæ nutum intermittenda, imò aliquando etiam relinquenda identidem dictitaret; tyronibus ſuis, dum illorum eſſet magiſter, hoc jugiter inculcans, *Melior eſt obedientia, quam victimæ* reg. 1. cap. 15. ver. 21. Z

CAP. VII. *Aliæ ejus virtutes*.

Porrò has virtutes aliarum quoque ornatus comitabatur. Humilitas nimirùm, & ſui ipſius voluntarius contemptus, quo grandævus licet, & abbatis titulo conſpicuus, cœnobii ſordes una cum aliis quibuslibet verrere, & abjectiora quæque munia quamlibentiſſimè obire conſuevit. Abſtinentia deinde ab eſcis arctiſſima, qua ſere numquam carnes comedit, adventus verò Dominici, & quadrageſimæ temporibus modico panis fragmento, & leguminibus tantum famem ſedavit; quod ipſum in pervigiliis celebriorum ſolemnitatum Domini, ac Deiparæ, aliorumque Sanctorum inviolatè ſervavit, ſemel dumtaxat in die, parciſſimum licet, pomeridianum cibum ſumens, nec ſerotinæ refectiunculæ jam communi conſuetudine receptæ, beneficium umquam admittens. Cæterum corpori multifariam excruciando ſolicitè intentus, ſæpè dura cubabat humo, ſæpè noctes ducebat inſomnes, divinis laudibus, & contemplationibus vacans, nodoſis funibus, aliiſque flagris in ſe ipſum deſæviens, breviſſimum demum pro naturæ neceſſitate, veſtibus tamen ad præſcriptum regulæ, laneaque interula (quam numquam dimiſit) indutus, ſomnum capiens.

VII. *Humilitas. Abſtinentia. Pœnitentia.*

CAP. VIII. *Idem argumentum*.

Silentii, ac ſolitudinis amor præcipuus, quo impellente creaturarum omnium conſortia, & colloquia ſedulò vitabat, ut Creatoris ſolummodo in oratione, & precibus conſuetudine frueretur. Nullus idcircò illi cum hominibus niſi de Deo, ac rebus divinis ſermo, qui quoties ab eo haberetur, tanta vi, & efficacia præditus erat, tum ob interni ſpiritus ſervorem, tum ob externam, quam præſeferebat, ſanctitatem, morumque compoſitionem verbis conjunctam, ut audientes ad vitæ emendationem, & cæleſtis patriæ deſiderium summopere inflammarentur. Patientia in rebus adverſis planè admirabilis, non ſolum illatas injurias æquanimiter tolerando, ſed quod longè majus eſt, offenſores etiam ipſos beneficiis inſignibus afficiendo, Salvatoris præceptum, & exemplum ſequutus, *diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos*. Cum enim ejus frater germanus Marcus Antonius, & alterius fratris ſui filius Chriſtophorus à quibuſdam conterraneis per ſummum ſcelus neci traditi eſſent, Zacharias interfectoribus libentiſſimè illicò ignovit, imò nihil non egit ut & ipſi læthaliter vulnerati, antequam ſpiritum exhalarent, & eorum parentes, conſanguinei, & propinqui iiſdem inimicis pacis oſculum, & amicitiæ teſſeram, ut optimum chriſtianum decet, præberent. Nec hoc ſatis exiſtimans, uni etiam ex percuſſoribus carceribus detento, & capitali ſententia jam damnato, à Neapolitano prorege Medinæ principe, demiſſiſſimis precibus vitam, & libertatem impetravit; Quæ ſanè tam præcellentis charitatis officia ex puriſſimo illo divini amoris fonte promanabant, quo qui feliciter inebriatur, & *amicum diligit in Deo, & inimicum diligit propter Deum*. Jam verò erga Deiparam, divoſque tutelares pietas, ac religio præcipua, qua eos & lectiſſimis laudibus efferebat, & enixis precationibus exorabat, & eorum vitam moribus ſanctiſſimis exprimere ſatagebat, juxta aureum D. Auguſtini monitum, *imitari*

VIII. *S. Greg. M. hom. in Ev.*

Digitized by Google

Z

Serm. 47. de Sanctis.

tari non pigeat, quos celebrare delectat. Orationis denique, & contemplationis ſtudium excellens, in qua cum ſpiritus fervor vehementiſſime illum raperet in Deum, eique intime uniret, corpus etiam ſecum trahens, & à terra omnino elevans, in aere ſublime haud ſemel, nec parvo tempore ſuſtentabat; quo in actu ab iis, qui ad eum quacumque ex cauſa adveniebant, ſæpe deprehenſus, non modicam admirationem, ſimulque venerationem eis afferebat.

CAP. IX. *Gratiæ à Deo illi conceſſæ*.

Ita namque miſericors Deus cum his, qui ei familiarius adhærent, agere conſuevit, ut qui ſe pro ejus amore graviùs affligunt, terrenisque deliciis abdicant, cæleſtibus conſolationibus, gratiis, & favoribus identidem recreentur, & foveantur, *abſcondens hæc à ſapientibus, & prudentibus, revelans ea parvulis*. Expertus eſt hoc idem noſter Zacharias vel cum anno 1627. dum ſanctiſſimi Patriarchæ Benedicti, & ſororis ejus Scholaſticæ ſacratiſſimæ exuviæ ſub ara maxima Caſinatis baſilicæ auguſtiùs collocarentur, plaudentis cæli angelicam ſymphoniam, una cum Fr. Gregorio * viro innocentiſſimo audire meruit; vel dum ejuſdem Gregorii animam in eodem Caſinenſi cœnobio corporis reſolutam compage, itemque * Martini Orilia amantiſſimi olim ſui ſanctiſſime vita functi, in cælum aſcendere conſpexit; vel dum cordium arcana clariſſimè cognoſcit, vel denique dum prophetico afflatus ſpiritu abſentia intuetur, pluraque multopoſt eventura prænunciat. Nec ea tantum à Deo Zachariæ conceſſa, aliis quoque mortalibus ejus meritis, precibuſque, beneficia quamplurima tributa referuntur; In iis cæci duo oculorum uſui reſtituti, alius moleſtiſſima pedum paralyſi vexatus, alius ſanguinis fluxu ad extrema deductus, nobilis fœmina ſterilitatis opprobrio laborans, aliiſque variis morborum generibus afflicti liberati memorantur; quamvis humilis Dei ſervus non quidem ſuis, ſed ſanctiſſimi Patriarchæ meritis, ad cujus ſepulchrum infirmos quoſque ſupplices ſiſti jubebat, mirabilia hæc omnia referebat accepta, dicens cum Pſalmographo, *non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam*.

Matth. cap. 19. d. 5.

* De quo ſupra lit. G.
* De quo pariter ſup. lit. M.

Pſal. 113.

CAP. X. *Pretioſa ejus mors*.

Sed tempus jam percipiendi immarceſcibilem gloriæ coronam Zachariæ advenerat, cum bonum adeò certamen certaſſet, curſum conſumaſſet, fidem ſervaſſet. Itaque anno 1645. menſe Novembri, gravi morbo correptus, acerbiſſimis, ac intimis doloribus patientiſſimè toleratis, quadraginta ante obitum dies immobilis, ac reſupinus (manibus ante pectus in crucis ſimilitudinem compoſitis) in lectulo conſiſtere coactus, *tamquam argentum igne examinatum, imò tamquam aurum in fornace probatum* cunctis apparuit. Demum ſanctiſſimis eccleſiæ Sacramentis devotiſſimè ſuſceptis, cum ab omnibus veniam humiliter poſtulaſſet, oculis in Crucifixi imaginem conſtanter defixis, inter ignitas jaculatorias preces in manus Domini placidiſſimè ſpiritum reddidit die 16. Decembris, ætatis ſuæ anno 67. die Sabbati; corpus, ut moris eſt, publicè expoſitum, magnâ hominum cujuſque generis frequentiâ per triduum honoratum fuit, aliis ejuſdem corporis extremitates, ut puta ungues, & capillos, aliis coronæ orariæ globulos, veſtiumque particulas, tamquam viri ſanctitate conſpicui ſacras reliquias ſecum auferentibus, quod deinde in cœmeterio S. Annæ repoſitum, ibidem promiſcuè jacuit, donec anno 1677. die 18. Aprilis Severinus Pepi Caſini abbas ejus olim diſcipulus magnâ diligentia conquiſitum, & urnâ cypreſſinâ incluſum in auſtrali parte juxta aram ejuſdem S. Annæ, loco decentiori collocandum curavit.

Pſal. 11. Sap. 10.

CAP. XI.

Digitized by Google

Z

CAP. XI. *Miracula*.

Poſt obitum plura, quæ ſubſecuta ſunt miracula, ejus ſanctitatem magis, magiſque commendarunt; nam mulier à Dœmone obſeſſa, cum ejus capiti pileolus Zachariæ nuper defuncti ſuppoſitus fuiſſet, ſtatim à nefario ſpiritu, poſt magnam concuſſionem, liberata eſt. Nobilis quoque fœmina Boteri princeps Caſinum adveniens, Zachariæ viventis preces, ut oculorum lumen, cujus jam diu expers fuerat, recipere mereretur, enixè quidem, ſed fruſtra imploraverat [verebatur enim vir ſanctus, ne ſi illi beneficium hoc à Deo impetraret, ejus rei fama infirmorum multitudinem ſanitatem poſtulantium Caſinum atraheret]. Sed eadem, qua in cælum conſcendit nocte, cælesti ei luce circumfuſus apparuit, jubens, ut ſtatim ſurgens pro recepto oculorum lumine humillimas Deo gratias referret (promiſerat enim illi Caſini vir Dei, tunc oculos ei aperiendos, cum ſuos ipſe clauderet) quod effatum eo quidem tempore pro joco acceptum, propheticè tamen dictum fuiſſe exitus comprobavit: Plurimi etiam alii ægroti, tam Caſini quam Neapoli, alibique reliquiarum ejus attactu, a variis morborum generibus liberati, quanti apud Deum Zacharias in cælis ſit meriti ſatis, ſuperque declarant.

Ejus vitam Caſimirus Chranovius Polonus monachus, qui Caſini aliquandiù vixit, latinis literis conſignavit, impreſſam Neapoli anno 1677. apud Antonium Gramignanum in 4. pag. 114. (non ſine tamen pluribus Typographi mendis) ex qua nos, quæ ſupra narravimus, potiſſimum deſumpſimus. Agunt quoque de eo M. Antonius Scipio in elogiis abbatum Caſinenſium p. edit. Neapoli per Octavium Beltramum an. 1630. *in Simplicio Caffarello* abbate; Cornelius Ceraſo in elogiis mss. monachorum Caſinenſium ſui ævi in tabulario Caſinenſi aſſervatis; Gabriel Bucellinus in Bened. Rediv. ad an. 1645. „ E vita migravit Zacharias Petronius Aretini in Etruria cœnobii ab„ bas prophetico ſpiritu clarus, cujus poſt obitum genua callis exuberantibus „ conſerta inventa ſunt „ Ita ille; ſed Zacharias fuit tantum prior, non abbas monaſterii Aretini, quo prioratu dimiſſo creatus fuit abbas titularis, ut ſup. diximus cap. 5. & ut habetur in noſtris regeſtis pag. 200. *abbas titularis ex Priore regiminis, vir miraculis clarus*. Denique Felix Egger idea ord. Hierarch. Bened. libell. 2. par. 3. differt. 3. num. 3. pag. 409. & ſeqq. *Chranovski*

Concluſio totius operis.

Jamque opus abſolvi, quod Deo propitio venerablis Zachariæ, aliorumque ex noſtro cætu doctrinam, & ſanctimoniam perpetuò reſonabit. Mihi ſiquidem, pro tot exantlatis in eiſdem colligendis, deſcribendiſque tota fere vita laboribus, hoc unum in votis manet, ut quos pari converſatione pro mea imbecillitate aſſequi haudquaquam poſſum, eos ſaltem à longè ſequens, ſtudeam pro virili aliquatenus imitari, quò tandem eorum interceſſione reatuum meorum apud altiſſimum obtenta venia, quos mente, & calamo præſentes habui in terris, eoſdem (veluti tamen famulus Dominos, & cliens patronos) conſortes habere poſſim in cælis. fiat. fiat. *In Bibl., & in catalogis*.

Aſiſii in monaſterio S. Petri die 19. Decembris 1731. ætatis meæ anno LXXI. orate pro me maximo peccatore.

ADDITIONES AUCTORIS

Ad Catalogum Episcoporum.

Alphonsus Nasalli Panormitanus prænobili ſtirpe genitus ex principibus Aragoniæ in S. Martino de Scalis monaſticæ militiæ adſcriptus an. 1709. 2. Januarii, à Benedicto XIII. Pont. Max. renunciatus fuit epiſcopus nullatenenſis in Numidia an. 1724. & Panormi ex conceſſione ejuſdem Pontificis ab archiepiſcopo Panormitano Joſepho Gaſchi conſecratus.

Ad Catalogum Reformatorum

Adrianus Miranda natione Siculus à S. Angelo D. Martini de Scalis alumnus factus an. 1546. 22. Martii vir tum doctrina, tum probitate inſignis juſſu Gregorii XIII. Pont. Max. reformavit moniales totius diœceſis Mazarienſis una cum Zacharia Caccamici ejuſdem monaſterii, eodem circiter tempore profeſſo, qui etiam inter *REFORMATORES* locum habere debet.

Joannes Maria Sarzana Siculus monaſterii S. Martini de Scalis alumnis adſcriptus an. 1690. die 18. Septembris cum probitatis, ac doctrinæ, præſertim ſcholaſticæ Theologiæ, & eccleſiaſticæ hiſt. laude floreret, à Bartholomæo Caſtelli epiſcopo Mazarienſi electus fuit, ut monialium cœnobium, quod in eadem Mazarienſi diœceſi inſtituebatur, ad rectam ſanctiſſimi P. Benedicti obſervantiam componeret. Hic ab abbate ſuo archipresbyter oppidi Ciniſii nunciatus eo munere magno animarum zelo, & optimis vitæ exemplis aliquot annis perfunctus ibidem an. 1731. menſe Aprilis piiſſime diem clauſit extremum, cujus parentationi maxima populi frequentia interfuit, qui ejus veſtes, devotionis gratia ob ejus ſanctimoniæ opinionem, in fruſta reciſas ſecum abſtulit; de quo ejus confeſſarius teſtatus eſt virginitatem illibatam ſervaſſe.

Ad Catalogum virorum sanctitate illustrium.

De eo in bibl. L.V.

Rocchus Pyrrhus in Sicilia ſacr. ſecundæ editionis, cui plures notitias addidit Vitus de Amico monachus noſter, aliquot memorat recentiores congregationis noſtræ, & Siculæ provinciæ monachos ſanctitatis fama celebres, quos ipſis eorum verbis huc recenſendos duximus, alphabeti ordine hic quoque ſervato.

De Cæſare in bibl L.C.

ALPHONSUS GOTHO, & Spataſora Cæſaris frater, inter præclaros viros, quos S. Placidi cœnobium aluit accenſendus venit, qui electus anno circiter 1644. abbas SS. Salvatoris, & Cyrini, ac deinde S. Mariæ de Raguſio, tandem Venetiis abbatia ultro ſe abdicans, magna opinione ſanctitatis mortalitatem exuit ann. 1690. Vitus de Amico in ſupplem. notitiæ S. Placidi de Meſſana pag. 1149.

Ætatis incertæ, & ante, vel poſt congr. Caſ. dubium.

ANTONIUS POLICIUS Meſſan. ſemper morbo podagræ in manibus, & pedibus afflictus, magnum patientiæ, humilitatis, & charitatis exemplum, maxime in ſedandis offenſorum animis, ac ægrotantium, & indigentium afflictionibus præbuit ſemper, pari candore vitæ, & vixit, & deceſſit. Rocch. Pyrrh. tom. 2. in not. ejuſdem S. Placidi de Meſſana pag. 1146.

Chiazza.

AUGUSTINUS A' PLATEA, Hic legum doctor, compunctionis ardore ſæculum reliquit, & religionis habitum in noſtro cœnobio ſub Caſinen. congreg. devotus aſſumpſit. Jejuniis, vigiliis, orationibus, & ſcripturarum, ſtudio ita intentus, & bonis operibus adeò addictus fuit, ut illum non abſimilem antiquis patribus noſtris chroniſta dixerit. Cellulam peranguſtam non longe à monaſterio inter Æthnæos lapides ſibi conſtruens, ibi interdiu vacans cæleſtium contemplationi ſe totum dabat. Sanctioris vitæ deſiderio, de terra, & cognatione ſua exiens, ſuperiorum indulto ad monaſterium S. M. della Croma Dalmatiæ regionis, noſtræ congreg. annexum contendit. Ibi

Vel Bartholomæus ab æternione, vel antiquior Chroniſta, cujus nomen ignoratur qui chronicon S. Nicolai de Arenis ſcripſerunt.

cum

cum undique gentibus ob præclara ſigna, & miracula, quæ per ipſum Deus operabatur, innotuiſſet, humanæ gloriæ impatiens, ad ſacrum Caſinenſe cœnobium propero curſu ſe contulit, ibique meritorum manipulis locuples ſancto fine quievit, anno circiter 1579. Ita Vitus M. de Amico eodem tom. 2. in notitia S. Nicolai de Arenis, pag. 1182.

BERNARDUS à Meſſana eximiæ perfectionis, atquæ innocentiæ, cujus demortui veſtes, ut populi devotioni fieret ſatis, ter immutatæ ſunt; certatim enim illas exambientes, variis morbis magna fiducia expellendis aptabant. Deceſſit pene quinquagenarius die 19. Nov. 1684. Idem ibid. in not. S. Placidi Meſs. pag. 1149.

FR. HONORIUS à Pozolo oblatus columbinæ vitæ, & eximiæ charitatis, & devotionis, præſertim in B. Virginem; in cujus, & Jeſu nomine cuncta gerebat. In occaſu occubuit, & ad ſonum campanæ ſalutationis angelicæ ad angelos in cælum volavit. Rocchus Pyrrhus tom. 2. Sic. Sacr. in not. S. Placidi de Meſſana pag. 1149.

MARIUS ROSALINI à Panormo provectæ jam ætatis, ac ſacerdotio initiatus, ad profeſſionem ob vitæ, ac morum innocentiam admiſſus in monaſterio ann. 1699. novis quaſi ſtimulis actus ad perfectionis apicem contendit. Mentalis orationis ſtudioſiſſimus, cui per plures horas quotidie incumbebat, obedientiæ, paupertatis, ac puritatis cultor præcipuus, in amore erga Deum, in ſalute aliorum procuranda aſſiduus, ſuimet contemptor, aliis vel minimis obſequentiſſimus, omnibus denique virtutibus cumulatus, tyronum inſtitutioni præfectus, mox infirmæ valetudinis cauſa in oppido Burgetti, *majoris* officio perfunctus, ibidem lætus, ac tranquillus, inter monachorum preces, ac lacrymas migravit è vita die 31. Decembris 1723. ſepultus in S. Martino decenti loco; mortis ſibi conſcium fuiſſe pie credunt ex ejus diſcipulis nonnulli; ſæpius enim eodem anno, quo è vita migravit, iiſdem repetebat, magnam de ſe mutationem eo anno eventuram eſſe; exitus dictum probavit, ultimò namque die anni mundum commutavit. Vitus de Amico in ſupplem. tom. 2. in notitia S. Martini de Scalis pag. 1097. *S. Martini de Scalis.*

FR. MATTHÆUS à Neapoli oblatus eximiæ charitatis, non ſolum in monaſterio, ſed tota in Sicilia ſemper magnæ æſtimationis ob virtutum ſplendorem fuit. Quotidie Deum rogabat pro hæreticorum, ac infidelium converſione, officioſiſſimus in patres pro fide propaganda ad Indias trajicientes. Obiit octogenarius magna ſanctitatis fama. Rocc Pyrr. Sic. ſac. tom. 2. In notit. S. Placidi de Meſſana pag. 1149. „ eſt incertæ ætatis.

PLACIDUS à Meſſana ex nobili ſtirpe de Villadecani natus an. 1549. 29. Julii ex infantia magnum virtutum ſpecimen dedit. Hunc Deus majoris gloriæ ſuæ, & Benedictini ordinis profectui hoc documento reſervavit. Cum è nubiloſo cælo ardens cecidiſſet fulmen, & cubiculum illius combuſſiſſet, puerum immunem, indemnemque reliquit; jam adoleſcens huic ſanctæ religioni adſcribi voluit, ubi tantum in ſpiritualibus exercitamentis orationum, jejuniorum, cilicii, ſui ipſius mortificationis, ac perpetui ſilentii profecit, ut eodem die, quo profeſſionem emiſit regularem, ſcilicet menſe Decembri anno 1575, adhuc ſubdiaconus ætat. ann. 26. ad cælum evolaverit, immortale ſuæ ſanctitatis nomen cum S. Placidi M. nomine quoquo modo comparatum relinquens. Idem ibidem.

Ita, totidemque verbis Rocchus Pyrrhus, & Vitus de Amico, quorum omnium apud eoſdem fides eſto.

Hos è Roccho Pyrrho, & Vito de Amico. Sed ex Benedicto Laudati in brevi

chron.

chron. S. Severini mſ. duos alios habemus regulari virtute præſtantes, nempe.

ALPHONSUM de Roſellis à Rubis in Apulia qui inſtitutum noſtrum amplexus eſt Neapoli apud S.Severinum an. 1609. Hic monaſticæ vitæ fuit verum exemplar, nam aſſidua ejus manſio, vel in choro, vel in eccleſia, vel in cella; rerum verò cæleſtium meditatio perpetuum ſtudium, & exercitium. Nec ſatis ei erat incruentam hoſtiam quotidiè omnipotenti Deo devotiſſimè offerre, niſi etiam aliorum ſacerdotum quotquot poterat ſacrificiis intereſſet. Integrum pſalterium Dominicum, & Marianum ſingulis diebus recitabat, tanta vultus modeſtia, tantaque totius corporis gravitate incedebat, ut ſolus ejus conſpectus efficax correctio junioribus, & pia adhortatio eſſet jam provectis; pro decanatus namque officio ſibi collato, uti ſanctiſſimus noſter Legislator jubet; inferiores, quoſque de erratis, ac defectibus conſtanti zelo, debitaque, ac neceſſaria ſeveritate arguebat; cæterum numquam niſi æternæ ſalutis, & proximorum utilitatis cauſa viſus fuit iratus, tunc enim locum habet illud - *iraſcimini, & nolite peccari*; illudque - *vidi prævaricantes, & tabeſcebam &c.* Pſal. 4. Pſal. 118. Veſtium formam ad regulæ præſcriptum, & victus qualitatem nunquam mutavit, nec carnes, modò neceſſitas non urgeret, unquam comedit. Tyronum magiſter conſtitutus, illos in Dei timore, & regularis diſciplinæ rigore enutrivit. Excelluit etiam rei œconomicæ cura, & induſtria, unde cœnobio ingens emolumentum; quamobrem ab abbate in Villam, quæ *Pretioſa* dicitur, miſſus vindemiarum tempore, ut reddituum monaſterii indemnitati ſua vigilantia, & fideli opera proſpiceret, ibidem repentina morte ſublatus eſt ann. 1661., cumque ejus ſanctitatis fama apud omnes obtineret, in ejuſdem Villæ *Pretioſæ* decenti, ac peculiari tumulo reconditus fuit; de eo igitur cum Sapiente dici meritò poteſt. *Juſtus quacumque morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit*; & cum Pſalmographo - *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus*. Cap. 4. Pſal. 48. Alphonſum memorat Benedictus Laudati in brevi chron. S. Severini parte ſecunda pag. 349.

ARCHANGELUS FASANUS eamdem cum præcedenti Alphonſo patriam, idemque S. Severini cœnobium longo tamen poſt tempore obtinuit, ubi monaſticam profeſſionem emiſit ann. 1627., promiſſamque regularis diſciplinæ obſervantiam, intentiſsima cura verbo, & exemplo nunquam intermiſit. Tyronum magiſterio fere ad tria luſtra perfunctus, plurimæ dexteritatis, ac prudentiæ, qua diſcipulos fortitèr, ac ſuavitèr D. Benedicti legibus inſtruebat, ſpecimen dedit, qui optimæ inſtitutionis ab eo acceptæ odorem diù ſervaverunt. Abbas deinde titularis creatus, magis magiſque ad cœnobiticæ vitæ perfectionem anhelavit. Nedum enim à ſæcularium, ſed etiam à conſanguineorum conſortio ſedulo cavens, unica per annum vice, & aliquando ſingulis bienniis eos inviſebat. At cum ad graviorem perveniſſet ætatem, anachoritas æmulaturus, in unam ex infirmorum cellis ſeſe recepit, ibique reliquum vitæ curſum ad quindecim ferè annos ſolitarius exegit, rarò cum aliis monachis, ſed tantùm cum ſpirituali conſcientiæ ſuæ arbitro converſatus. Horas, quas precationibus, pſalmodiis, aliiſque piis exercitationibus ſemel ſibi deſcripſerat conſtanti methodo ſemper retinuit; tandem cum in extremam ægritudinem incidiſſet, paucis ante obitum momentis corde impavidus, ac ſereno vultu, veſtes emortuales, quibus monachorum cadavera contegi ſolent, ſuiſmet manibus diſponere voluit, hæc enim omnia jamdiù peculiari diligentia parata apud ſe habebat, hacque animi fortitudine æternitatis formidandum omnibus iter, ipſe lætus arripuit die 23. Martii an. 1683. De eo Benedictus Laudati in brevi chronico S. Severini parte 2. pag. 362.

IN-

Digitized by Google

INDEX

Nominum virorum ſanctitate illuſtrium.

Aloyſius Carafa Pag. 3.
Alphonſus Gotho pag. 118
Alphonſus de Roſellis pag. 120.
Ambroſius à Lucerna pag. 7.
Angelus Sangrinus pag. 7.
Angelus Siniſius pag. 8.
Antonius Policius pag. 118.
Fr. Antoninus à Panormo pag. 9.
Archangelus Faſanus pag. 120.
Archangelus à Neapoli pag. 11.
Auguſtinus à Maratea pag. 12.
Auguſtinus à Platea pag. 12.
Auguſtinus Venerius pag. 12.
Aurelia Franchi pag. 13.
Benedictus à Florentia pag. 15.
Bernardus à Meſſana pag. 119.
Bernardus Mutus pag. 15.
Bernardus Præſtonus pag. 18
Fr. Bertharius Piſcis pag. 19.
Fr. Bonaventura à Mantua pag. 20.
Chriſoſtomus Nicolini pag. 21.
Conſtantinus Anſalone pag. 22.
Franciſcus Maurus à Militello pag. 22.
Franciſcus à Novis pag. 23.
Gaſpar Felix de Tedeſchis pag. 24.
Gometius à Luſitania pag. 25.
Fr. Gregorius à S. Elia pag. 26.
Hieremias Marcheſius pag. 28.
Hieronymus Andruzzi pag. 28.
Hieronymus Arminius pag. 28.
Hieronymus Petronius pag. 30.
Fr. Honorius à Pozolo pag. 119.
Jacobus Graffius pag. 31.
Fr. Jacobus ab Herculaneo pag. 34.
Jacobus Majorica pag. 37.
S. Illuminatus Picenus pag. 38.
Innocentius Novarienſis pag. 41.
Jo: Baptiſta à Brixia pag. 41.
Fr. Joannes Genuenſis pag. 39.
Jo: Baptiſta Nani pag. 42.
Jo: Benedictus Citelli pag. 46.
Iſidorus Clarius pag. 47.
Juſtinianus à Bergomo pag. 48.
Ludovicus Barbo pag. 50.
Ludovicus Bateatus pag. 52.
Margarita Conradi pag. 54.
Maria Catharina Brugora pag. 82.
Marius Roſalini pag. 119.
Fr. Martinus ab Albania pag. 91.
Martinus Orilia pag. 91.
Martinus à Papia pag. 92.
Fr. Matthæus à Neapoli pag. 119.
Maurus Angelus à Panormo pag. 92.
Maurus à Papia pag. 92.
Fr. Maurus Rainone à Lauro pag. 94.
Monachi S. Juſtinæ Patavinæ pag. 96.
Monachi abbatiæ Florentinæ pag. 96.
Monachi Sublacenſes pag. 97.
B. Nicolaus de Pruſſia pag. 99.
Paulus Rocca pag. 102.
Paulus Strata pag. 102.
Fr. Philippus à Monte Caveoſo pag. 103.
Placidus de Leonibus pag. 103.
Placidus à Meſſana pag 119.
B. Rolandus Caſalis pag. 104.
Theophilus Michaelius pag. 105.
Theophilus Beaqui à Mediolano pag. 106.
Thomas Euſebii pag. 109.
Thomas Præſtonus pag. 107.
Timotheus Carminati pag. 107.
Zacharias Capograſſi pag. 111.
Zacharias Cucurbici pag. 111.
Zacharias à Fractis pag. 112.

INDEX

Cognominum virorum ſanctitate illuſtrium.

Abbatiæ Florentinæ Monachi
Ab Albania Fr. Martinus
Andruzzi Hieronymus
Anſalone Conſtantinus
Arminius Hieronymus
Barbo Ludovicus
Bateatus Ludovicus
Beaqui a Mediolano Theophilus
A Bergomo Juſtinianus
A Brixia Joannes Baptiſta
Brugora Maria Catharina
Capograſſi Zacharias
Carafa Aloyſius
Carminati Timotheus
Caſalis B. Rolandus
A.M. Caveoſo Fr. Philippus
Citellus Jo: Benedictus
Clarius Iſidorus
Conradi Margarita
Cucurbici Zacharias
A S. Elia Gregorius
Euſebii Thomas
Faſanus Archangelus
A Florentia Benedictus
A Fractis Zacharias

Fran-

Franchi	Aurelia
Genu.nſis	Fr. Joannes
Gotho	Alphonſus
Graſſius	Jacobus
Ab H rculaneo	Fr. Jacobus
S. Juſtinæ Patavinæ	Monachi
De Leonibus	Placidus
A Lucerna	Ambroſius
A Luſitania	Gometius
Majorica	Jacobus
A Mantua	Fr. Bonaventura
A Maratea	Auguſtinus
Marcheſius,	Hieremias
A Meſſana	Bernardus
A Meſſana	Placidus
Michaelius.	Theophilus
A Militello,	Maurus Franciſcus
Mutus	Bernardus
Nani	Jo: Baptiſta
A Neapoli	Archangelus
A Neapoli	Matthæus
Nicolini	Chryſoſtomus
Novarienſis	Innocentius
A Nereis	Franciſcus
Orilia	Martinus
A Panormo	Fr. Antoninus
A Panormo	Maurus Angelus
A Papia	Martinus
A Papia	Maurus
Petronius	Hieronymus
Piccnus	S. Illuminatus
Piſcis	Fr. Bertharius
A Platea	Auguſtinus
Policius	Antonius
A Pezolo	Fr. Honorius
Praſtonus	Bernardus
Præſtonus	Thomas
A Pruſſia	B. Nicolaus
Rainone à Lauro	Fr. Maurus
Rocca	Paulus
Roſalini	Marius
De Roſellis	Alphonſus
Sangrinus	Angelus
Siniſius	Angelus
Strata	Paulus
Sublacenſes	Monachi
De Tedeſchis	Gaſpar Felix
Venerius	Auguſtinus

I N D E X

Authorum, qui de noſtris viris ſanctitate illuſtribus agunt.

ALoyſius Caraſa *in vita ms. Jacobi de Graſſis.*

Angelus de Nuce *in notis ad chronicon Caſinen. Leonis Oſtien.*

Angelus Portenarius *felicità di Padova.*

Arnoldus Wion *in ligno vitæ.*

Auguſtinus Fortunius, *in hiſtoria Camaldulenſi.*

Bartholomæus Taberna *in chronico cœnobii S. Nicolai de Arenis Catanæ.*

Bartholomæus a Paternione *in eodem chronico correcto, aucto &c.*

Benedictus Laudati *in brevi chronico S. Severini Neapolis.*

Benedictus Luchinus *in chronico ms. comitiſſæ Mathildis.*

Bernardus Pez *in epiſtol. apologeticis, & in Anecd.*

Bernardinus Scardeonius *de antiquitate urbis Paduæ.*

Camillus Maſſarus Capuanus *in relationibus ex tabulario Cavenſi erutis.*

Caſimirus Chranonius Polonus *in vita Zachariæ Petronii impreſſa Neapoli 1678.*

Conſtantinus Cajetanus *in miſcellaneis ſacris ms. in bibl. Sapientiæ Romanæ tom. 3.*

Cornelius Ceraſo *in elogiis ms. monachorum Caſinenſium ſui temporis, aſſervatis in tabular. Caſin.*

Felix Egger *in idea ord. Hierarch. Benedict.*

Franciſcus Rogerius *in vita Mariæ Catharinæ Brugoræ impreſſ. Mediolani 1646.*

Gabriel Bucellinus *in Bened. rediv. & in menolog.*

Gabriel Garbarinus *in vita B. Nicolai de Pruſſia impreſſ. nuper Auguſtæ Windelicorum.*

Jacobina Bovetta de Blemur *dans. l' Annèe Benedictine tom. 2.*

Jacobus Cavaceius *in hiſt. S. Juſtinæ Patav. lib. 5.*

Jacobus Majorica tom. 1. *rerum memorabilium ad ann. 1622. & 1623.*

Joannes de Groſſis *in decachordo Catanen. tom. 1.*

Julianus Vernatia *in vita B. Nicolai de Pruſſia impreſſa Auguſtæ Windel.*

Julius Ambroſius Lucenti *in Ital. ſacr. reſtr. aucta &c.*

Lazarus Auguſtinus Cotta *in muſæo Novarienſi.*

Leonellus Crococalle *in hiſt. ms. abbatum S. Juſtinæ Patav.*

Lucas Hiſpanus *in hiſt. Romualdin.*

Marcus Antonius Scipio *in elogiis.*

Marianus Armellinus *in bibl. Benedictino-Caſin.*

Marinus Albritius Cavenſis archivi præfectus *in relationibus ms. mihi traſmiſſis.*

Monumenta S. Pauli de Urbe.

Necrologium abbatiæ Florentinæ.

Petrus Delphinus *in epiſtolis.*

Petrus Tornamira *in vita Hieronymi Arminii impreſſa Panormi 1674.*

Petrus Maria Campi *in hiſt. eccleſiaſt. Placen. l. 24.*

Petrus Ricordatus *in hiſt. monaſt.*

Placidus Puccinellus *in chronol. abbatiæ Florent.*

Regeſta monachorum noſtræ congregationis

Rocchus Pyrrus *in Sicil. ſacr. lib. 4.*

Thomas Salvettus *in vita ms. B. Gometii Luſitani.*

IN.

INDEX

Monaſteriorum in quibus viri ſanctitate illuſtres D. P. Benedicti Regulam profeſſi ſunt.

S. BENEDICTI DE MILITELLO.
FRanciſcus Maurus à Militello
S. BENEDICTI DE PADOLTRONE.
Fr Bonaventura à Mantua
Theophilus Bcaqui.
CASINI.
Angelus Sangrinus de Faggiis
Bernardus Præſtonus
Fr. Bertharius Piſcis
Fr. Gregorius à S. Elia
Hieronymus Petronius
Fr. Maurus Rainone à Lauro
Martinus Orilia
Fr. Philippus à monte Caveoſo
Thomas Euſebii
Thomas Præſtonus
Zacharias Petronius à Fractis
S. CATHARINÆ DE AMERIA MONIALIVM.
Margarita Conradi
SS. COSMÆ, ET DAMIANI BRIXIÆ MONIALIVM.
Aurelia Franchi
SS. FAVSTINI, ET JOVITÆ BRIXIÆ.
Jo. Baptiſta Federici à Brixia
S. GEORGII MAJORIS VENETIARVM.
Jo. Baptiſta Nani
S. HIERONYMI DE SYLVARIA GENVÆ.
Paulus Rocca
S. HONORATI LIRINI.
Ambroſius à Lucerna
S. JO: EVANGELISTÆ PARMÆ.
Iſidorus Clarius
S. JVSTINÆ PATAVII.
Juſtinianus à Bergomo
Ludovicus Barbo
Martianus a Papia
Maurus à Papia
Monachi S. Juſtinæ Patavinæ
B. Nicolaus de Pruſſia
Paulus Strata
B. Rolandus Caſalis
Theophilus Michaelius
S. MARIÆ MONTIS REGALIS.
Fr. Antoninus à Panormo
S. MARIÆ DE CÆSENA.
Fr. Joannes Genuenſis
S. MARGARITÆ DE MEDIOLANO MONIALIVM.
Maria Catharina Brugora
S. MARIÆ DE FLORENTIA.
Benedictus à Florentia
Chryſoſtomus Nicolini
Gometius Uliſſiponenſis
Innocentius à Novaria
Monachi abbatiæ Florentinæ
Placidus de Leonibus
S. MARIÆ DE PRATALEA.
Hieronymus Andruzzi
S. MARTINI DE SCALIS.
B. Angelus Sinifius
Hieronymus Arminius
Marius Roſalini
Maurus Angelus à Panormo
Zacharias Cucurbici
S. NICOLAI DE ARENIS.
Auguſtinus à Platea
Ludovicus Bateatus
S. NICOLAI DE BVSCHETTO GENVÆ.
Franciſcus à Novis
Timotheus Carminati
S. PAVLI DE VRBE.
Bernardus Muti
Fr. Martinus ab Albania
S. PLACIDI MESSANÆ.
Alphonſus Gotho
Antonius Policius
Bernardus à Meſſana
Fr. Honorius à Pozolo
Fr. Matthæus à Neapoli
Placidus à Meſſana
S. SEVERINI NEAPOLIS.
Aloyſius Carafa
Alphonſus de Roſellis
Archangelus à Neapoli
Archangelus Faſanus
Auguſtinus à Maratea
Conſtantinus Anſalone
Hieremias Marcheſius
Jacobus Graffius
Fr. Jacobus ab Herculaneo
Jacobus Majorica
S. SIXTI PLACENTIÆ.
Gaſpar Felix de Tedeſchis
SACRI SPECVS SVBLACENSIS.
Monachi Sublacenſes
SS. TRINITATIS CAVÆ.
Auguſtinus Venerius
Jo: Benedictus Citelli
Zacharias Capograſſi

IN-

INDEX

Urbium, ex quibus viri ſanctitate illuſtres congregationis noſtræ prodierunt.

IN ANGLIA.

Bernardus Præſtonus
Thomas Præſtonus

BERGOMI IN CENOMANIS.

Juſtinianus à Bergomo

BRIXIÆ IN CENOMANIS.

Aurelis Franchi
Jo: Baptiſta Federici à Brixia

BUCINE IN ÆTRURIA.

Placidus de Leonibus

CAPUÆ IN CAMPANIA.

Jacobus Graffins

CATANÆ IN SICILIA.

B. Angelus Siniſius
Auguſtinus à Platea
Ludovicus Bateatus

E CASTRO SANGUINIS vulgo CASTEL DI SANGRO IN SAMNIO.

Angelus Sangrinus de Fagiis

CAVÆ IN CAMPANIA.

Jo: Benedictus Citelli

CAVEOSI IN APULIA.

Fr. Philippus à monte Caveoſo

CLARIS IN AGRO BRIXIANO.

Iſidorus Clarius

E CASTRO S. ELIÆ PROPE CASINUM.

Fr. Gregorius à S. Elia

FIORENTIÆ.

Benedictus à Florentia
Chryſoſtomus Nicolini

FRACTIS IN CAMPANIA.

Hieronymus Petronius
Zacharias Petronius à Fractia

GENUÆ.

Fr. Joannes Genuenſis
Timotheus Carminati

E CASTRO HERCULANEI.

Fr. Jacobus ab Herculaneo

LAURI IN CAMPANIA.

Fr. Bertharius Piſcis
Fr. Maurus Rainone à Lauro

LUCERNÆ IN HELVETIA.

Ambroſius à Lucerna

MARATEÆ IN REGNO NEAPOLITANO.

Auguſtinus à Maratea

MANTUÆ IN GALLIA TRANSPADANA.

Fr. Bonaventura

MEDIOLANI.

Theophilus Beaqui à Mediolano

MESSANÆ.

Alphonſus Gotho
Antonius Policius
Bernardus à Meſſana

MILITELLI IN SICILIA.

Franciſcus Maurus à Militello

NEAPOLI IN CAMPANIA.

Aloyſius Carafa
Archangelus à Neapoli
Archangelus Faſanus
Auguſtinus Venerius
Conſtantinus Anſalone
Hieremias Marcheſius
Hieronymus Arminius
Jacobus Majorica
Martinus Orilla
Fr. Matthæus à Neapoli

NOVARIÆ.

Innocentius Novarienſis

NOVIS IN LIGURIA.

Franciſcus à Novis

PANORMI.

Marius Roſalini
Maurus Angelus à Panormo

PATAVII.

B. Rolandus Caſalis

PAPIÆ.

Martinus à Papia
Maurus Salimbenius
Paulus Strata

PLACENTIÆ.

Gaſpar Felix de Tedeſchis

PLATEÆ IN SICILIA.

Auguſtinus à Platea

EX PRUSSIA (BORUSSA) AD MARE BALTICUM.

B. Nicolaus de Pruſſia

REATE IN SABINIS.

Thomas Euſebii

ROMÆ.

Bernardus Mutus
Margarita Conradi

RUBIS IN APULIA.

Alphonſus de Roſellis
Archangelus Faſanus

SALERNI IN PICENTINIS NUNC IN PRINCIPATU CITRA.

Zacharias Capograſſi

SCIACCÆ IN SICILIA.

Zacharias Cucurbici

IN CASTELLO TAGLIA *DICTO PROPE GENUAM.*

Fr. Antoninus à Panormo appellatus

VENETIIS.

Hieronymus Andruzzi
Jo. Baptiſta Nani
Ludovicus Barbo
Theophilus Michaelius

ULYSSIPONE IN LUSITANIA.

Gometius à Luſitania

FINIS.

Digitized by Google

NOVA APPENDIX
AD CATALOGUM
EPISCOPORUM.

HUcuſque abbas D. Marianus Armellini horum catalogorum auctor, qui dum monaſterium Fulginatenſe regebat anno 1737. ſub initium menſis Maji diem clauſit extremum. Cum verò occaſio data ſit eoſdem catalogos typis Romanis edendi anno 1755. operæ pretium ſe facturum exiſtimat, qui editioni huic poſtremæ incumbit; quatuor alios epiſcopos, qui poſterioribus annis è Caſinenſi congregatione prodiere, eamdem ſequendo methodum breviter adnotare, illiſque unum præmittere S. R. E. cardinalem, qui in hiſce catalogis locum non habuerat.

D. FORTUNATUS TAMBURINUS Mutinæ ortus die 11. Febr. an. 1683. patrem habuit Simonem ducis Mutinæ conſiliarium, patruum verò Michaelem Angelum Tamburinum inclitæ ſocietatis Jeſu præpoſitum generalem. Adoleſcens cum eſſet (nondum enim decimumſextum ætatis ſuæ annum exceſſerat) viam mandatorum Dei præ oculis habens, ſæculi contemptis illecebris in patrio S. Petri cœnobio, ut illius alumnorum albo adſcriberetur monaſticas induit veſtes, ſtatimque ad Parmenſe S. Joannis Evangeliſtæ monaſterium mittitur, ubi expleto prius tyrocinio, ordinis noſtri regulam profeſſus eſt. Pietati, liberalibuſque diſciplinis addictus, eam ſibi præcipuè dotem beneficio naturæ collatam fuiſſe oſtendit, ut maximæ, quam de ſe in diem concitabat expectationem, cumulatiſſimè ſemper reſponderet. Hinc Mutinam paucis interjectis annis reverſus magno Bacchinio acceptiſſimus fuit, tantumque ſub celeberrimo viro, eruditionis, ſolidæque doctrinæ percepit, ut brevi Parmam profectus, philoſophiæ, dogmaticæque theologiæ rudimentis in eodem cœnobio, pleriſque adoleſcentibus imbuendis egregiam operam vacaverit; jure proinde præſtantiſſimus Parmenſis epiſcopus Camillus Marazzani Tamburini doctrinam, animique dotes maximi ſemper fecit, interque ſynodales examinatores adlegit. Romam deinceps accitus in noſtro collegio S. Anſelmi theologiam iterum interpretatus eſt. Electus tandem ejuſdem monaſterii S. Pauli prior moxque ob ſpectatam animi virtutem per omnes honorum gradus inter abbates relatus, vir fovendis, alendiſque litteris natus juris canonici explicandi munus in eodem collegio ſuſcepit, parique laude exercuit, eruditè, purèque docendo. Interim ſumma in exiſtimatione apud apoſtolicam ſedem jugiter habitus, ejus opera, prudentiaq; Summi Pontifices gravioribus in rebus frequentiſſimè, æquè commodè, ac tuto uſi ſunt. Romanæ Lateranenſi ſynodo ſub Benedicto XIII. ingenti nedum Italiæ, ſed univerſi chriſtiani orbis bono celebratæ inter ſelectiſſimos interfuit theologos, ab eodemque Pontifice ſacræ Indicis congregationi adſcriptus, & inter ſanctæ Inquiſitionis qualificatores cooptatus, moxque a Clemente XII. ſacrorum quoque rituum congregationis patribus adnumeratus eſt. Interim præclariſsimi viri Leandri à Porcia ordinis noſtri S. R. E. Cardinalis, cujus nomen adeo celebre Romæ eſt, ut eum nominare laudare profecto ſit, à theologicis conſultationibus fuit. Mutinam tandem rediens monaſterium S. Petri dum perpetua, qua par eſt

Digitized by Google

paſtorali ſolicitudine adminiſtrat, Romam iterum evocatus cœnobii S. Pauli regimen ſuſcepit, donec inclareſcentibus meritis a Sanctiſsimo Domino noſtro BENEDICTO XIV. P. M. purpura nec cogitans communi voto condecoratus eſt anno 1743., congregationique ſacrorum rituum præfectus. Ad tantæ dignitatis faſtigium evectus adeo cordatiſſimo viro, ſuſcepti ab adoleſcentia inſtituti normam retinendi, ſtudium inſedit, ut a monachorum ædibus divelli nunquam potuerit; ibidemque quantum muneris honoriſque patitur ratio, monaſticæ ſolitudini ſedulò vacet. Plura de viro ad chriſtianam rempublicam propagandam doctrina, conſiliis, ac pietate aſsiduè intento in modeſtiæ ſingularis, qua prædiius eſt obſequium, ſilentio ſunt prætereunda, pauca hæc, quæ cuique perſpecta ſunt, delibaſſe ſufficiat.

D. ANGELUS LONGO, in ſæculo Dominicus, nobili genere Beneventi natus anno 1700. die 16. Februarii patrem habuit Camillum oppidi Vinchiaturi marchionem, matrem verò lectiſsimam fœminam Franciſcam Villacampo Granata; annorum ſexdecim cum eſſet in caſinenſi cœnobio inter S. P. noſtri Benedicti aſſeclas cooptatus eſt, bonarumque artium elementis tum Caſini, tum Romæ in collegio D. Anſelmi egregiè imbutus in ipſum Caſinum rediens, ibidem duodecim intègris annis philoſophiam primum, deinde theologiam adoleſcentibus pleriſque accuratiſsimè tradidit. Caſinenſis diœceſis vicarius generalis conſtitutus optima quæque tum doctrinæ, tum prudentiæ præbuit documenta; ſagacis enim indolis erat, in explicandiſque negotiis ſumma pollebat dexteritate; hinc prior Cajetani cœnobii, deinde Caſinenſis quoque electus, dum ad majora in congregatione noſtra aſſequenda, illum præclaræ virtutis meritum in diem evehebat, anno 1746. Theanenſi thiara decoratus eſt. Maxima certè Angelus præſtiturus erat gregi ſuo beneficia, niſi propera morte ſublatus fuiſſet die 19. Octobris anno 1749. in Neapolitano SS. Severini, & Soſii cœnobio. Vixit annos 49. menſes octo, dies tres, ejuſque corpus humatum eſt in parva Sanctiſsimi Crucifixi eccleſia eidem monaſterio contigua.

D. JOSEPH ANTONIUS de Requeſenz Panormi perilluſtri genere ortus anno 1703. ab ineunte ætate, anno nimirum 1719. in Gregoriano S. Martini de ſcalis monaſterio ſolemnibus emiſsis votis Deo ſub S. Benedicti regula ſe totum dicavit in cultioribus litteris egregiè eruditus, philoſophiam moralemque ſcientiam in eodem, aliiſque cœnobiis edocuit. Cum vero ob ſpectatam ejus animi probitatem Papiæ monialium confeſsiones audiendi, munus ſuſcepiſſet, expectationi, quam de ſe concitaverat perbellè adeò ſatisfecit, ut ad patrium cœnobium brevi revocaretur, ibique tyronum magiſter conſtitueretur. Eo in munere nullum quidem non movit lapidem, ut adoleſcentes tum optimis moribus, tum præclaris quibuſque diſciplinis ſatis informarentur. Hinc prior electus, cum ſingulari omninò prudentia provinciam ſibi creditam pleriſque in monaſteriis adminiſtraſſet, nedum domeſticorum amorem, verum & ſummam Panormitanæ urbis exiſtimationem ſibi conciliavit; præſertim cum ſacræ Inquiſitionis conſultoris munere fungeretur. Inter abbates deinde cooptatus anno 1751. & ipſius S. Martini cœnobii ſuſcepto regimine, idem ſemper vitæ genus conſtantiſsime retinens, nihil de regularibus exercitiis omittens, monachis omnibus nedum verbo, ſed & exemplo præibat; quare in capitulo generali anno 1754. Viſitator electus fuit, ut Siciliæ Monaſteria perluſtraret. Tandem tot tantiſque diu exercitæ doctrinæ, integritatiſque meritis inclareſcentibus, optimo utriuſque Siciliæ regis judicio ad Syracuſanam eccleſiam deſignatus, eam anno 1754. à ſummo Pontifice regendam accepit.

Ne-

Neſtoreos annos præclaro adeo paſtori lector adprecare, ſi Caſinenſis congregationis ſplendorem, cleri populique Syracuſani bonum, vel tantillum cordi habeas.

D. ISIDORUS SANCHEZ de Luna nobiliſsima inter Neapolitanos gente ortus die 10. Novembris anno 1731. S. Benedicti regulæ ſolemnibus emiſsis votis nomen dedit in patrio SS. Severini, & Soſii cœnobio. Cum litteris, græcis præſertim ſub Joannis-Baptiſtæ de Miro viri doctiſsimi inſtitutione,cultioribuſque diſciplinis, egregiè ſedulòque operam navaſſet, brevi in eodem monaſterio ſacrorum canonum profeſſor conſtitutus tantum eruditionis, ſolidæque doctrinæ ſpeciem præbuit, ut ad ethicam philoſophiam, ac deinde dogmaticam theologiam publicè explicandam in ipſa Neapolitana accademia promotus fuerit, librorumque edendorum examinandi perpendendique cura ſibi demandaretur. Tandem anno 1748. Arianenſis eccleſiæ infulis cohoneſtatus vix ſexennio difficile adeo munus ibidem adminiſtraverat, cum anno 1754. ad Tarentinam regendam cathedram translatus eſt.

D. NICOLAUS-ANTONIUS ex nobiliſsima JUSTINIANEA gente Venetiis ortus anno 1712. in Patavino S. Juſtinæ cœnobio Benedictino inſtituto nomen dedit anno 1730. die 11. Aprilis. Romam miſſus, ut in S. Anſelmi collegio rectam theologiæ, ſacrorumque canonum methodum addiſceret, in hujuſmodi diſciplinis adeo profecit, ut in idem cœnobium reverſus pleroſque adoleſcentes philoſophia primum, deinde ſacris canonibus, illaque theologiæ parte, quæ ad mores pertinet egregiè imbuere potuerit. Hinc meritò in academia Patavina doctorali laurea, cunctis plaudentibus redimitus fuit. Vir monaſticæ regulæ tenax, quaſcumque, vel minimas ſanctiones maximi ſemper fecit, eaque prudentiæ, probitatis, ac zeli documenta cumulavit, ut quamvis ſtatutum à Caſinenſibus conſtitutionibus tempus in congregatione nondum compleviſſet, attamen digniſsimus viſus eſt, quod Romano Pontifice annuente citiùs in decanorum numerum adlegeretur; moxque in capitulo anni 1748. prior clauſtralis in Vicentino monaſterio conſtitueretur; quod cum integro triennio optimè adminiſtraſſet, Patavium ad idem munus exercendum translatus eſt. Ibi verò nedum regulari obſervantiæ, ſed & aſceticis quibuſdam libris edendis operam dedit; donec anno 1753. Venetorum Senatu expoſtulante à BENEDICTO XIV. ſummo Pontifice Torcellanæ eccleſiæ die 26. Novembris præfectus fuerit, die verò 30. in eccleſia S. Marci conſecratus.

F I N I S.

Digitized by Google